SELECTARVM IVRIS
OBSERVATIONVM,
HIERONYMI DE ROSIS
I.C. ET ADVOCATI NEAPOLITANI,
PARS PRIMA, ET SECVNDA.

SELECTARVM IVRIS
OBSERVATIONVM,
AD CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES, ET IVDICIA, PERTINENTIVM

Cum Supremorum Regni Neapolis Tribunalium Decisionibus.

PARS PRIMA, ET SECVNDA,

IN QVIBVS

Concinna, & facili methodo perpulchriores Controversiæ Civiles, Criminales, & Feudales, iuxtà hodiernam Praxim Regni Neapolitani, explicantur;

VARIÆQVE SVPREMORVM EIVSDEM REGNI SENATVVM DECISIONES

Super eisdem Controversijs prolatæ, reconditis priscorum, recentiorumque Patrum doctrinis, munitæ, utilitèr, & quàm lepidè subnectuntur.

OPVS

MAGISTRATIBVS, ET CAVSARVM PATRONIS PERIVCVNDVM,

Atque Studiosis omnibus, in forensi Palestra, præsertim versatis, maximè commodum.

AVCTORE

HIERONYMO DE ROSIS
I. C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO;

DVPLICI ADIECTO INDICE, ARGVMENTORVM SCILICET, RERVM, AC VERBORVM MEMORABILIVM.



NEAPOLI, Ex Typographia Iacobi Raillard M. DC. LXXXIX.

Superiorum facultate, & Privilegio.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET CLARISSIMVM VIRVM

D. FRANCISCVM MOLES.

PARETE DVCEM

REGIVM COLLATERALEM CONSILIARIVM, ET REGIAM CANCELLARIAM REGENTEM.

DVabus potiſſimum ex cauſis, ſtudioſorum Operæ, Clariſſimis, ob litteras, & inveteratas divitias, Viris, dicantur, & voventur, una, ut operæ ipſæ, qualeſcumque ſint, à pungentiſſimis Zoilorum morſibus, calamo, papyro, & etiam armis ab eo tueantur, Altera, ut ſolvantur aliqua ſervitutis debita, quibus Dedicans eſt adſtrictus, & involutus. Vtraque Clariſſime Vir, ad Tibi dicandam hanc noſtri Genitoris defuncti, operam, qualiſcumque ſit, dum non latet eius paupertas, & eruditionum Orbitas, Nos impulit, Nos quam maximè adſtrinxit; Nam cum alium promptiorem modum ſolvendi plures obligationum nexus, quibus gravamur, non habeamus, excogitavimus, hoc voto, in partem ſaltim, Noſtro debito ſatisfacere. Recipias ergo hilari fronte hanc, licèt minimam oblationem; Nam proprium Divorum, & Magnatum erat, & eſt, parvis donariјs gaudere, & eſſe contentos.

Ad te Vir Clariſſime advolat noſtri Genitoris partus vivus, quales Nos ſumus, & mortuus, ſed loquax, qualis eſt liber hic, &

ſuum

ſuum implorans patrocinium ab omni noxa, ab omni iniuria erit ſecurus. Et cuiuſnam, hac tempeſtate, & forſan præterita, & futura, doctrina eminentior, calamus eruditior Tuo oſtendi poteſt? Loquatur Magnæ Curiæ Vicariæ huius Regni Neapolitani, Aula, ubi iudicans per plures annos, licèt imberbis, memoria Tui rectiſſimi iudicij non eſt deperdita, imò quotidie inter Advocatos, & Curiales, magno applauſu, reminiſcitur. Tribunal Campaneæ Commiſſionis, ubi facinoroſi homines, & tota Terræ laboris Provincia, ad Tui immortalis nominis ſonitum, adhuc tremunt, & contremiſcunt. Vocem extollat Regiæ Cameræ Summariæ Areopagus, ubi Regij Fiſci intereſſe ſtrenuè præſidens tuendo, privatis colligitantibus nullam iniuriam contuliſti, ſed fuerunt potiti humaniſſimo, licèt rectiſſimo iuſtitiæ complemento; Cuius tempore Præſes, & Armorum Gubernator in Barenſi Provincia, & Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ Moderator, cum ampliſſima, & ſingulari, alter ego, authoritate ius ſuum unicuique tribuiſti. Non ſileat Supremi Italiæ Conſilij magnum Conſiſtorium, ac aenea lingua non defatigetur enarrare, & in propatulo referre, Tuæ vivæ vocis oracula; Tuas iuſtas, tanquàm Regens, in decidendis cauſis, ſententias, in Magiſtratibus, & Sacris Infulis, conferendis, rectitudinem, in rebus ad ſervitium Regale pertinentibus, Zelum, & in rebus politicis, Chriſtianam politicam. Status Mediolanenſis, ubi, magno decoro, prius Viſitatoris Generalis Miniſterio, & deinde Magni Cancellarij munere per plures annos functus es, proferat Conſultationes, & vota, pro conſervatione illius dominij, & Iuſtitiæ adminiſtratione, ſapientèr emiſſa. Summum huius Regni Collaterale Conſilium, ubi ad præſens Regiam Cancellariam regis, Regium Collateralem Conſiliarium agis, & Annonæ præfecti munere potiris, indicet edicta, Banna, plebiſcita, diplomata, & pragmaticas Sanctiones, quibus nullis parcendo laboribus, & noctes in ſomnes pertranſiens, Neapolitanæ Civitatis, & Regni tranquillitatis, & ſubditorum pacis, firmiſſimè ſubſtines fruitionem.

Tuo Clariſſimo *Stemmate*, Nobilia antiquiſſima incunabula in Galecio Regno habenti; Quis, poſt regalia, nobilius facilè reperire queit. In annoſa Tuæ Familiæ arbore, invenimus feliciſſimæ recordationis, Comitem D. Erum; qui anno 899. à Virginis partu,

tū; erat Magnas Regis D. Alfonsi Magni, & suus Generalissimus Armorum Præfectus, Comes Civitatis Lugo, descendens à Comite D. Mendo, & D. Ioanna Romanes regalis progeniei, Comes ante dictus, fuit ille, cuius opere Civitas Vlispomenis, & totum Lusitaniæ Regnum fuit conquisitum, ut videre est apud Nobiliarium Comitis D. Petri filij Regis D. Dionisij Lusitani titul. 56. pag. 320. Invenimus D. Consalvum Eriz de Moles, & D. Petrum Mendez de Moles strenuissimos similitèr Milites. D. Payum Estevez de Moles Regis Alfonsi Tertij, Pincernam. D. Ioannem Moles familiarem, & strenuum Militem Regis Petri IV. Aragonens. tempore. D. Petrum Moles Consiliarium Aragoniæ Regis anno 1234. Aloysium Moles D. Alfonso Regi Aragonensi XVII. charissimum, Qui anno 1445. fuit Balivus Civitatis Gironæ à Regina D. Maria electus, illorum Regnorum Gubernatrice, in cuius officium substitutum reperimus D. Petrum Moles eius germanum, usque ad annum 1463. & D. Ioannem Moles S.R E. Cardinalem Episcopum Gerundensem, & Romæ Legatum prò Regibus Aragonensibus. Nobis obviam venit Franciscus Moles, qui anno 1515. ad hoc advenit Regnum Neapolitanum, officium Cursoris Maioris, tunc temporis magnæ existimationis, exercens, qui divitijs præditus, magna expensa à fundamentis ædificavit insignem Aedem in hac Neapolis Vrbè, in via Incoronatæ, quæ ad præsens à Dom. Principe Ottaiani incolitur, & possidetur; post mortem Marij Loffredi, ab Invictissimo Carolo V. Imperatore, officium portulaniæ Barensis Provinciæ obtinuit; Fuit Dominus Terræ Montissani, & deinde Terræ Turi in Barensi Provincia, quæ usque ad nostra tempora, à suis descendentibus possidetur. Reperimus D. Gabrielem Moles strenuum Militem strenuè in bellis Senensi, & Romanæ Campaniæ, uti Militum Præfectum, dimicantem. Marcum Antonium Moles similitèr Turi Regulum, præclarum similitèr Militem, qui intervenit, virilitèr bellans, in diversis Campestribus, & maritimis pugnis, signantèr in obsidione Melitæ Insulæ anno 1565. & anno 1571. in prælio navali propè Sexti, & Abidi promontorium, & sequenti anno in Oris Orientalibus, Duce D. Ioanne Austriaco, fuit Præfectus cunctorum Equitum gregariorum, numeri circiter ducentorum. D. Franciscum Equitem Hierosolymitanum Commendatorem, & postea ma-

gna

gnā cruce insignitum; & Baroletano Prioratu decoratum. D. Leonardum Moles ordinis S. Iacobi, & illius habitus Commendatorem, qui ob eius magnam rei bellicæ peritiam, fuit creatus Magister Militum, & aeneorum Tormentorum Aragonensis Regni Generalis. D. Antonium Moles primi nominis Militem, itidemque Militum Præfectum. Aspicimus Anibalem Moles prius Iudicem M. C. V. deinde Regiæ Cameræ Præsidentem, postmodum Supremi Italiæ Consilij, & Regni Neapolitani Regentem, illiusque Prothonotarium I. C. doctissimum, & nemini secundum, ut ex eius legalibus Operibus clarissime notum est. Eius dignissimum genitum D. Mauritium, qui Iudex M. C. V. electus Senator S. R. C. Sanctæ Claræ nostri Regni Neapolitani, sed ob eius sequutam mortem illius dignitatis possessionem non fuit adeptus. Alterum filium D. Fridericum Equitem Hierosolymitanum in puerili etate defunctum. D. Thomam, similiter filium, similiter Iudice M. C. V. nominatum ad munus Senatoris Sanctæ Claræ Areopagi, sed fato præventum, illud haud fuit assecutus. D. Anibalem ipsius D. Thomæ filium, qui fuit Iudex M. C. V. Regius Consiliarius, & eiusdem M. C. Proregens, Moderator Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuleæ, ubi omnium merore defecit, nominatus per Regni Moderatorem, ad Regentis Supremi Consilij Italiæ munus, sed ob mortem, illa potitus haud fuit. Ob suam eminentem doctrinam, & rerum publicarum experimenta, Dominis huius Regni Proregibus Consultor fuit, & ab illis negotijs maximis, gravissimisque occupatus. D. Franciscum Mariam Moles Clericum Regularem Theatinum, Theologicæ Scientiæ peritissimum, Concionatorem Celeberrimum, suæ Religionis Visitatorem, postea, proprijs meritis, ad Nolanam Infulam evectum. D. Didacum Moles Tuum genitorem Iuris Consultissimum, Patrimonij Regalis Advocatum, Sanctæ Claræ Consiliarium, & Regiæ Cameræ Summariæ dignissimum Præsidentem.

Antiquitatem, & ipsius Familiæ Moles Nobilitatem, & ingentia obsequia Regiæ Coronæ, diversis temporibus, præstita, indicat æternæ memoriæ Rex noster Philippus IV. in Cedula Tituli Ducatus impartiti super Terra Parete, ad Tuæ personæ favorem, his verbis. *Nos considerantes Familiæ Tuæ egregiam, antiquamque Nobilitatem, ac merita, & servitia Tua, & Tuo-*

rum

rum Maiorum de nostra Corona benemeritorum. Et Tuæ personæ conspicuæ dotes evidenter aspiciuntur in diplomate regio anno 1682. collati eminentis Muneris Mediolanensis Status Magni Cancellarij, his verbis: *Memores officij, &c.* ibi. *Quo in numero Illustrem fidelem nobis dilectum D. Franciscum Moles in nostro Supremo rerum Italicarum, penès nos, residente Consilio, pro Regno Neapolitano Regentem, Calatravensis Ordinis Equitem, ac Ducem de Parete, iure optimo habendum iudicamus, quod quamplurium annorum curriculo in dicto Regno nostro Neapolis, varia, supremaque munera prudentèr exercuit, & ab Illustribus dicti nostri Regni Proregibus, ad maiora negotia occupatus, deindeque ob illius litterarum peritiam, rerumque cognitionem, ad Visitatoris Generalis nostri dicti Status Mediolanensis, munus, à nobis electus fuit*, & ibi. *Quoniam per promotionem D. Vincentij de Calatayud, & Toledo, ad munus Supernumerarium Regij nostri Patrimonij Consilij, Magni, sive Supremi Cancellarij nostri Status, ac Dominij Mediolanensis, dignitas hoc tempore vacet, eidem attendentes, quantum conveniat in præsenti rerum Italiæ Statu, ut in prædicta dignitate constituatur Vir auctoritate, ac præfatis dotibus decoratus, cum quo Illustris Comes de Melgar, dicti nostri Status Gubernator, conferre, & communicare negotia, quæ ipsi se se obtulerint, possit, eoque in negotiationibus, quæ ibi occurrerint, uti valeat, ipsum Regentem D. Franciscum Moles, ob peculiarem, quàm de illo satisfactionem habemus, dicto muneri præficiendum duximus, pro comperto habentes*, & ibi, *de certa scientia, Regiaquè, & Ducali autoritate nostra deliberatè, & Consulto, ac ex gratia speciali, maturaque Sacri nostri Supremi Consilij, accedente deliberatione, prædictum officium Magni, seu Supremi Cancellarij, illudque Consiliarij Consilij secretioris nostri Status, ac Dominij Mediolanensis, præfato Illustri Regenti Duci D. Francisco Moles, dum de nostra mera, & libera voluntate processerit, damus, concedimus, & commendamus, una cum authoritate, potestate, facultate, honoribus, oneribus, praeminentijs, praerogativis, commodis, & emolumentis, ad dictum Supremi Can-*

cellarij munus spectantibus, & pertinentibus, & per dictum D. Vincentium de Calatayud, & Toledo, suosque praedecessores in eodem, iustè, & legitimè perceptis, ac percipi solitis, & consuetis, &c.

Recipias, instantissimè expetimus, Vir Clarissime, hoc votum, qualecumque sit, quod ante Tuae benignitatis Altare appendimus, nàm si hilari supercilio illud aspicies, nec invidia Maledicorum ei adversabitur, nec Zoilorum Canini dentes eum dilaniare, aut mordere audebunt, & in Tui gratiam, in toto terrarum litterario Orbe, liberum abibit, & incolume. Et recepti muneris huius, humilitèr gratias referentes, ob Regale servitium, & publicum bonum, Nestoreos Annos, & summam Tibi foelicitatem precamur.

Kalendis Maij. MDCLXXXIX.

Dominationis Tuae Illustrissimae.

Humillimi Servi
Federicus, & Petrus de Rosis.

D. BLASIVS ALTIMARVS

ADVOCATVS NEAPOLITANVS, POSTEA REGIVS CONSILIARIVS

Humanissimo Lectori.

CVm in lucem studiosorum maximo rogatu, prodire debeat Volumen Selectarum Iuris Obseruationum, *felicis recordationis Dom. Hyeronimi de Rosis, Viri Patritij Aduocati Neapolitani, opere pretium duximus Dom. Authoris personam, eiusque litteras, prosapiam, & qualitates patefacere, ad hoc, ut apud exteras nationes, sicut in patria, simul cum Opere sit benè notus Author: natus fuit in hac Campaniæ Ciuitate Neapolis Mense Martij Anno 1611. benè à suis parentibus Dom. Federico, & Dom. Vincentia Barbuta coniugibus, educatus, & bonis moribus imbutus, Grammaticæ, & Rhetoricæ in Scholis D. Antonij Alemanni, humanarum litterarum præditissimi, operam dedit, quibus absolutis studijs legalibus in Neapolitana Academia incubuit, ubi habuit Præceptores clarissimos Viros Io: Dominicum Coscia, & Ioannem Laurentium de Rogerio. E quibus studijs vix egressus, laurea doctorali insignitus, non discipulus, sed magister ad Areopagos Regios aduenit, ubi nullis parcendo laboribus, in Clientum subuentionem, & tutelam alter Hortensius euasit. Fuit unus ex Academicis illustrium Academiarum Errantium D. Marij Rotæ, & Otiosorum Dom. Marchionis Villæ. Aliquo temporis spatio exercuit munus Secretarij, & Superintendentis Tribunalis Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, Neapoli residentis, motu proprio à Sacræ Congregationis Romanæ Ecclesiæ Eminentissimis Cardinalibus ei collatum, à mense Nouembris 1653. ad mensem Aprilis 1655. Ab illo expeditus reliquum suæ Vitæ, in Clientum, ut diximus, expendit patrocinium.*

Prosapia de Rosa, seù de Rosis (cùm utroque modo in antiquis monumentis, & Archiuis Neapolitanis scripta reperiatur) est satis antiqua in nostro Regno, & ab Antiquis Baronibus Castri de Rosa, ut meminit inscriptio infrà imprimenda, accepit originem, quod Castrum adhùc incomperto non est, an ab hac familia nomen acceperit, aùt illi dederit, dùm inspicitur intèr Barones Regni in Prouincijs Vallis Crati, & Terræ Iordanæ in Brutijs militantes sub insignijs Friderici Secundi Imperatoris, Anno 1239. quibus tanquàm fidelibus fuerunt traditi in custodiam hostes Galli Cisalpini, Riccardum de Rosa connumerari, cui in custodiam traditus fuit Io: Zinzingol, ut inspicitur in Opere familiari Dom. Ferdinandi de Marra, Ducis Guardiæ, & in Opere Patris Caroli Borrelli: Monumenta litteraria *in scripto. In regesto Regis Roberti sign. 1314. lit. C. fol. 233. à tergo; Riccardus Secundus de Rosa dicto Anno Castri prædicti de Rosa, ob obitum Gulielmi Fratris sinè liberis, fuit inuestitus, ubi honorabili titulo Militis afficitur; Et in Regesto Reginæ Ioannæ I. signato 1343.44. lit. L fol. 42. aspicimus eundem Riccardum, nominatum de Rosis Militem, Castri Rosæ dominum, obtinere licentiam à dicta Regina, ut si sine filijs decederet et succedere potuisset in Castro Rosæ, Riccardellus de Archis, Berengariæ de Rosis, suæ sororis filius. Anno 1314. habetur memoria Roberti de Rosa Domini Castri Soverati in Brutijs, à Rege prædicto eodem titulo militis insignito, in regesto sign. 1314. littera C. fol. 5. & Anno 1316. ab eodem Rege Roberto commutatur prouisio unciarum auri octo, Rogerio de Rosa suo familia-*

ri, in servitiorum praestitorum remunerationem super Terra Dordona, ut ex dicto Regesto sign. 1316. lit. B. fol. 241. In cedula Anni 1450. Petri Bernardi Thesaurerij Generalis, quae in Archivo Regiae Camerae Summariae, fol. 240. adservatur, intèr plures Equites servientes Regi Alphonso, huius nominis primo, nomen est Fratris Bernardi de Rosa, cum quatuor lancibus. Et in Thesaureria Aprutina eiusdem Anni f. 297. comperitur Franciscus Rosa, cum sex Equis. Et in illa eiusdem Bernardi Thesaurarij Anni 1464. fol. 152. Antonellus de Rosa cum quatuor lancibus.

A dicto Francisco de Rosa per legitimam descendentiam fama est, pervenisse Franciscum de Rosa, seù de Rosis, qui uxoratus cùm Clementia de Caieta, cum illa procreavit Hieronymum, qui fuit legum Doctor, & uxoratus cum Zenobia Regna, genuit Federicum, similitèr legum Doctorem Neapolitanum Advocatum famigeratum, qui Anno 1615. fuit electus à Dom. Comite de Lemos, tunc Regni huius clavum sustinente, Vnus ex Relatoribus S.R.C. & cum Vincentia Barbuta sua uxore, nata à D. Petro, Cohortis Hispanae praefecto, genuit nostrum Hyeronimum, & Franciscum, similitèr legum Doctorem unum ex Patribus Almi Collegij Neapolitani, D. Victoriam, uxoratam cum D. Francisco Guaragna Barone Terrae Mormandi, & Angelam Vxorem Octavij Carissimi, Beneventanae Civitatis Patritio.

Fuit Hyeronimus in eius qualitatibus, humanus, urbanus, patiens, pius, affabilis, uxoratus cum Dom. Maria Reviglione, filia Equitis Do: Francisci, Commendatoris in Regno, Comendae Equitum SS. Maurtiij, & Lazari.

Et dùm vixit composuit volumen Selectarum Iuris Observationum, *quòd apùd Filios Dom. Federicum legum Doctorem eruditissimum, Petrum Clericum, Didacum, Zenobiam, & Dorotheam, fuit repertum, & expensis ipsorum Federici, & Petri impressum.*

Opus hoc, ob peregrinos Iuris Articulos (quod magni faciendum est hac tempestate, in edendis litterarijs laboribus) bene digestos, & adequatè decisos, dignissimum per Dom. Auctoris Amicos, & huius Civitatis bonos Iure Consultos, est existimatum publicatione, ex quo omnis Studiosorum Schola, magno ex illo, commodo, & utilitate fruetur; Dom. Auctoris Doctrina, sic per Ioannem Laganarium ad Reg. Rovit. in Rub. pragmaticae tit. de aquis, & aquaeductibus n. *6. extollitur;* pro Vniversitate allegavit Dominus Hieronymus de Rosis Advocatus doctissimus, & eruditissimus, &c. *sic paritèr* Dom. Nicolaus Pisanus in Commentar. super Ritibus Reg. Camerae Summariae, in Rub. 34. n. 30. f. 643. *de eo sic loquitur,* Hieronymus de Rosis Celeberrimus Advocatus, & Relator causarum in hoc Reverendae Fabricae Tribunali, ac eiusdem Anno 1653. in Æconomum, & à Secretis pro interim electus motu proprio à Sacra Congregatione.

Pervenit usque ad aetatem annorum septuaginta, & vita functus in eius sacello, in Ecclesia S. M. de Nova huius Civitatis, fuit tumulatus, cum hoc Epitafio, à se vivo, novissima recogitante, in lapide marmoreo insculpto:

Hieronymus de Rosis I. C. Neapolitanus, ab àntiquis Castri Rosae
Dominis, in Provincia Calab. citer. originem ducens,
novissima recogitans sibi, suisque P.
A. D. M. DC. LXVI.

Hac non nesciat Dominus Lector, & Valeat.

HIE-

HIERONYMVS DE ROSIS, IVRIS CONSVLTVS.

Anagramma.

HIC EST VIR MIRVS, IVRIS NODOS SOLVENS.

Epigramma.

DOM. BALTHASARIS PISANI V.I.C.

QVid iuvat Edictis vinxisse tenacibus Vrbes,
Et Populos certis continuisse modis?
Si non dissidijs modus est; & legibus ipsis
In legum infelix utimur exitium.
Technis res agitur; doctisque ambagibus uti,
Et iuri pedicas inijcere ingenium est.
Fecimus Astraam Sphyngem, atque oracula Regum
Iactantur rauco litigiosa foro.
Tot nodis fas obruimus, tot nexibus, ut vix
Pellaa exsolvi denique possit ope.
Dum queror ista, oculis missum contemplor ab Axe
Hunc, quem Virgo sinu nutrijt alma suo.
HIERONYMUS IURIS CONSULTUS, *gloria Circi,*
Ora cui ex Hybla mellea, DE *que* ROSIS.
EST hic VIR MIRUS, *qui* NODOS *nexaque* IURIS
SOLVENS *sensa, ullum non habet usque parem.*
Maior Alexandro, non utitur are, sed ore,
Exerit, & vires ingeni, & arte valet.
Vnde habeam quaris? Te nomen, opusque docebunt:
Impletum in libro nominis omen habes.

AL SIGNOR

GIROLAMO DE ROSIS,

GIVRISCONSVLTO NAPOLITANO

Del primo Ordine.

Per le ſue Opere legali, uſcite in luce dopo ſua morte.

SONETTO DEL MEDESIMO.

Parla Aſtrea.

CHi dall' Etra mi chiama? E chi del Polo
Mi coſtringe à laſciar ſtellato il Segno?
D' un Solon Laureato il pregio è ſolo,
Se dagli Aſtri alle ROSE in terra io vegno.

Tu, che à Penna erudita impenni il volo,
D'Aſtrea ne'fogli hai ſtabilito il Regno.
Se, per darti la Libra, al Ciel m' involo,
Trovo ne' tuoi volumi un Ciel più degno.

Stupiſca il Mondo à novità ſi rara:
Mentre dell'Opre tue le leggi apprendo,
Leggi più giuſte or la Giuſtizia impara.

Dalle Zone celeſti ecco diſcendo,
Richiamata da te, che aſſai più chiara
Nelle pagine tue, che in Ciel, riſplendo.

PER

PER L'OPERA LEGALE,

INTITOLATA

SELECTARUM IURIS OBSERVATIONUM,

Composta dal eruditissimo Dottor

SIG. GIROLAMO DE ROSIS.

SONETTO.

Del Sig. D. Biagio Guaragna Galluppo.

DEl' Ocean legal le Sirti ondose,
Girolamo varcò, Tifi togato;
E dell'Ingegno in sù l'abete alato.
Solcò l'ampie voragini spumose.

Ercol civil, le mete estreme impose
Al Mar d'Astrea, col calamo dorato:
Et Italo Giasone, il Vello aurato
Mercò di Gloria, e v'innestò le Rose.

Mentre da Athene à trasmigrare invita
L'Areopago, ove il Sebeto hà fasce,
Ai Licei lo rapisce Atropo ardita.

Nò, che ligia al Destin Virtù non nasce;
Frà suoi fogli eruditi, à miglior vita,
La Fenice di Temi, ecco rinasce.

RE-

REVERENDISSIMO SIGNORE.

Giacomo Raillard supplicando espone à V.S. Reverendissima, come desidera dare alle Stampe, un Opera legale intitolata *Selectarum Iuris Observationum*, composta dal quòndam Dottor Geronimo de Rosis; supplica per tanto V.S. Reverendissima commettere la visione di quella à persona intendente, che parerà à V.S. Reverendissima, e l'haverà à gratia, ut Deus.

Dom. Canonicus Celano videat, & referat in scriptis, hac die 21. Augusti 1687.

SEBASTIANVS PERISIVS VIC. GEN.

ILLVSTRISSIME DOMINE.

PErlegi librum iussù Dominationi tuæ Illustrissimæ, cuius titulus *Selectarum Iuris Observationum* Auctore V. I. D. Hieronymo de Rosis, & in eo nihil inveni, quod nostræ Fidei, vel bonis moribus obstet, ideò imprimi posse reor, si ita Dominationi tuæ videbitur. Neap. die 10. Novembris 1687.

Dominationis tuæ Illustris.

Humillimus, & Addictissimus Servus
Carolus Celanus.

Imprimatur hac die 24. Septembris 1688.

SEBASTIANVS PERISIVS VIC. GEN.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Giacomo Raillard supplicando espone à V. E. come desidera dare alle Stampe un Opera legale intitolata *Selectarum Iuris Observationum*, composta dal quondam Dottor Geronimo de Rosis; Supplica per tanto V. E. commettere la visione di quella à persona intendente, che piacerà à V.E. acciò possa ottenere il Regio Imprimatur, e l'haverà à gratia, ut Deus.

V.I.D.D. Bartolomeus de Angelis videat, & in scriptis referat.

CARRILLO REG. SORIA REG. MIROBALLVS REG.
IACCA REG. PROVENZALIS REG.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

LEgale opus, cuius inscriptio est, *Selectarum Iuris Observationum* quondam V. I. D. Hieronymi de Rosis, placito E.V. diligentèr perlegi; & quidem nec minimum, quod Regalis Iurisdictionis occurreret fastigijs, in eo investigandum valui; Vnde Typis mandari, ut Authoris tantus labor omnibus elucescat, nisi E. V. alitèr videbitur, censeo. Neapoli die 7. Mensis Ianuarij 1688.

Excellentiæ Vestræ.

Humill. Servus
Don Bartholomæus de Angelis.

Imprimatur, verum in publicatione servetur Regia Pragmatica.

CARRILLO REG. SORIA REG. MOLES REG.
MIROBALLVS REG. IACCA REG.

CA-

CAPITUM ELENCHUS

Alphabetico Ordine dispositus

A.

DE

c Ec-

F I N I S.

S E-

SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM,

AD CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES,

Et Iudicia pertinentium, cum Decisionibus Supremorum Tribunalium Regni Neapolis.

AVCTORE

HIERONYMO DE ROSIS

I. C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO.

PARS PRIMA

Circa Contractus, & Vltimas Voluntates.

PRÆFATIO.

ANcipites diù versati sumus inter ambiguos animi sensus, an edenda forent, quæ a nobis fuerunt in Forensibus quibusdam Controversijs observata? dissuadente ingenij tenuitate, cujus imbecilles partus mereri non videbantur publicam aspicere lucem; ad editionem verò hortante *Baldi* monito *in Præludio libri Feudorum*, ubi: *Teneri*, inquit, *scientiarum Professores, ea, quæ sana mente conceperint, ad instàr seminis, in lucem parere.* Inter quas, diffidentes ad invicem sententias, mediam tandèm viam amplecti libuit, ut nec omnia in tenebris delitescere, nec omnia in publicum prodire sineremus, ab ejusdem *Baldi* dicto incitati, afferentis in *Proœmio Decretalium n. 3.* quòd quemadmodum triste est diviti sine hærede decedere, ita miserrimum esse dicatur habenti à Deo gratiam intellectus, nihil scriptum posteris suis, scilicèt, studiosis relinquere, in quo possint hæredes intellectus aliqualitèr consolari; unde evenit, ut plerisque prætermissis, & ad sanioris deliberationis tempus reservatis, Selectiores aliquas Observationes, Typis depromendas traderemus; exindè Titulum Operi inscribentes: SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM; in quibus, si aliquid boni continebitur, Deo Optimo Maximo scientiarum omnium Authori, & Largitori tribuendum; si verò quid inutile in eis deprehendi contigerit, tanquàm humanæ fragilitatis argumentum humanitèr excipiant, humanissimi Iuris studiosi, quibus interim pro Reipublicæ litterariæ ornamento, Nestoreos deprecamur annos.

R E R V M   S V M M A.

1 *Vendere aliud est, quàm promittere vendere.*

2 *Vendere promittens, solvendo interesse liberatur.*

Etiam si iuramentum intervenerit, ut n. 3.

4 *Promissio faciendi pro facto habetur ad evitandum circuitum.*

Intellige in promissione solvendi pecuniam, in qua pecunia ipsa, saltem pro interesse debetur, ut n. 5.

Et nisi circuitus omninò inutilis nō foret, ut n. 6.

7 *Assensus directi Domini requiritur in promissione vendendi bona feudalia.*

8 *Assensus directi Domini non requiritur in vēditione iuris luendi feudum, quæ possessori fit.*

Sed in contrarium est communis opinio, n. 10. & 12.

Ratio assignatur, n. 14.

9 Afflictus *de contradictione notatur, & n. 11.*

13 *Feudi alienatio, & commutatio, etiam in melius, requirit assensum directi Domini.*

15 *Assensus directi Domini, debet venditoris expensis obtineri.*

16 *Insluendi feudum absque assensu Domini directi alienatum in alienantis dominio remanet.*

17 *Mora purgari non potest, quando Ius partis efficeretur deterius.*

18 *Evictione imminente non tenetur emptor solvere pretium, etiam oblata fideiussione, si notorium, & evidens sit Ius evincentis.*

19 *Procuratoris gesta contra formam mandati sunt nulla.*

20 *Mandatum primum revocatum censetur ex secundo, in quo moderatur, vel additur primo.*

21 *Mandatum primum ad liberè vendendum ex mandato secundo ad vendendum, cum pacto de retrovendendo, censetur revocatum.*

22 *Procurator ad negotia revocatus, nullitèr contrahit sub nomine principalis.*

Intellige ubi saltèm ipse fuerit de revocatione certioratus, ut ibi.

Secundò intellige, nisi fuisset ad negotia tractāda cum certa persona constitutus, quæ tunc esset notificanda, ut n. 27. & 29.

Tertiò intellige, nisi fuisset constitutus ad mandatum in certo loco exercendum, in quo esset per generale proclama notificanda revocatio. n. 28.

Quartò limita respectu solutionis, quam legitimè recipit à debitore ignorante revocationem. n. 30. & 32.

23 *Contrahens cum alio tanquàm procuratore, debet esse curiosus, & inquirere, an mandatum fuerit revocatum.*

Prospicere enim debuit, hoc evenire posse, ut n. 24.

Et contra falsum procuratorem tunc agere poterit, n. 25.

Principali verò non imputatur, quòd mandati revocationem futuro, & incerto contrahenti non denunciaverit, ut n. 26.

Sicut est respectu debitorum solventium, quos certos habet, n. 33.

31 *Procurator falsus dicitur, qui fuit, & non est, si tanquam procuratorem se gerat.*

34 *Contrahens cum alio, debet eius conditionem investigare.*

35 *Voluntas facto, & verbis declaratur.*

36 *Scientia principalis præsumitur de re gravi, & notabili facta per Procuratorem.*

Præsertim accedente lapsu temporis, infra quod potuit ad eius notitiam pervenire, ut n. 37.

38 *Dies interpellat pro homine, ubi fuit in contractu specificè adiecta.*

39 *Ratificatio post tempus conventum secuta non prodest.*

Neque in præiudicium iuris tertij retrotrahitur, n. 40.

41 *Sententia diffinitiva ab eodem Iudice revocari non potest.*

Secus in interlocutoria, quælicèt quòad partes transeat in rem iudicatam, non tamen, quoad Iudicem, n. 42.

Unde potest Iudex etiam in calculo ferenda sententia interlocutoriam revocare, n. 43.

Quamvis ab ea non fuerit appellatum; sed in diffinitiva, n. 44.

45 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

46 D. Franciscus Savius Regius Consiliarius *laudatur.*

C A P V T   P R I M V M.

De Promissione vendendi non eadem, ac venditione iudicanda, ad *text. in l. si fideiussor, 53. §. finali, ff. de legatis primo.*

1 PRomissionem de vendendo vēditionē nō esse, sed aliud esse vēdere, aliud promittere vendere, probatur in *l. si fideiussor, 53. §. fin. ff. de leg. 1.* & notat *Glos. in l. Titius, ff. de pignerat. act. in fin.* & post *Bart. in l. si pupillus, ff. ad l. Falcid. Capyc. in decis. 155. n. 6. Menoch. in cons. 947. n. 10. & seq. lib. 10. Reg. Marcian. in lib. 1. disput. forēs. disput. 40. n. 1. Reg. Capyc. Latro consult. 29. n. 39. lib. 1.* ubi optimè sic probat, & hoc eo magis procedere, si de re feudali agatur, docet *Reg. de Ponte in cons. 85. & 86. lib. 1.* & generalitèr in qualibet materia locum obtinere declarat *Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 7. n. 5. & 6.* ita ut
2 promittens vendere, quamuis habeat tradendi facultatem, non teneatur præcisè tradere; sed tanquàm ad factum obligatus, præstando interesse liberetur, ut plenè post alios probauerunt, ac receptissimam esse DD. sententiam af-

af-

firmarunt *Bursat. in consf.* 100. *n.* 7. *Barzins in*
decis. Bononiensf. 111. *n.* 1. *&* 5. quos refert, & se-
quitur *Consiliar. Marcianus*, à quo fuerat veo-
ditio, de qua agebatur, procuratorio nomine
Ill. Principissæ Seillæ, D. Ioannæ Ruffo promis-
sa, *in consf.* 44. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 2. ubi ampliat etiam,
3 si in promissione de vendendo intercesserit iu-
ramentum, ex *Imola*, & altis, & præsertim ex
Rolando a Valle in consf. 69 *n.* 23. *lib.* 3. qui com-
munem esse restatur; oritur enim solùm ex pro-
missione vendendi actio personalis ad interes-
se, non autem ius aliquod, siue dominium ex ea
transfertur, ut docet *D. Reg. de Ponte in tract. de*
potestate Proreg. tit. 6. §. 1. *n.* 34. *& in consf.* 85. *n.*
8. *lib.* 1.

4 Quod autem dicitur ad evitandum circui-
tum, simplicem faciendi promissionem pro fa-
cto haberi, ex notatis in *l. ex empto*, 11. *ff. de act.*
empt. de quo per *Io: Andr. in addit. ad Speculat.*
in Rubr. de obligationib. & solutionib. procedit
in obligatione solvendi pecuniam, in qua si
diceretur, non teneri debitorem præcisè ad fa-
ctum; sed ad interesse; adhuc eamdem pecuniã,
5 ratione interesse solvere tenetur; quod non est
in promissione vendendi, propterea in ea locũ
non habere, ultra relatos, communem opinio-
nem DD. esse, ac secundùm eam pluries fuisse in
Senatu Pedemontano iudicatum affirmat *The-*
saur. in decis. 233. *n.* 5. Item locũ habet, nisi cit-
6 catos omninò inutilis diei non posset, quo ca-
su etiam promissio de vendendo, haberi non
potest pro venditione, ut ex *Cardinale in Cle-*
ment. Auditor in 14. *quæst. de rescript.* probat *Ti-*
raquell. in tract. de utroque retractu, tit. de retra-
ctu conventionali, ad finem tituli n. 42. *circa fin.*
D. Præs. de Franch. decis. 374. *n.* 3. *circa med.*

Vndè in causa Ill. Ducis Crosiæ Theodori
Mandatoritii cũ prædicta Ill. Principissa Seillæ
D. Ioanna Ruffo, circuitum inutilem dici non
posse affirmabamus, cogere eam ad stipulandũ
promissæ venditionis instrumentum, cum pro-
missione defensionis, & evictionis generalis
sub omnium bonorum obligatione, etiam feu-
dalium, atque omnibus clausulis, cõsuetis, & re-
quisitis, ut super instrumẽto ipso infra quatuor
menses stipulando, Regium beneplacitum, &
assensus obtineri potuisset, iuxtà conventa in
chirographo, siue albarano (vt vulgò dicitur)
inter partes confecto; cum etiam de promissio-
ne vendendi feudum, siue iuendi feudum
7 ageretur, quod est similiter feudale, & proindè
Regios requirebatur assensus; ante cuius inter-
positionem minimè potuit promissio operari,
ex traditis per *Præs. de Franch. in decis.* 48. *n.* 1.
vbi refert iudicatum in Sacro Consilio Neapo-
litano, & per *Annam in alleg.* 125. *n.* 12. *& seq.*
par. 2 atque *Reg. Galeot. in controvers.* 28. *n.* 21.
lib. 1. licèt autem ius luendi feudum in bene-
8 ficium emptoris, & possessoris cum pacto de
retrovendendo absque assensu, tãquam in aug-
mentum feudi, cedi posse, nonnulli affirmave-

rint, præsertim *Afflict. in Constit. Regni Consti-*
tutionem Diva memoria num. 22. contrarium
9 tamèn in simili dubitatione affirmavit idem
Afflict. sibi ipsi contrarius in eadem *Constit. n.*
10 15. ubi voluit, quòd neque remissio hypothe-
cæ super feudo in beneficium possessoris fieri
11 possit absque assensu, tametsi in feudi augmen-
tum fieri dicatur, ut *Afflicti* contradictionem
notat *Tiraquell. in loco proximè relato nn.* 160.
quem refert *Ursillus in addit. ad eundem Af-*
12 *flict. in decis.* 232. *num.* 7. *in fine*; sed contrarium
expressè tradiderunt in propria quæstione *Ca-*
merar. in repetit. cap. Imperialem fol. mihi 17. *lit.*
E. Marcell. de Mauro, qui comunem hanc esse
testatur in *sua allegatione* 21. *num.* 7. *Rosenthal.*
de feud. to. 1. *cap.* 9. *membro* 1. *conclus.* 34. *nn.* 15.
Reg. Revit. in consf. 14. *num.* 12. *lib.* 2. cum hodie
omnis rei feudalis alienatio, sive iuriom cessio,
13 quæ realis sit, aut in rem scripta, requirat assen-
sum, etiam, quòd commutatio sit rei, vel perso-
næ, licèt in melius, & in augmentum, ex *Constit.*
prædicta. Constitutionem Diva memoria, in illis
verbis: *Minuendis, aut commutandis*, ut ex *Came-*
rar. Anna, & aliis, docet *Reg. de Tappia in decis.*
12. *Sac. Cons. n.* 14. exindè oritur, quòd cessio io-
ris luendi ad feudum, quod est feodale, tametsi
fiat in beneficium possessoris, omninò requirit
assensum: quia non tàm feudi, vel domi-
14 nij, quàm possessionis respicit augmen-
tum, cum etiam à feudi possessione divi-
sum, ius luendi feudale remaneat; sed
potiùs Domini detrimentum continet, quod
contra eius voluntatem fiat de persona ad per-
sonam feudalis iuris commutatio, ut conside-
rat idem *Afflict. in d. Constit. n.* 15. *circa fin.* & cũ
Dominus venditioni factæ cum pacto de retro-
vendendo, assensum præstitit, ita assensisse vi-
detur, vt speraret venditorem, eiusq; hæredes
iterum futuros esse aliquando vasallos, vt ani-
madvertit *Rosenthal. in d. conclus.* 34. *n.* 15. *in ad-*
dit. lit. Q. imò Domini præiudicium versatur, si
remittens pactum de retrovendendo, filios, aut
alios legitimos successores non haberet, quia
potuisset illo medio tempore feudũ Regi ape-
riri, ut per *Camer. in loc. cit. lit. F.*
15 Erat autem assensus, venditoris expensis, &
ab eo impetrandus, ut ex *text. in l. fin. C. de Iur.*
emphyt. post *Parid.* docuerunt *de Ponte in consf.*
5. *n.* 90. *Capibl. in tract. de Baronib. tom.* 2. *cap.* 21.
n. 16. eoq; non obtento, ius luendi prædictum
16 in bonis Principissæ permansit, neque unquàm
abscessit ab illius patrimonio, ut ex *Cravet. Ti-*
raq. & aliis, adducit *Anna in consf.* 4. *num.* 75.
& seqq. lib. 1. & proinde ad instantiam præfati
Regii Consiliarii Marcelli Marciani, tanquàm
creditoris Principissæ Seillæ, fuit hoc ius luen-
di venale expositum in contradictorio iudicio,
cum eadem Principissa debitrice, & ad extin-
ctum candelæ ipsi Duci Actori personæ nomi-
natæ per offerentem remansit, quamvis posteà
venditio non habuisset effectum, propter satis-

factionem deinde subseeutam, quantitatis de-
bitæ eidem Regio Consiliario ereditori.
17 Pustea verò non poterat mora purgari,quia
jus partis effieeretur deterius,juxtà ea, quæ post
*Annam in sing.*349. latè deducunt *Reg.Capyc.*
*Latr.decis.*30.*n.*15.*&* 22. *Consil. Roccus in resp.*
93.*lib.*2.*Dom.Consiliar.Petra in Ritu M.C.* 133.
& 173.tùm propter temporis diversitatem, ab
anno 1619. tùm propter status mutationem;
nedùm eoim fuit oovissimè eommissa gradua-
tio ereditorum Illustris Prineipissæ Scillæ, &
provisum, quòd proeedatur ad veoditionem
omoium bonorum ipsius; Verùm etiam super
Terra Petræ Paulæ, super qua jus luendi eom-
petebat, fuit illis de Laurentio, tanquàm ere-
ditoribus ejusdem Illustris Prineipissæ Seillæ
præstita assistentia de anno 1637. & fuerunt
emanata banna pro illius venditione liberè,&
absque alio pacto de rettovendeodo faeienda,
oblationibus etiam pro illius venditione re-
ceptis,de anno 1642. ut stante evictione præ-
18 dicta, neque emptor ullo modo cogi potuisset
ad emptionis promissæ observantiam, oeque
teoeretur pretium solvere, aùt eompeosare,
etiam oblata fidejussione de restituendo in ea-
su evictionis;eum evideos, & notorium sit jus
evioeentis, ut per *Jas.in l.a Divo Pio* §.*si post*
*num.*2.*ff.de sent.& re judic. & alios per Man-*
*gil.in tract.de evict.qu.*85.*n.*53.

Quibus etiam aeeedebat potestatis defectus
in promissione veodendi nomine Illustris prio-
eipalis facta, per D.Mareellum Mareianum,
ejus procuratorem, qui posteà fuit ad Regii
Consillarii munus promotus, etenim de man-
dato oon eonstabat, sive potestate aliqua ven-
dendi jus luendi predictum oomioe priocipa-
lis; quinimò constabat de eontrario mandato,
venditionem Terræ prædictæ faeiendi, cum
pacto de retrovendendo, vigote instrumenti
procutationis sub die quiota Novembris 1619.
maou Notarii Petri Marrapadi Civitatis Re-
gii,& consequentèr ex promissione facta eon-
19 tra maodati formam, & cootra voluntatem
prinelpalis, oihil fuisse validè gestum ex nota-
tis in *l.si procurator,* 10.*C. de procurat. & in l.*
diligentèr 5.*ff.mandati, cum concord.*

Et lieèt novissimè produeeretur potestas ei-
dem proeuratori eoocessa vendendi quaseum-
que Terras cum pacto de rettovendendo,vel si-
ne,io mandato Neapoli confecto sub die 17.
Julii 1619. nihilominùs venditio facta fuit
cum pacto de rettoveodeodo, vigore alterius
mandati specialis de mense Novembris stipu-
lati,ut diximus, per quod seeuodum manda-
tum etiam in eadem persooa factum, cum ali-
20 qua tamèn additione,sive moderatione, cen-
setur à primo recessum, illudque revoeatum
ex juris dispositione,ut per *Gloss.in l.si quis cum*
procuratorio §.*Julianus,versic.procuratores duos*
ff.de procurator. quam ibi sequuntur *Bald.in*
fine in versic.ultimo quero, Paulus de Castro nu.
3.*in versic.ultimo nota*,allegant *tex.in l.qui mu-*
tuam,56.§.*non ideo,ff.mandati*;idemque probat
*Mascard.in tract.de probat.to.*2. *conclus.*1016.
num. 21. *& sequentibus, Menoch. de præsumpt.*
*lib.*2.*præsumpt.*36.*num.*25. & post alios ab eis
allegatos affirmat *Rovitus in Rubrica prag. de*
*procurat.num.*45. & io terminis seeundi man-
21 dati ad vendendum eum pacto de retroven-
dendo eonsiderat *Anna in allegat.*27.*num.*10.
*lib.*1.quibus addendus est *Thesau. Pedemonta-*
ni Senatus decisionem, io contrarium factam,
egrè ferens *in dec.*107.*n.*5.

Cujus quidem prioris maodati taeita, vel
expressa revoeatio;eum jam ad emptotis noti-
tiam devenisset (ipse enim vigore seeundi mã-
dati eum procuratore contraxerat) non erat
eidem notifieanda,qui aliunde eam non igno-
22 rabat,ultra quod ubi procurator generalis ad
negotia,non tameo in certo loeo, vel cum eer-
ta persona peragenda,revoeatur, suffieit eum
de revoeatiooe eertiotare, ut aliis etiam eum
eo eontrahentibus tevoeatio præjudieet, ut
eolligitur à contrario sensu *in l. si mandassem*
23 15.*ff.mandati* debet enim euriosus esse, qui cõ-
trahit,& inquirere, an mandatum fuerit revo-
eatum,nec ob ad nutata *in l.*3. §.*sed si sic acce-*
24 *pit, ff.de in rem verso*; & prospicete debuit,hoc
evenire posse juxtà tradita *in l.si quis domum*
9.§.1.*ff.loc.& l.inter stipulantem* 83.§. *Sacram*
25 *ff.de verb.oblig.*unde agat eontra ipsum falsum
proeoratorem, *ut in l.si procuratori falso* 14.*ff.*
de condit.causa data,& in l.si procurator 6.*ff. de*
condict.indeb. neque runc est prioeipali impu-
26 tandum, si noo denooeiaverit aliis revoca-
tionem,quia neseit eui, *argum.l.si dictum* 56.§.
fin.vers.Sed & si nihil, ff. de evict. vbi verò ad
27 gerendum oegotia cum certa persona fuisset
constitutus,tunc est ipsi ootificanda oomioa-
eim tevocatio, neque enim divinare potest,il-
lam fuisse subseeutam,ut *in l.si fideiussor* 29.§.1.
ff. mandat. ita eum ineerta est persona eertus
autem locus,in quo est procuratio admioistrã-
28 da, tequisitur revocationis notificatio per ge-
nerale proelama,ut ad omojum illius loci oo-
titiam possit verisimilitèr pervenire,ut *in l. sed*
& si pupillus 11.§.1 .*ff.de instit.* ita distinguit
29 io proeuratore ad negotia, *Bart.in l.vn.n.*8.*&*
9.*C.de satisdando*, ubi etiam hoe firmat *Bald.n.*
3.latè *Sagnranus de Nigris in addit.ad Bald. in*
*l.si mandassem n.*6.*in fine,ff.mand. Abb. Panorm.*
*in cap.ex parte Decani n.*12.*de rescript.*ubi *Felin.*
*n.*23.*vers.Et ista,addit.ad Alex.*& ex communi
DD.traditione sequitur *Cancer.lib.*2. *var. resol.*
*cap.*14.*n.*168.*& seq.Sesse in decis. Aragonia* 81.
*n.*14.quem sequitur *D.Rovit. in Rubr. Pragm.*
*de Procuratorib.n.*48.
30 Quamvis aliud sit respectu debitoris,qui re-
ctè solvit, generali proeuratori ad cootraheo-
dum cum ineerta persooa, & in loco iocerto
eonstituto, etiam tevocata, cum tamen revo-
eatiooem debitor igooravit, ut in *l.qui homi-*
nem,

nem 34. §. *si Titium ff. de solutio.*, & notat *glossa*
in d. cap. ex parte Decani, *in verbo. Procura-*
31 *tor, de rescript.* ubi quòd falsus etiam procura-
tor dicitur, qui fuit, & non est, si tanquàm
procuratorem se gerat, & nihilominus liberat
32 solventem sibi pro Domino ignoranter, non
tamèn Dominum obligat, alios refert *Giurba in*
decis. Siciliæ 79. *n.* 20. idque fuit non dum libe-
rationis favore constitutum, verùm etiàm, quia
33 Dominus sciens se certos habere debitores, po-
terat illis revocationem denunciare, *ut per*
Bald. in d. l. nn. n. 3. in fi. C. de satisdando, tùm
etiàm quia solutionem debitor procuratori
facere tenetur invitus, unde non est, quod de-
bitori imputari possit; in creditore verò con-
34 trahente aliud est, quia cùm alio contrahit,
eius conditionem investigare debet, ut in *l. qui*
cum alio 20. *ff. de reg. Ju.* & ita distinguit *Sa-*
guranus de Nigris ad Bald. in d. l. si mandassem
in fi.

Colligitur etiàm in proposita facti specie
35 contraria principalis voluntas, quæ facto, &
verbis declaratur, ut in *l. Paulus respondit*
5. *ff. rem ratam haberi*, *cum concord per Ma-*
scard. in tract. de probat. conclus. 1422. *n.* 24. &
34. *to.* 2. nunquàm enim ratam habuit vendi-
tionem juris luendi promissam, de qua tan-
36 quàm de gravi, & notabili facto præsumitur
37 fuisse à procuratore certiorata, præsertim ac-
cedente lapsu temporis, infra quod potuit ad
eius notitiã pervenire, ut ex notatis *in cap. Cum*
illorum 32. *de sent. excommunicat.* probat *Roman.*
in cons. 481. *nu.* 3. quemadmodum fuit eadem
principalis à procuratore certiorata, de con-
tractu venditionis annuorum ducatorum 700.
eius nomine factæ, in beneficium q. Joannis
Michaelis Mandatoritij, patris ipsius Ducis,
pro ducatis decemmille, eamque ratam habuit
publico mediante instrumento, elapsis jàm
quatuor mensibus, infra quos venditio feudi
fuit liberè, & absque luendi jure promissa; ut
in partem pretij per Principissam consequen-
di, retineri potuisset ducati decemmille, & pro
eis prædicti annui dicti 700. & nihilominus
38 stante illa temporis determinatione, infrà
quod erat venditio facienda, non requireba-
tur alia emptoris petitio, sine admonitio, ut
ex *Dec. in l. fin. n* 47. *C. de edicto Divi Adriani*
tollendo, *in cons.* 196. *in fine*, & 452. *n.* 9. *Menoch.*
in tract. de Arbitrar. Judic. casu 498. *n.* 6. &
alijs affirmat, *Crass. in tract. de except. except.* 32.
39 *n.* 140. neque poterat post tempus promissũ ra-
tificatio subsequi, tanquàm inefficax *ex l. bonorũ*
24. *ff. rem ratam haberi*, ut ex *Dec. in l. semper qui*
non prohibet ff. de reg. Ju. docet *Barz. in Dec.*
40 *Bonon.* 68. *n.* 23. ubi etiam, quod ratificatio in
præjudicium juris tertij non retrotrahitur, in
quo conveniunt, *Ozascus in dec. Pedemont.*
119. *n.* 26. & 28. *Thesaur. decis.* 7.

Neque opposita rei judicatæ exceptio obsta-
bat ex decreto S. C. resultans, quo fuit provi-
sum, quòd Actor recognoscat albaranum super
promissa venditione confectum quàmvis enim
41 diffinitiva sententia, postquàm fuit à Judice
prolata, non possit ampliùs ab eo revocari,
tanquàm functus jam fuerit officio suo, ex *l.*
42 *Judex postquàm* 55. *ff. de re judic.* interlocuto-
ria verò, tametsi quoad partes transitum fa-
ciat in rem judicatam, ut per *cap. Cum cessante*
60. *de appell.* & alia tradit *Ursill. ad Afflict.*
decis. 42. *n.* 2. quem sequitur *D. Rovit. in pragm.*
1. *de appellat. n.* 8. & post alios, quos refert, am-
plectitur *D. Altimar in tract. de nullitat. tom.* 1.
rubr. 3. *quæst.* 2. *num.* 25. potest nihilominùs
per Judicem quandocumque revocari, & quo-
ad eum nunquam transit in judicatum, sicuti
docent *Scaccia de appell. quæst.* 19. *remed.* 1.
conclus. 6. *num.* 20. & *quæst.* 12. *num* 95. & *de*
judic. lib. 1. *cap.* 95. *num.* 105. *Marches. de com-*
mis. appell. ab interloc. cap. 1. §. 1. *nu.* 17. *Salgad.*
de Regia protect. par. 1. *cap.* 5. *nu.* 7. *Muscatell. in*
prax. S.C. part. 1. *glos. Demandatur*, *n.* 36. alijque
nonnulli, quorum placitum confirmat *D. Alti-*
mar cit. quæst. 2. *n.* 24. & ex *l. quod jussit* 14. *ff. de*
re judic. etiam probant *Barz. Alex.* & *DD.*
quos refert, & sequitur *Maranta in suo speculo*
aureo, parte 6. *in verbo*, *Et demùm fertur sen-*
43 *tentia n.* 7. ubi in specie, quòd judex qui tulit
unam injustam interlocutoriam, putà non
admittendo, quod admittere debebat; vel è
contra, potest etiàm in calculo ferendæ sen-
tentiæ diffinitivæ de illa habere rationem, cir-
ca ipsius revocationem, emendando, quod
malè fecerat, & quod Judex in appellatione
potest revocare interlocutoriam, à qua non
44 fuit appellatum, quando fuit solùm appella-
tum à diffinitiva, idque etiàm ex dispositione
l. generaliter 12. §. *sin autem C. de reb. credit.* &
Jur. jur. communitèr receptum esse testatur
Andr. de Isern. in §. *cedat*, *in fi. de statut.* & *con-*
suetud. in usib. feudor. licèt aliàs magnam fuisse
de hoc contentionem asserat inter *Innocent.* &
Hostiensem, quod novissimè etiam refert *Tas-*
son. in suis Observ. Jurisdict. super prag. de an-
tefato, vers. 3. *n.* 111. *vers. Hujus dominij*; sicut
etiam infra decem dies posse per judicem exe-
qui interlocutoriam, adnotavit *Spec. in tit. de*
appell. §. *restat videre*, *in fi.*; cùm igitùr in dif-
finitiva processit tacita interlocutoriæ revo-
catio, quòad recognitionem ordinatam, nul-
la habita de illa ratione.

45 Fuit propterea decreto S. R. C. provisum
sub die 28. Julii 1642. referente Francisco
46 Savio Regio Consiliario, viro conspicuo, qui
posteà fuit unius ex Aulis eiusdem S. R. C.
Præfectus, quòd Illustr. Principissa Scillæ sol-
vat tertias ano. ducat. 700. nulla habita ratio-
ne de pretensa venditione, ex promissione ven-
dendi resultante; à quo decreto, pendente
verbo faciendo loco reclamationis, partes ad
concordiam devenerunt. Actuarius Borrel-
lus.

RE-

RERUM SUMMA.

1 *Venditio ad corpus contracta censetur, qua incipit a corporis expressione.*
Ad mensuram verò, qua incipit ab ea, n. 2.
Quid autèm si post corpus, & mensuram confines exprimantur? variant DD. n. 3.
Propterea tutius erit ad coniecturas recurrere, num. 4.
5 *Venditio ad corpus arguitur ex unitate pretii.*
Quemadmodum ad mensuram, ex pretii divisione, in singulas mensura partes, n. 15.
Item ex dictione in circa *mensura adiecta ad corpus venditio judicatur, n. 6.*
Licèt aliud senserit Capycius *in dictione* parum plus, vel minus, *nu. 7.*
Verba etiam quantacunque sit *venditionem ad corpus inducunt, n. 9.*
Item si res tradita emptori fuerit, & ab eo ante mensuratione possessa, ad corpus venditio facta intelligitur, n. 13.
8 *Dictio* in circa *ad modicam quantitatem Judicis arbitrio refertur.*
10 *Decisio novissima S. R.C. Neap. in hoc articulo adducitur, & n. 27.*
11 D. Ioannes Baptista Apicella Regius Consiliarius S.R.C. Neap. *commendatur.*
Prout etiam D. Fabius *ejus filius Index perpetuus M.C.V. & posteà Regius quoque Consiliarius, n. 12.*
24 *Venditio ad mensuram conditionalitèr contracta dicitur.*
16 *Venditio an ad corpus, vel ad mensuram contracta fuerit? ex pretii quantitate dignoscitur.*
Et ex magnitudine pretii ad corpus facta judicabitur, n. 17.
18 *Venditio quid comprehendat? ex pretii magnitudine probatur.*
16 *Vendita res in dubio prasumitur pro justo pretio.*
20 *Venditione ad corpus contracta, quantitas, mensuram enunciatam excedens est emptoris.*
Sicut è converso quantitas deficione, emptoris damno cedit, n. 25.
Licèt alii contrarium sentiant relati, n. 30.
Eorumque pravalet opinio in enunciatione ab emptore, non a venditore facta, ut n. 28.
21 *Venditione ad mensuram contracta quantitas excedens, est venditori restituenda.*
Deficiens verò est emptori reficienda, n. 24.
22 *Mensura loci, atque temporis contractus, est in venditione attendenda, secundùm aliquos.*
Sed veriùs inspiciendum esse locum rei sita, ejusque consuetudinem habetur, ex receptiori sententia, n. 23.
26 *Emptor, & venditor, non debent ad imparia judicari.*
29 *Dolus, & culpa nemini debet patrocinari.*
31 *Vendita re ad corpus, & casu, vel accidentalitèr deficiente damnum est emptoris.*
32 *Vendita rei augmentum, vel diminutio pertinet ad emptorem.*
Ut si pereat, vel deterioretur, etiam ante traditionem, emptor nihilominùs ad pretium teneatur, n. 35.
Dummodò nulla venditoris culpa, vel mora in traditione intercesserit, n. 36.
Vel & si fuerit in mora, res fuisset eodem modo penes emptorem peritura, vel diminuenda, ut num. 37.
Quia emptor non fuisset illam medio tempore venditurus, n. 38.
33 *Venditio ex re, & pretio, atque consensu perficitur.*
34 *Venditio ante traditionem, imperfecta dicitur, quòad executionem; non respectu periculi, & obligationis.*
39 *Vendita rei in pondere, numero, vel mensura consistentis, periculum, & commodum ante traditionem spectat ad venditorem.*
Nisi tanquàm species, vel certum corpus vendatur, ut n. 40.
41 *Vendita rei valore aucto, aut diminuto, ante traditionem, emptor, neque plus, neque minus pretii conventi solvit.*
Etiam in rebus, pondere, numero, vel mensura consistentibus, n. 42.

CAPUT II.

De venditione ad corpus, vel ad mensuræ modum concepta, ad *text. in l. si venditor 39. ff. de actionib. empti*, & in *l. qui fundum 40. §. qui agrum, ff. de contrah. empt.*

VEnditionis contractum ad corpus, vel ad mensuram, fuisse celebratum, prius ipsa
18 facti contingentia consultivè respondimus, nedum requiri novum haeredis consensum post mortem testatoris; verum etiam super hoc novo consensu Regium assensum esse omninò requisitum, ex *Capyc. in decis.* 115. *num.* 4. *& Reg. Rov. in cons.* 83. *num.* 5. *lib.* 2. Intelligi autem debet, ut assensus à Rege Catholico obtineatur; quemadmodù enim fuit vetitù Proregibus assentiri dispositioni factae in testamento, vel contractu, in quo adest substitutio, ita novo consensui, super ipsa dispositione per haeredem praestito; ad quod conferunt tradita per *Lanar. in cons.* 60. *n* 119.

Quod si filij haeredis consentientis praelationem in feudo petere vellent oblato pretio pro
19 consensu per viam transactionis, fortasse tecepto; quae quidem praelatio eisdem consanguinitatis iure competit, ut *in cap.* 1. *§. sed &*
20 *res, per quos fiat investitura, cum concord.* illis tamen, qui alienationis tempore nati, vel sal-
21 tèm concepti erant; neque scienter annum labi, in maiori eorum aetate consenserint, iuxtà ea, quae post alios tradiderunt *Carpan. in Comment. ad Statut. Mediol. lib.* 1. *cap.* 417. *num.* 172. *&* 546. & novissimè *Reg. Sanfelic. in decis.* 100. *num.* 78. omissa disputatione, an in contractu
22 transactionis, in quo feudum eidem possessori dimittitur, ius praelationis, sive retractus locum habeat? in qua negativa opinio fuit magis recepta, ut ex traditis per *Tiraq. in tract. de utroq. retractu, in tit de retractu consanguinit. §.* 1. *glos.* 14. *num.* 66. ubi contraria opinio, quam
23 sequitur ibi *Tiraq.* esset servanda, praelatio iuvabit consanguineos, non ad feudum conse-
24 quendum, sed ius illud super feudo remissum, ut idem *Tiraq.* declarat *sub nu.* 14. Cum autem super dispositione per primum feudatarium facta, & consensu per haeredem praestito Regis obtinetur assensus, omne transigentis ius cessat; ita pariter filiorum, aut agnatorum transigentis, qui non possunt plus iuris, quam transigens habere, & omnis cessat amaritudo.

25 Supervenit postmodum nova *Gratia* per Serenissimum Regem nostrum huic Fidelissimae Civitati, & Regno indulta in anno 1655. inserta in *Pragm.* 24. *de feudis, in* 2. *volum. Prag-*
26 *maticarum*, qua fuit, nedum feudorum successio, ad quartum usque gradum inclusivè extensa, verùm etiam infra eumdem gradum fi-
27 deicommissi, seu maioratus fundandi potestas concessa super feudis, ut eo casu alius Regia assensus iuxta praemissa minimè requiratur.

RERUM SUMMA.

1 *Feudi alienatio absque assensu Domini, est nulla.*

Et ab eisdem contrahentibus iure proprio revocatur, n. 2.

De Iure Regni Neapolis, n. 3.

Quod si fiat a venditore revocatio, ipse feudum unà cum fructibus, & emptor pretium, cum interesse, restituere tenetur, n. 4.

Si verò emptor revocet, fit hinc inde compensatio fructuum, cum interesse, n. 5.

Licèt interesse fructuum valorem excederet, num. 6.

Vt pluries fuit in S. C. Neap. iudicatum, n. 7.

Quamvis in hoc Regia declaratio requireretur ob decisionum varietatem, n. 8.

Et magis indubitantèr locum haberet compensatio, stante emptoris dolo, qui assensum impetrare neglexit, n. 9.

10 *Feudi absque assensu alienati revocatio ex Iure Regni Neapolis locum non habet pluribus in casibus, remissivè notatis.*

Secundò non procedit quando non voluntariè feudum alienatur, sed subiecta sub hasta vendidit vigore sententiae, n. 11. *&* 15.

Iudex enim tunc feudum transfert, sicuti contrahens, n. 12.

Quod intelligendum est de venditione, quasi instantibus creditoribus, maximè cum assensu, num. 16.

Cui Rex, seu Prorex assentire tenetur, n. 17.

Non autem in ea, quae subhasta fieret, ipso tantùm venditore procurante ad authorizandam venditionem, n. 18.

Tertiò nec procedit revocatio, post oblationem in iudicio factam, emendi feudum venditioni paratum, n. 19.

Ne ludibrio sit Iudicis authoritas, n. 20.

Quartò nec revocationi locus erit post assensum per verbum fiat, obtentum, qui gratiam facit esse perfectam, n. 27.

Etsi non fuerit adhùc expeditum privilegium in forma Regia Cancellaria, nec registratum in quinternionibus Regia Camera Summaria, num. 28.

Pro ut per S. C. Neap. & eamdem Regiam Ca-

meram indicatum fuit per binas sententias, facta relatione in Collaterali Consilio, n.29.

Hec tamen verum esse intelligitur, durante biennio adprivilegij expedit ionem, & registrationem concesso, n.30.

Quo elapso, assensus resolvitur, ac pro non prastito habetur, n.31.

Vt proinde tunc admittatur revocatio, n.32.

Quintò non admittitur revocatio post preces Regi porrectas pro assensu, durante biennio, n.33.

Ac pendente determinatione super eis facienda per Collaterale Consilium, n.34.

Sextò nec procedit revocatio, etiam elapso biennio, contra minorem, aut aliam privilegiatam personam, n.35.

Cui competit contra huius temporis lapsum in integrum restitutio, n.36.

Septimò non conceditur revocatio in casibus à Iure permissis, n.37.

In quibus Rex assentire tenetur, & si non consentiat, habetur pro consentiente, n.38.

Vt sunt pro debitis propter dominium, vel dominium contractis ratione, vel occasione fendi, aut acquisitionis illius, n.39.

Sive cum feudum sit, cum assensu obligatum, cũ potestate capiendi, & vendendi, ut n.40.

Quæ cõmunis est omnium contractuum cautela in feudorum alienatione, n.41.

Infitum habens Regis assensum ad pactum illud axercendum ad venditionem ordinatum, n.42.

Octavò non competit ipso iure revocatio, sed eius causa altiorem requirit indaginem, n.47.

Et in ea terminus, & processus compilatio requiruntur, ac denique declaratio per sententiam facienda, n.48.

Quamvis contrarium alij senserint, terminum non esse impartiendum, n.49.

Cum de mero agatur Iuris articulo, n.50.

Maximè si ex partis confessione constet, assensum Domini, non fuisse obtentum, n.51.

Declaratoria tamen sententia, saltèm est omninò requisita, n.52.

13 Feudi venditio etiam subhasta requirit assensum Domini directi, quia mutatio fit de persona ad personam.

Non tamen eius revocatio ob assensum non prastitum impedit assensus prastationem, n.14.

21 Feudi quaternati controversia inter partes vertentes à Sacro Regio Consilio Neapolitano cognoscuntur.

22 Tribunal Sacri Consilij Neapolis magna prafulget dignitate, & maxima autheritate.

Imò Regis personam reprosentat, sub cuius nomine sententia proferuntur, n.23.

Nec Prafecti Pratorio Tribunal, sed Cesaris dicendum est, n. 24.

De cuius facultate, & prerogativa plura traduntur, remisivè, n.25.

26 Feudi venditio, cum fit ad istantiam creditorum, quod superest ære alieno soluto, in emptionem implicatur loco feudi pro cautela Domini directi.

43 Instrumentum publicum est probatio probata.

De quo dicitur, noli me tangere, n.44.

Et in Regno Neap. paratam habet executionem, num.45.

Nec suspenditur eius executio, per exceptiones oppositas, altiorem indaginem requirentes, num.46.

53 Pœna ipso iure incursa non exequuntur, nisi pravia declaratoria sententia.

54 Feudo ubi quis etiam ipso iure privatur ob interesse Domini directi, intelligitur, si Dominus ipse velit.

Nec tertius opponere potest, quòd feudum aliquis amisit ob non factam fidelitatem absque Domini declaratione, n.55.

56 Contractus est interim exequendus eius nullitate pendente.

57 Feudi venditor est in pretij possessione manutenendus, & si nullitèr feudum vendiderit absque assensu. & n.59.

58 Possessor est lite pendente manutenendus in sua possessione.

60 Instrumentum liquidari potest ad formam Ritus M.C.Vicaria Regni Neapolis, pro annuis introitibus super feudo venditis absque assensu.

Maximè quando emptor fructus percepit, nu. 61.

62 Instrumentum venditionis feudi absque assensu executionem ad formam Ritus non meretur.

63 Feudorum dispositioni ab eo facta qui certo, & legitimo successore caret, assensum prastare non potest Neapolitani Regni Prorex.

Si disponens, neque in actu, nec in potentia successorem habet, n.64.

Nam si quoquo modo potest habere, vel sperare successorem, valet Prorex assentiri, n.65.

Et ita maiores nostri intellexerunt, n.66.

Quamvis contrarium novitèr sentiat D.Consiliarius Roccus, n.67.

68 Feudi alienationi denegari potest assensus à directo Domino, si alienans successore careat.

Intelligendo si alienans esset omninò de filijs desperatus, n.69.

Non tamen si quomodocumque posset legitimum sperare successorem, n.70.

71 Assensus clausula in alienatione feudi, quòad bona, in qoibus habet alienans successores, tanquàm superflua reijcitur.

Puro, & absoluto remanente assensu, n 72.

Et habetur Dominus pro assentiente, ut ad onera feudi teneatur, n.75.

73 Verba superflua, non vitiant, aùt alterant actum.

Sed reijciuntur, & sunt ac si diceretur: Arma virumque cano, n.74.

76 Rescriptum vitiatur, si aliqua in precibus suppressa, aùt falsò exposita fuerint.

Quibus verè expressis gratiam Princeps non cõcessisset, n.77.

Aut saltèm difficiliùs, n.78.

79 D.

79 D. Paulus Ianacdasius Regius Consiliarius *lau-
datur.*
80 *Decisio novissima Sacri Regij Consilij Neapoli-
tani refertur.*

CAPVT XIII.

De Feudi absque assensu alienati revocatione ex *Regni Neap. Constitut.* incipiente, *Constitutionem Divæ Memoriæ, sub tit. de Revocat. Feudor.*

1 FEudi alienatio absque as-
sensu Domini, ultra nulli-
2 tatis vitium, cui subiacere
decernitur, eisdem alienan-
tibus, & contrahentibus
3 iure proprio revocari per-
mittitur per *Constitut. Re-
gni Neap.* quæ incipit: *Con-
stitutionem Divæ Memoriæ, in Rub. de Revocat.*
4 *feud. & rer. feudal.* adeò ut revocatione à ven-
ditore facta, emptor feudum unà cum fructi-
bus, & venditor ipse pretium, cum inte-
5 resse restituere teneantur; emptore autem revo-
6 cante, fieri debebit hinc inde compensatio fru-
ctuum, cum interesse, quamvis interesse fru-
ctuum feudi valorem excederet, & ita pluries,
7 atque passim in S.C. iudicatum testantur *Capi-
blanc. in tract. de Baronib. to. 2. cap. 21. num. 6. &*
8 *seqq. Reg. de Tappia,* qui tamen de hoc Regiam
declarationem se desiderare dicebat ob decisio-
num varietatem, in *decis. S.C. 8. Reg. de Marin.
in lib. 2. resol. Iuris cap. 83. num. 18. cum seqq.* et-
9 si decisione à *Tappia* relatam ex emptoris do-
lo, qui assensum impetrare neglexit, processisse
censeat *Reg. Marcian. in lib. 2. disputat. forens.
cap. 100. n. 35.*
10 Huic autem revocationi vigore *Constitutio-
nis prædictæ Constitutionem Divæ memoriæ,* locus
non est in casibus à *Freccia* relatis *in tract. de
subfeudis lib. 2. in prima authoritate Baronis, §.
pluribus autem modis,* & *Anna in Commentarijs
ad eamdem Regni Constitutionem p. 3. à nu. 232.*
11 ubi, quòd revocatio non conceditur, quando
non voluntariè feudum alienatur, sed rubicta
sub hasta vendidit vittore seoteotię. Iudex enim
12 feudum transfert, sicùt contrahens, ex *Andrea
in cap. 1. versic. Domini, de statutis contra libert.*
13 *Eccles.* & quamvis etiam in venditione subhasta
requiratur assensus, quia mutatio fit de persona
14 ad personam, non tamèn revocatio impedit
assensus præstationem, iuxtà tradita per *Præsid.*
15 *de Franch. in decis. 620. num. 8.* & propterea in
venditione sub hasta, tanquàm in venditione
necessaria, revocationem non admitti ex defe-
ctu assensus, scribunt etiam *Anna filius in cons.
55. num. 24. lib. 1.* & alij quos referunt, & sequ-
untur *Reg. Merlin. in lib. 2. controv. forens. cap. 81.
num. 28. & seq. Reg. Marcian. in lib. 1. disputat.
forens. cap. 27. num. 14. & cap. 28. num 18. & 22.
& in lib. 2. cap. 91. num. 9.* ubi hoc intelligit *sub*
16 *num. 13.* de venditione, quæ fit subhasta instan-
17 stantibus creditoribus, & maximè cum assensu,
cui Rex, sive Pretex assentire tenetur, ut in *d.*
18 *cap. 27. num. 15.* non autem in ea, quæ sobhasta
fieret, ipso tantum venditore procurante ad
authorizandam venditionem, & in eodem *cap.*
19 91 *num. 10.* nec revocationem locum habere
firmat, postquam oblatio in iudicio facta fuit,
emendi feudum venditioni paratum, ne ludi-
20 brio sit Iudicis authoritas, & præsertim Sacri
Regij Consilij Neapolis, cuius est cognitio con-
troversiarum feudi quaternati inter partes ver-
tentium, ut dicemus inferius in *cap. 60. nu. 8. ex
Pragm. 3. & 37 de Officio S.C.* hoc enim Sa-
cri Consilij Tribunal magna præfulget digni-
22 tate, & maxima authoritate, imò Regis per-
23 sonam representat, sub cuius nomine sententiæ
proferuntur, ut præ alijs notat *D. Scoppa in ob-
servat. ad decis. Grattan. observ. 111. num. 11. &
observat. 172. num 4.* unde non Præfecti Præto-
24 rio, sed ipsius Cesaris Tribunal dicendum esse,
novitèr probat *Casarus in speculo peregrin. quest.
in quest 12. num. 14. & seqq.* & de illius facul-
25 tate, & prærogativis plura congessit post *Tasso-
num in observat. Iurisdict. ad pragm. de antefato
versic. 3. observ. 3. num. 62. Topius in tract. de ori-
gine Tribunal. Vrb. Neap. p. 2. cap. 4.* & ut rever-
tamur unde digressi sumus, in venditione feu-
26 di, creditoribus instantibus facienda, si ære
alieno soluto pecunia superesit, hæc sicùt feu-
dum devolutioni subiecta in beneficium directi
domini implicari debebit in emptionem loco
feudi, ex traditis per *Reg. de Ponte in decis. 4. nu.
32. & in fine,* ubi sic refert iudicatũ in R.C.Sum.
& in *tract. de potest. Proreg. tit. 4. § 7. nu. 8.* quem
sequitur novissimè *Consil. Roccus in tract. de Of-
ficijs, Rub. 13. §. 2. n. 94.*
27 Præterea, nec revocationi locus erit, si assen-
sus iam fuerit obtentus per verbum *fiat*, quia
28 gratia statim est perfecta, etsi eius privilegium
adhùc non fuerit expeditum in forma Regiæ
Cancellariæ, neque registratum in quinternio-
nibus Regiæ Cameræ Summariæ, ut pluribus
comprobavit, atque decisum testatur in S. C.
Afflict. in decis. 253. & sequitur *Horatius Theod.
in alleg. 21.* inter allegationes diversas collectas
à *Reg. de Marinis* post *lib. 2. resol. nu. 1. usque ad*
29 5. ubi idem iudicatum fuisse testatur per totum
S.C. & Regiam Cameram Summariæ in Regio
Collaterali Consilio, per binas sententias in
causa Secretarij Soto, cum hæredibus Marchio-
nis Cerchiariæ; sed hoc verum tantùm esse de-
clarat *Consil. Marcian. in cons. 49. num. 18. lib. 1.*
30 durante biennij tempore concesso ad expedi-
endum assensus privilegium in forma Regiæ
Cancellariæ, illudque registrandum in quin-
tern-

ternionibus prædictæ Regiæ Cameræ, ex *Pragm.*
31 *t.2. & 3. sub tit. de fide memorial*; biennio verò
elapso ex clausula resolutiva in Pragmaticis
prædictis adiecta, verius esse, assensum resolvi,
32 & haberi, ac si nunquàm præstitus fuisset, ut
proinde tunc admittatur revocatio, in specie
tradiderunt *Camerar.* & post eum *Reg. de Pont.*
atque *Revit.* eisque relatis *de Marinis in pracit.*
cap.83.num.20. & ea *de Franchis in decis.540.*
num.2.in fine, confirmat *Consil. Staiban. in lib.1.*
resol forens. cap.1.num.30.cum seqq. licèt ibidem
num.1. ex eodem *de Ponte* retulisset, non esse
33 revocationem alienationis feudi permissam,
post preces Regi porrectas infra biennium pro
34 assensu, ac pendente determinatione super
eis facienda per Collaterale Consilium, quod
pro absoluto habuisse videtur *Reg. Marcian. in*
35 *pracit.cap.91.num.8.* nec admittitur revocatio
etiam elapso biennio contra minorem, aut aliā
privilegiatam personam, cui, adversus huius tē-
36 poris lapsum competit in integrum restitutio,
ex latè adductis per *Camillum Villanum in alleg.*
41. inter prædictas allegationes diversorum à
Reg. de Marinis recollectas *nu.22. & seqq.*
37 Neque revocatio conceditur in casibus alie-
nationis feudi à Iure permissis, in quibus Rex
38 assentire tenetur, etsi non consentit, habetur
pro consentiente *de Ponte in decis.6.n.11. Reg.*
Merlin. in relato cap.81.num.41. & seqq. ut sunt
39 pro debitis propter Dominum, vel dominium
contractis ratione, vel occasione feudi, aut ac-
quisitionis illius, ex eodem *R. de Ponte in decis.*
num.101. & 28. cum seqq. vel si feudum fuerit
40 cum assensu obligatum, cum potestate capien-
di, & vendendi, quam cōmunem esse omnium
41 contractuum cautelam testatur *de Franchis in*
decis.120. hæc enim obligatio ex *Merlino* ibi
42 *num.39.* initum habet Regis assensum ad pa-
ctum illud exercendum, quod est ad venditio-
nem ordinatum.

Ex quibus in causa vertente in S.C. locum
non esse dicebamus, revocationi factæ per Io-
annem Antonium Cæsaranum, emptionis Ter-
rarum Pratæ, & Castrimutij, atque feudi Botta-
tij à tutoribus D. Agnesiæ Cæsaranæ filiæ pupil-
læ quondam Baronis Ioannis Vincentij Cæsa-
rani, ob assensus obtenti privilegium infra bi-
ennium non registratum, in quinternionibus
Regiæ Cameræ, tum quia iam fuerat assensus
privilegium expeditum, eiusque registratio pe-
tita, licèt non obtenta in Regia Camera, quæ
super hoc reservavit provisionem faciendam
durante biennio, contra cuius lapsum, habe-
bat quoque pupilla in integrum restitutionem,
tùm quia venditio facta fuerat pro solvendo
pretio feudorum, & ære alieno super eis, cum
assensu contractis, pro quibus Dominus Rex as-
sentire tenebatur, & habendus erat pro assen-
tiente iuxta præmissa; tum denique quia de pu-
blico agebatur instrumento emptionis prædi-
ctæ, quod erat proinde exequendum, pro pretio

feudorum prædictæ emptionis, revocatione
43 non obstante, cum sit publicum instrumentum
probatio probata, ut de eo dici possit, noli me
44 tangere, *Bald. in cons.249. in fine lib.1.* & post
eum alio sque *Tiraquell. in tract. de utroq. retra-*
ctu, in tit. de retractu consanguinit. §.7.gl.1. n.20.
cum duob. seqq. Rolandus à Valle in cons.57.nu.1.
& seqq. lib.3. cum alijs pluribus recentioribus,
quos manuducit *D. Scoppa in observat. ad decis.*
45 *Gratian. observat.43.num.1. & 2.* & in Regno
Neapolis paratam habet executionem instru-
mentum publicum ex Ritu M. C. Vicariæ 166.
46 neque illius executio suspenditur per excep-
tiones oppositas, quæ altiorem requirunt inda-
ginem, ex *Caravita in d. Ritu num.59.* post *Ca-*
narinm in tract. de execut. instrument. q.9. & hæc
exceptio nullitatis contractus rei feudalis ex
defectu assensus, vel in pœnam alienationis abs-
47 que assensu factæ altiorem indaginem requi-
48 rere dicitur, cum in ea terminus requiratur, at-
que processus compilatio, & denique declara-
tio per sententiam facienda, ut post *Andr. in*
cap. Imperialem §. illud à num.68. de prohib. feudi
alienat. per Federicum, ait *Anna in d. Constitut.*
incipiente *Constitutionem Divæ Memoriæ nu.*
271. in fine, ubi loquitur etiam in revocante vir-
tute prædictæ cōstitutionis, sequitur *R. Revit. in*
pragm.1. de privileg. Univers. concessis num.17 &
49 quamvis in hoc revocationis iudicio terminū
non esse impartiendū, tanquàm in quo de me-
50 ro agatur Iuris articulo probaverint *R. de Ma-*
rinis in lib.2. resol. cap.231. & *Dom. Consiliarius*
D. Carolus Petra super Ritu eiusdem M.C. 123.
51 *nu.37.* maximè si ex partis confessione constet,
assensum non fuisse obtentum, ut post *Afflict. in*
decis.197. affirmat idem *Anna in allegat.1.n.33.*
sequitur *Reg. Sanfelic. in decis.151.num.5.lib.2.*
52 declaratoria tamen sententia saltèm require-
53 batur: nàm & in pœnis, quæ ipso iure incurrun-
tur, declaratoria sententia opus est pro illarum
executione, ut ex cōmuni *DD.* sententia dedu-
cit *Ant. Gabriel. in lib.7. cōmun. conclusion tit. de*
criminib. conclus.12. pluresque ad hoc cumulat
Tiraquell. in comment. ad l. si unquàm, *C. de re-*
vocand. donat. in verbo revertatur, n.400. & ex
recentioribus inquiunt *Reg. Reverter. decis.92.*
num.1. lib.1. Reg. Capyc. Latro decis.73. à num.6.
& decis.167. num. 40. Reg. de Marinis ad Reg.
Reverter. decis.72. num.1. & decis.516. num.4.
Reg. Merlin. tom.2. controv.94. num.4. Reg. de
Philippo dissert. fiscal.15. num. 2. quos laudans
sequitur novissimè *D. Scoppa in annotat. ad Sarn.*
in praxi crimin. part.1. cap.9. ex num.1. ubi per-
bellè elucidat, quòd Iura tàm Canonica, quàm
Civilia, pœnam ipso facto, & ipso iure, absque
alia declaratione imponentia, intelligenda
sunt: ut pœna ipso iure incurratur absque sen-
tentia declaratoria pœnæ; non autem absque
sententia declaratoria super facto, ex *P. San-*
chez lib.2. oper. moral. cap.22. num.20. Mattiens.
in l.5. tit.11. lib.5. recopil. Carleval. de iudicijs,
tom.

tom. 1. dispnt. 1. sub num. 42. Siequein casibus in
quibus, quis etiam ipso iure feudo privatur ob
54 interesse Domini directi, hoc intelligi si Domi-
55 nus ipse velit, nec tertium opponere posse,
quod feudum aliquis amisis ob non factam fi-
delitatem, sed Domini declarationem requiri,
scribunt *Capyc. in investitura feudali, in verbo.
Feudorum actiones, § premiscue in versic. sin au-
tem vassallus nollet in fine. Freccia de subfeud.
lib. 1. in t. autheris. Baren. num. 6. & seq. Tappia
in decis. 3. S.C. num. 45. & seqq. Reg. Marcian.
in dispnt. forensi* 31. *num.* 13. & 28. *lib.* 1. *Consil.
Hedierna in controv. forensi* 26. *num.* 15. & 35. &
seq.

56 Contractus autem nullitate pendente, illum
interim esse exequendum, probat ex pluribus
Reg. Capyc. Latr. in decis. 43. *num.* 17. *lib.* 1 & alios
adducit *Annichin. in tract. de praventione instr.*
57 *cap. 2. q. 1. num.* 20. nec est venditori turbanda
possessio, seu quasi annuorum introituum ex
causa pretij feudorum debitorum, quamvis ex
58 actu nullo possideret, nam lite pendente uti
possideris, ita possideatis, ut Iuris Consultus
loquitur in *l. 1. & toto tit. ff. uti possideris*, & in
59 proprijs terminis alienationis sine assensu factæ
rei feudalis, affirmat *Rovit. in loco relato n.* 18. &
60 *seq.* & in specie, quòd pro annuis introitibus
super feudo venditis, etiam absque assensu in-
strumentum liquidari possit, post *Frecc. in d. lib.
1. de subfeud. in t. auth. Baron. § pluribus autem
modis nu.* 37. tradit *de Bottis in addit. ad Ritum
M.C.* impressis per *Reg. de Tappia in lib. 3. Iuris
Regni in Rubr. de Instrument. liquidat. fol.* 238.
col. 1. in versic. adde quod vendens, & confirmat
D. Marcian. in d. lib. 1. dispntat. forens. cap. 32. *nu.*
442. latissimè *P. Afflict. in controvers. Iuris rec
61 fol.* 21. *num.* 42. maximè cum emptor fructus
percepit, ad tradita per *de Franchis in decis.* 373.
62 & *Giurb. in decis. Sicilia* 100. *n.* 134. licèt instru-
mentum venditionis feudi absque assensu re-
gularitèr ad formam Ritus liquidari non posse
post *Carav.* & alios deducat *D. Petra in Ritu M.
C.* 166. *n.* 81.

Neque obstare dicebamus, assensum in ven-
ditione feudorum prædictorum obtentum cor-
63 ruere ex defectu potestatis, quæ fuit Excellen-
tissimis Regni Proregibus sublata assentiendi
in feudorum dispositione facta per eum, qui
certo, & legitimo successore caret, ex *Pragm.* 4.
vulgò dicta, *delli nove capi, in cap. 2 sub tit. de
64 subfeudis*, si quidem intelligitur, si disponens
successorem non habeat, ne dum in actu, sed
65 neque in potentia: sufficit enim si quoquo mo-
do posset habere, aut sperare successorem, ut va-
66 leant Proreges assentiri, & ita maiores nostros
intellexisse profitetur *R. de Marin. in lib. 1. resol.
cap. 21. n. 2.* post *Reg. de Ponte, atque Rovit.* in lo-
cis ab eo citatis; idemque affirmant *Reg. Galeota
in controv. 24. num. 30. lib. 1. Staiban. in resol. fo-
67 rensi* 33. *num.* 13. & *seqq. lib.* 1. licèt contrariæ
fuerit sententiæ *Roccus in d. tract. de Officijs
Rubr.* 13. § 2. *num.* 16. & *seqq.* nam etsi iusta sit
68 causa, assensum denegandi alienanti, si careat
successore, ex traditis per *Reg. Reverter. in decis.*
352. ubi *de Marinis in addit. num.* 2. locum ha-
69 bet, quando alienans esset omninò de filijs de-
70 speratus, non tamen si quomodocumque pos-
set rationabilitèr legitimum sperare successo-
rem, quia tunc minimè potest assensus denega-
ri, ut per *R. de Ponte in tract. de Potest. Proreg. in
tit. 7. de Assensib. Regijs* § 3. *n.* 29. & *seqq.* & in *de-
cis. 4. num.* 20. & 26. *cum seq.* hæc autem pupilla,
cuius nomine facta fuit alienatio rationabili-
tèr poterat sperare successorem, si triennio su-
pervivens nubilem complevisset ætatem pro
nuptijs contrahendis, atque liberis procrean-
dis.

71 Ita non obstabat clausula in assensu posita,
quoad bona, in quibus habet successeros, quam
esse tanquàm superfluam reijciendam, assensu
72 puro, & absoluto remanente, ex doctrina *Isern.
73 in Constit. Regni, adictorum*, dicentia verba su-
perflua non vitiare, aut alterare actum, sed reij-
74 ci, & esse, ac si diceretur: *Arma virumque ca-
no*, ut ait *Iurisconsultus in l. qua extrinsecus* 63.
75 *ff de verb. oblig.* vel haberi Dominum pro assen-
tiente, atque teneri ad onera feudi, latè probat
de Ponte in prealleg. decis. 4 n. 36. & *seqq.*

Deniquè, nec refragabatur expressio erroneè
facta in memoriali porrecto pro assensu; quòd
alienans haberet successorem Ioannem Anto-
nium Cæsaranum emptorem, qui tamen, uti
frater patruelis, in feudis prædictis, tanquàm
76 novis, minimè succederet; etenim illa in preci-
77 bus suppressa, aùt falsò exposita vitiant rescri-
ptum, quibus verè expressis, gratiam Princeps
78 non concessisset, aùt saltèm difficiliùs, ex *cap.
postulasti 27. de rescriptis* post alios declarat *Me-
noch. in tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 3. casu*
201. *num.* 14. quem iunctis alijs pluribus, quos
allegat, novissimè sequitur *D. Sceppa in obser-
vat. ad decis. Gratian. observat.* 209. *num.* 14.
hic verò sufficiebat alienantem habere succes-
sorem, si non in actu, saltèm in potentia, ut di-
ximus, & quod in casibus à Iure permissis fieret
alienatio, ut assensus denegari non potuisset,
nec refert eorum suppressio, quibus expressis
tenebatur etiam Princeps assentiri.

Vnde patere dicebamus huius pupillæ iusti-
tiam, cuius protectionem habere, tanquam
patre orbatæ proprium esse videbatur Sacri Re-
gij Consilij humanitatis, atque clementiæ, &
facta de prædictis relatione in S.C. sub die 13.
79 Iulij 1668. per D. Paulum Ianactasio Regium
Consiliarium morum probitate, atque Iuris pe-
80 ritia conspicuum, provisum fuit, stante partiū
consensu, quod procedatur ad decisionem arti-
culi revocationis vigore *Constitutionis, Con-
stitutionem Diva memoria*, absque termino, &
nihilominus citra præiudicium iurium partium
Magnificus Ioannes Antonius Cæsaranus fa-
ciat depositum tertiatum salva provisione fa-

cien-

ciendа circa sequestrum iotroituom terrarum in actis deductrum. Actuarius Clavelli.

RERVM SVMMA.

1 *Antephati athymologia.*
2 *Dos data donationem propter nuptias meritur.*
3 *Antephatum, dote non soluta, non debetur.*
Et si fuerit dos pro parte soluta, pro parte debetur antephatum, n.4.
Quamvis certa quantitas pro antephato fuerit, cum iuramento constituta, ut nu.5.
Fallit ubi fuit, nedùm ex causa dotis; sed ex alijs iustis causis promissum, secundùm aliques, num.17. & 19.
Sed contrarium alij sentiunt, n.20. & 22.
Non obstante clausula prædicta: & ex alijs iustis causis, &c. *de Notariorum stilo verisimilitèr apposita, non de partium voluntate, ut num.21.*
Quod magis indubitatè procedit in Regno Neapolis attenta dispositione Regiæ Pragmaticæ, *n.23. & 25.*
In qua taxatur antephati quantitas, habito respectu ad dotis quantitatem, non obstante partium conventione in contrarium, n.24.
6 *Iuramentum tacitam habet conditionem, quatenùs promissa serventur.*
7 *Antephatum de Iure Communi ad quantitatem dotis ascendebat.*
In Regno Neapolis ex inveterata consuetudine pro medietate dotis in virgine, & pro tertia in vidua constituebatur, ut n.8.
Secundum morem Nobilium Capuanæ, & Nidi est medietas dotium, n.9.
Et ex more Magnatum tertia pars, n.10.
Hodie per Regiam Pragmaticam *est alitèr dispositum, n.11.*
Cui non potest ex partium conventione derogari, num.16.
Et secundùm verum valorem corporum dotaliū taxatur, n.15.
12 *Antephatum post mortem uxoris ad hæredes viri revertitur.*
Tàm ex dispositione Pragmaticæ *prædicta, quàm* Coosuetudinis Neapolis, *ut n.14.*
Secus de Iure communi, n.13.
18 *Causa una finali ex pluribus cessante, non cessat dispositio.*
26 *Antephatum debetur etiā dote non soluta, quādo vir pendente dilatione data in dotis solutione, decesserit.*
Intellige in dilatione voluntariè data à viro post dotem purè promissam, n.27.
Secus in ea, quæ fuit in actu dotationis concessa, num.30.
Non tamèn idem erit, si transacto dilationis tempore eidem uxori, vel Socero concessa, viri obitus subsequutur, n.31. & 32.
Vel si dilatio fuerit extraneo dotanti concessa, neque culpa, aut negligentia viro, potest in dotis exactione imputari, n.33. & 34.
28 *Debitori in diem imputari non potest, quod ante diem non solvit.*
29 *Dos habetur pro soluta respectu viri, si per eum stat, quo minus solvatur.*
35 *Nomina debitorum in dotem data, censentur promissa exigibilia.*
Declaratur, quando locum habeat, n.36.

CAPVT XIV.

De Antephato propter dotem regularitèr debendo, ad *text. in Auth. dos data, C. de Donationibus ante nuptias.*

1 ANtephatum ab antiquo vocabulo *Antiferna* derivatum, quod contra dotem esse significat, ut in *L.cum multa 20.* ubi *glossa C. de donat. ante nupt.* & rejectis aliorum æthymologijs à *Molfesio* relatis in *Comment. ad Consuetud. Neap. lib.1. p.7. q.1. num.1a.*
veriùs esse refert *Tasson. in suis observat. ad prag.*
de antephato, versic.4 observ.4 n. eod. regularitèr
2 propter dotem constitui solet, quia dos data
donarioo em propter noptias meretor, sive an-
tephatum, ot in *auth. dos data C. de donat. propter*
3 *nupt.* dote igitùr non soluta minimè debetur
antephatū, vel si pro parte fuerit dos soluta, pro
4 ea tantùm parte debetur antephatū, ut *in §. fin.*
Auth. de non eligendo secundo nubentes, uode
sumitur *Auth. sed qua, C. de pactis conventis*; &
5 plures comulat *Reg. Rovit. in cons.50. num.10.*
lib.2. idque etiam si certa quantitas fuisset pro
antephato, cum iurameoto constituta, locum
habete probat, ex pluribus *Guido Papa in decis.*
164. n.1. ubi testatur, ita fuisse in Curia Parla-
meoti Delphinalis in iudicando servatum, ex
6 qoo tacitam habet conditionem, iuramentum,
quatenus promissa serventur, ad quod allegat
Innocent. in cap. quemadmodum, in princ. in sua
glossa in versic. conditio, de Iure iurando.

Hinc fuit antephatū iuxtà quantitatem do-
tis aoni tempore constitotum, etenim de Iure
7 Communi Romanotum, ad quantitatem do-
tis receptæ ascendebat, ut in *l. fin. §. sancimus*, &
in *Auth. equalitas, C. de pact. convent.* Io Regno
autem Neapolis ex inveterata observantia fuit
8 constitui solitum pro medietate dotis in vir-
gine, & in vidua pro tertia parte, ut post *Capye.*
in repetit. l. Imperialem, versic. tertio antephatum,
fol.17. col.1. & alios probat *D. Reg. Capye. Latr.*
9 *in decis.49. num.1. lib.1.* exceptis Nobilibos Pla-
teæ Capuanæ, & Nidi Civitatis Neapolis, in-
ter quos antephatom, seo donatio propter nu-
ptias ex eorum more constituitor medietas do-
10 tium; in Magnatibus verò Regni similitèr ex
eorum more est aotephatum, tertia pars dotiū,
& di-

& dicitur tertiaria, iuxta utriusque motis tenorem à *Camillo Salerno* relatum in *Addit. ad Consuetud. Neap.* incipientem, *Si quis, vel si qua, sub tit. de successionib. ab intestato*; posteà verò
11 fuit aliter in Regno Neapolis antephati quantitas, habito similitèr ad quantitatem dotis respectu, moderata, ut pro dotibus infra ducatos quatuormille, sit tertia pars; pro dotibus ducatorum quatuormille, usque ad decem mille ad rationem ducatorum vigintiquinque pro quolibet centenario; à decemmille, usque ad vigintimille ad rationem viginti pro centenario; & à vigintimille, usque ad trigintamille, sit ad rationem quindecim pro quolibet centenario; ab inde supra iuxta partium conventionem, dummodò non excedat quindecim pro centenario, & conventiones omnes, quæ directæ, aût indirectæ fierent in contrarium, nullæ declarantur ex dispositione *Regia Pragmatica*, quæ est unica sub *tit. de Donationib. propter nu-*
12 *ptias*, per quam fuit etiam dispositum, quòd antephatum uxore mortua revertatur ad hæredes viri, sive filij ex eodem matrimonio supersint, sive non; Cum tamen ex Iuris Communis
13 dispositione, antephatum habeant filij, tanquàm filij, non tanquàm hæredes patris, nisi fuerit aliter conventum, iuxta *Auth. hæres C. de secund. nupt.* sed ex *Consuetudine Neap.* incipiente; *Quartam autem in Rubr. de Iure quarta*,
14 succedunt etiam filij in antephato tanquàm hæredes patris, ut plenè probant *Molfes. in Comment. ad Consuetud. lib. 1. p. 1. cap. 3. num. 18. cum seqq.* & *p. 7. q. 2. nu. 7. & in addit. lib. 2. Thorus in compend. decis. Regni Neap. p. 1. in verbo filij mortua matre*, & *Reg. Capyc. Latr. in decis. 63. num. 4. & 5. lib. 1.*
15 Et pro vero tantùm valore corporum dotalium, deberi antephatum in terminis prædictæ *Regiæ Pragmatica*, patet ex decis. S.C. quam adducit *Thor. in 3. parte compend. decis. Regni, in verbo Antephatũ 4.* in corpore dotali, pro ducatis decem, & octomille in dote dato, & postea extimato in ducatis quindecim mille, ut pro ducatis quindecim mille tãtùm debeatur antephatum, refert *Novar. in collect. decis. ad Regias Pragm. in collect. 2. sub tit. de donat. propter nuptias, num. 22. in fine*, & in corporibus super Arrendamento Regiæ Curiæ in dotem datis, similitèr antephatum deberi, attento valore ipsorum, latè probat *Consil. Pratus in lib. 1. discept. forens. cap. 36.*
16 Nec ex partium conventione derogari posse dispositioni prædictæ *Regia Pragmatica* constituendo antephatum, nedùm ex causa dotis,
17 verùm etiam ex alijs iustis causis viri mentem dignè movẽtibus, ut etiam dote non soluta, nec habito respectu ad dotem debeatur antepha-
18 tum, tanquàm una ex pluribus causis cessante, non propterea cessare debeat effectus, atque dispositio, ex notatis *in §. affinitatis, Instit. de*
19 *nuptijs*, cum alijs per nos adductis *in præceden-ti cap. 6. num. 25.* ut in specie voluerunt *Cons. de Georgio*, & *Theodorus*, ille *in alleg. 45. num. 19.* hic *in alleg. 13. num. 16.* & *Consil. Marcian. in cons. 53. num. 5. circa finem lib. 1.* & *in cons. 58. n.*
20 *209. & seqq. lib. 2.* nàm omisso, quòd contrarium veriùs esse sustineant, non obstante clausula
21 prædicta, potiùs de Notariorum stylo, quàm de partium voluntate verisimilitèr apposita, gravissimè alij Doctores, inter quos *Pater Molfes.*
22 *in Commentarijs ad Consuetud. Neap. p. 2. q. 6. nu. 4. & 5. Reg. Rovit.* & *de Marinis*, ille *in cons. 50. num. 17. cum seqq. lib. 2.* hic *in lib. 1. resol. Iuris cap. 24. num. 5.* & *in Observat. ad decis. 10. Reg. Roverterij num. 2. & Consil. Staiban. in cent. 2. Resol. forens. cap. 152. in novissimis Additis nib. num. 8. & seqq.* Cessare nihilominùs dis-
23 sensio videtur, stante prædicta *Reg. Pragm.* antephati quantitatem moderante, atque taxan-
24 te habito respectu ad quantitatem dotis, & annullante partium conventiones in contrarium factas, imposita pœna Notarijs, & Iudicibus easdem stipulantibus; unde cum non sit in contra-
25 hentium potestate aliter convenire, nulla vis constitui posse videtur in clausula prædicta, & *ex alijs iustis causis, &c.* ut singularitèr probat *D. Altimar. in addit. ad præd. cons. Roviti 50. nu. 11. & seqq. lib. 2.*

Vbi verò data fuisset ad solvendam dotem dilatio, & pendente dilatione maritus ante
26 receptam dotem decesserit, debetur antephatum, ut per *Afflict. in decis. 333.* aliosque per *Cancer. in lib. 1. variar. resolut. cap. 9. num. 83.* & per *Consil. de Georgio in alleg. 45. num. 20. & seqq.* tametsi contra receptam hanc sententiam nonnulla deducat *Tasson. in pracit. observat. 4. n. 47. & seqq.* cum eodem *Afflicto in Constit. Regni mulier, qua dotarium*, quibus respondet *Vrsill. in*
27 *d. decis. 333.* quòd nihilominus intelligitur in dilatione, quæ fuit post puram dotis promissionem à marito concessa in gratiam uxoris, aut
28 alterius dotem promittentis, cui non potest tunc imputari, cur ante diem non solvit, argumento, *text. in l. cum tempus 17. ff. de reg. iur.* &
29 dos habetur pro soluta, cum per eum stet, quo minus solvatur, ut *in §. pen. Auth. de non eligendo secundò nubentes*, secus tamen est in dila-
30 tione dotanti, in actu dotationis concessa, qua pendente, si vir decessit, nulla ei potest culpa, vel negligentia imputari, & proinde non debetur antephatum pro dote non soluta, ut in puncto voluerunt *Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 333 num. 2. in fine, Niger. in cap. Regni Mulier dotarium, num. 9. Molfes. in rel. par. 7. qu. 6. num. 7. 10. & 11. Reg. de Marin. in lib. 2. resol. quotid. cap. 54. num. 2. & Novar in d. collect. 2. n. 6.*

Sed si transacto dilationis tempore, & post morã in dotis restitutione cõmissam, vir decessit, distinguendum est, an dos fuerit ab uxore
31 promissa, atque dilatio eidem concessa? quo casu mulier non lucrabitur antephatũ, ut refert iudicatũ in S.C. Idẽ *Afflict. in decis. 242.* & alij apud

Thorus in compend.decis.Regni Neap.q.1.in verbo Antephatum 4.an verò ab alio dotis promissore dos non fuerit exacta? si enim erat socer ob reverentiam illi debitam, non exacta præsumi-
32 tur,& propterea nõ potest viro imputari, quòd eum ad dotis solutionem non coegerit, ex *Alex.* & alijs, quos refert, & sequitur *Vrsill. in d.decis.* 242.*n.*2.& probant alij per *Rovit. in relato cons.* 50.*num.*21.*lib.*2. Si verò dos fuerit ab extraneo
33 promissa,& non soluta, tunc neque antepha-
34 tum debetur, nisi culpa, aut negligentia posset viro in dotis exactione imputari, ut latè declarant post *Vrsill. in d.decis.*333.*num.*2. *& in fine*, qui refert ita fuisse iudicatum in S.C. *Niger in d.cap.mulier dotarium, num.*88. *Molfes. in d. q.6.num.*12.*Thorus* ubi supra *in verbo antephatum* 5.*Cancer.in relato cap.9.nu.*82. *& num.*85.
35 ubi loquitur in nominibus debitorum in dotẽ datis; quæ censeri etiam promissæ exigibilia probat *Consil, Staiban.in centuria* 1.*resol.forens. cap.*67.*num.*16.*& seqq. & cap.*96.*num.*27.*cum seqq.* & *Reg.Galeota in controv.* 32. *num.*37.*&* 38.*lib.*1. ubi refert ita decisum in S.R.Consil.
36 Neap. quam tamen decisionem in diversa facti specie processisse ostendit *Montanus in controv.forens.*45. *num.*10. non quidem ex dotis privilegio, sed quia pro quantitate prius in dotẽ promissa cessius deinde fuerat annuus redditus nominis debitoris, cum promissione successivæ perceptionis illius, idem probat *D.Altimarus in add. ad præfatum cons. D.Roviti* 75. *num.*30.*& seq.*& sentire videtur *Reg.de Marin. lib.*1.*resol.cap.*42.*nu.*20.

RERVM SVMMA.

1 *Dotalis res olim non poterat in Italia à marito alienari uxore invita, ex* l.Iulia, de fundo dotali.

*Nec ea etiam consentiente oppignorari, n.*2.

*Hodiè verò alienari, aùt obligari non potest, etiã consentiente uxore in omni loco, n.*3.

*Nec ab uxore alienari potest, consentiente viro, n.*5.

*Attenta sexus muliebris fragilitate, n.*4.

*Nisi de Iure Consuetudinario Civitatis Neapolis, num.*6.

*Quo permittitur uxori alienatio, de viri consensu, n.*7.

*Dummodo filij prioris matrimonij non contradicant, n.*8.

*Sed eis etiam contradicentibus, valet alienatio pro iusta causa, & necessaria, n.*9.

*Dicitur autem causa necessaria, respectu personæ, & rei, n.*10.

*Et respectu personæ, ut vivat, ut sana vivat, ut libera vivat, ut nupta vivat, n.*11.

12 *Maritus rem dotalem nulliter ab eo alienatam revocare potest.*

Neque ei obstat regula, quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio, *n.*13.

*Qua limitatur in causa dotis, ratione publicæ utilitatis, n.*14.

*Cum intersit publicæ utilitati, dotes mulieribus conservari, n.*15.

16 *Maritus est dominus dotis constante matrimonio.*

*Debet tamen illius fructus convertere in onera matrimonij, n.*17.

*Et in hoc mulieris interesse versatur, ut rem dotalem vir non alienet, n.*18.

19 *Hæres faciliùs, quàm antecessor, illius factum impugnat.*

20 *Maritus de evictione non tenetur, quamvis expressè promissa, ementi scientèr rem dotalem.*

*Vt nec ad interesse, neç ad pretij restitutionem teneatur, n.*21.

*Quia lex improbat alienationem, & contractum annullat, n.*22.

*Sed contraria sententia est magis cõmunitèr recepta, quod teneatur de evictione promissa, etiã scienti rem esse dotalem, n.*24.

*Cum non sit viro prohibitum circa rem dotalem contrahere, sed tantum eam alienare, sive dominium illius in alium transferre, n.*25.

23 *Evictio promissa debetur etiam, scientèr ementi rem alienam.*

26 *Dos ad pompam, aùt simulatè promissa peti non potest.*

27 *Simulatio levibus probatur coniecturis.*

*Et ex confessione extraiudiciali, etiam parte absente facta, n.*28.

CAPVT XV.

De Dotalis rei alienatione, vel obligatione vetita, ad *text. in l.unica*, §. *& cum lex, C. de rei uxoriæ actione.*

1 RES dotales, quæ *Iulia lege*
in Italia non poterant à vi-
2 ro alienari invita uxore,
nec ea etiam consentiente
oppignorari: ex novo *Co-*
3 *dicis Iure* fuerunt omninò,
& ubique alienari, aùt hy-
pothecari vetitæ, quamvis accedat mulieris cõ-
4 sensus, attenta sexus fragilitate, ut in *l.unica*,
5 §. *& cum lex, C.de rei ux. act.* unde nec uxori
permittitur dotalis rei, vel fundi alienatio,
consentiente marito, cum eadem prohibitionis
ratio vigeat, & aliàs fraudari posset prædictæ
legis prohibitio, ità ex communi *DD.* senten-
tia deducit *Salycet.in l. si prædium, num.*4. *C.de*
Iur.dot.& alij plures, quos sequitur *Barbosa in*
*repet.l.*1.*ff.sol.matrim.p.*5.,*num.*4.licèt de Iure
Consuetudinario huius Civitatis Neapolis sit
7 mulieri permissa, cum viri consensu bonorum
dotalium alienatio, nisi filij prioris matrimo-
nij,

8 oijaote perfectam alienatiooem, seu veoditio-
9 oem contradicant; eisque etiam contradicen-
tibus alieoatio sustioetur, si iustam uxor habeat, & necessariam veodeodi, vel alienandi caosam, ut expressè cavetur in *Consuetudine 1. sub tit. de Contractib. inter vir. & uxor. & in sequenti Consuetudine, quæ incipit. Et si instam*, ubi *Neapod.*
10 necessariam causam intelligit respectu persnnæ, & rei; personæ autem respectu ad quatuor ait exempla reduci, quibus omnia compræ-
11 hendontur, scilicèt, ut vivat, ut sana vivat, ut libera vivat, ut nupta vivat, sefert *de Franch. in decis. 170. num 4. Molfes. in Comment. ad Consuetud. Neap. tomo 1. p. 3. q. 1. num. 35.* & io *tom. 2. p. 9. q. 6.*

Si autem contra legis prohibitiooem ad rei dotalis alienationem vir processerit, est eidem
12 à Iure cooccessum, rem ipsam oullitèr alienatam vendicare, & alienatinoem taoquàm invalidam impugnare, *ex glossa in princ. tituli instit. quib. alienare licet, vel non*, ubi *Aretin.* idemque volnerunt *Alex. Bald. Novell.* & alij, quos refert, & sequitur *Consil. Paschal. in tract. de virib. patria potest. p. 1. cap. 2. num. 39. Capon. in tract. de dote super l. 1. ff. sol. matrimo. q. 5. num. 4.* neque
13 marito agenti, obstat regula, *quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio*, ex *l. vendit antem 17. ff. de evict.* quæ limitatur io
14 causa dotis, ratiooe publicæ utilitatis, *l. quemadmodum 7. C. de agricolis, & censitis lib. 11.* & notat post alios *Valascus in Consult. 69. nu. 14.*
15 *lib. 1.* publicæ enim utilitati interest dotes mulieribus coservari, *d. l. 1. ff. sol. matrim.*

Et quamvis alieoationis contractus validus esse debere videatur, respectu viri, qui est do-
16 minus dotis cooftante matrimonio, ex *text. in l. doce ancillam 9. C. de rei vendicat.* adhuc tamèn potest illum impugoare, quia licèt sit do-
17 minus dotis, & fructus percipiat, illos debet io oneribus matrimooij convertere *l. pro oneribus 20. C. de Iure dot.* mulieris itaque interesse prio-
18 cipalitèr versatur, etiam si vir locuples esset, ut diligentiùs oxori subveoiat, & faciliùs possit à manibus mariti, quam extranei res dotalis repeti, quare eidem viro permittitur rei dotalis vendicatio licèt in uxoris beneficium, ut latè probat *Bald. Novell. in tract. de dote p. 7. privil. 1. n. 15.*

A fortiori hoc licebit hæredi, qui melius potest factu sui antecessoris contraveoire, & illud
19 impogoare, quam ipsemet antecessor, ut ex *Soccino Iun. in cons. 77. num. 134. versic. respondetur lib. 1. Decio in cons. 185. num. 6.* & alijs probat *Menoch. in cons. 559. n. 4. lib. 6.*

20 Neque verò maritus ex alienatione à se facta rei dotalis de evictione tenetur, quamvis expressè promissa, scienti rem esse dotalem, ot
21 nec ad ioteresse, quioimò nec ad pretij recepti restitutionem ab eo cogi possit, ita post *Imol. in l. cum vir ff. de usucap. num. 9. versic. concludo si fuit scitus*, voluit *Menoch. in d. cons. 559. nu.*
22 *51. & seqq.* ubi hoc io viro dotem alienante esse dicit, quia lex improbat alienatinnem, atque ita nullum reddit coontractum, quod non
23 est in qunlibet alio scienter emente rem alieoam, illi enim evictio specialitèr, & expressè promissa deberur, *l. si fundum 27. C. de evict.* sequuntur *Bald. Novell. in loco relato in versic. quæ etiam procedunt*, & alij, quos laudat *Barbosa in d. l. 1. ff. sol. matrim. p. 5. nu. 23. & 27.* ubi secun-
24 dùm Iuris principia, hanc verinrem affirmat, contrariam tamèn sententiam, magis communitèr receptam esse fatetur, quòd emptori etiam scieoti rem esse dotalem, evictio à viro specia-
25 litèr promissa debeatur, tanquàm ei non sit contrahere prohibitum, occasione rei dotalis, sed tantùm rem dotalem alienare, sive domioium illius transferre io uxoris præiudicium, ex *l. 1. C. de fundo dotali*, quam etiam opioionem sectator *Mangil. in tract. de evict. q. 70. num. 20. & in q. 72. num. 26. & seq.* post *Bartol. Bald.* & alios ibi relatos.

Sed si dotem, in minori quantitate constitutam, ea, quæ apparebat in capitulis matri-
26 moojalibus ad pompam, aut aliàs simulatè promissa, vir declaraverit, remittendo actionē pro reliquo, noo diceretur, dotem alienare, sed veram doris quantitatem declarare, inanea enim dotis promissiones hoooris causa factas pro maiori quantitate illius, quæ fuit verè promissa, antiquiùs etiam noo incognitas fuisse, iodicaot *Imperatores in l. 1. C. de dote cauta, & non numerata, & in l. 9. vers. des etiam, C. de bonis præscriptor.* & animadvertit *Anneus Robertus rer. indicat. lib. 1. cap. 2. fol. 6. à terg. in fine*, neque propterea quaotitas, ad pompam aucta, peti potest, deficiente consensu, & essentia contractus, sed solùm remanet simulatio probaoda, ut pet *Alvarum Valascum in consult. 5. n. 21. versic. quintus casus lib. 1.*

27 Quam tamen simulatiooem, levibus etiam probari coniecturis, plenè deducunt post alioa *Tiraquell. in tract. de utroq. retractu in tit. de retractu conventionali in præfatione nu. 36. & seq. Mascard. in tract. de probat. p. 1. in conclus. 438. num. 7. & 8. Gratian. in lib. 2. discept. forens. cap.*
28 *255. num. 4. & 5.* propterea ex confessione extraiudiciali etiam parte absente facta ab altera parte, satis de simnlatiooe constare, affirmat ex *l. Publia 26. §. ult. ff. depositi*, idem *Tiraquell.* post *Cynum, & Bald. in tit. de retractu consanguinitatis §. 1. glos. 14. num. 55. Mascard. in eod. tract. de probat. conclus. 446. num. 15. Farinac. in tract. de falsitate, & simulat. q. 162. p. 2. nu. 518.* cum tamèn declarationibus, quas oovitèr docet *D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observ. 90. ex n. 5. cum seqq.*

RERVM SVMMA.

1 *Hypotheca tacita competit pro dote.*
2 L. unica C. de rei uxoriæ actiooe *dirigitur ad* po-

populam Vrbis Constantinopolitana,& universos Provinciales.

3 *Imperator legem potest condere generalem Vrbi, & Orbi.*

4 *Galatha Civitas primos ferè Christianos in Orbe produxit.*

5 *Matrimonium per testes validè probatur, quãvis in libro Parochi descriptum non reportatur.*

6 *Romanorum leges sunt in Regno Neapolitano servanda, ubi non reperiuntur immutata.*

7 *Dotis in contractu locus domicilij viri, non instrumenti celebrati est attendendus.*

Prasertim ubi agitur de restitutione, aùt repetitione dotis, n.8.

9 *Hypotheca etiam absque scriptura contrahitur.*

10 *Testis etiam ex intervallo potest eius dictum corrigere, & emendare in facto antiquo.*

11 *Testes inter alios recepti semiplenam inducunt probationem ex facti circumstantijs, & antiquitate temporis.*

12 *Dos, & quarta absque instrumento dotali peti non potest in Civitate Neapolitana.*

Fallit primò quando matrimonium est alibi contractum, quam in Civitate Neapolis, n.13.

Fallit secundò quando sine partis contradictione fuerunt testes recepti ad probandum dotis solutionem, & antephati constitutionem, n.14.

15 *Multa prohibentur fieri, qua iam facta tenent.*

Tertiò fallit, quia probata dotis solutione per testes, cogi possunt heredes viri ad conficiendum instrumentum dotale, n.16.

Quartò fallit ad evitandum circuitum inutilem pradictum, ex quo dispositio pradicta de Consuetudine servatur, n.17.

18 *Decisio novissima Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

19 D. Andreas Marchesius Regius Consiliarius Præses Sacri Consilij *laudatur.*

C A P V T XVI.

De Privilegio tacitæ hypothecæ pro dote concesso, etiam in locis Turcico Imperio subiectis, hoc tempore servando, ex dispositione *l. unica §. & ut plenius C. de rei uxoria actione.*

Vlgata dispositio *l. unica, §.*
& ut plenius, C. de rei ux. act.
1 tacitam pro dote tribuens
hypothecam, in specie dirigitur
ad Populum Vrbis
2 Costantinopolitanę, & universos
Provinciales; fuit autem
in S.R.C.Neap. controversum, an servari
debuisset in matrimonio inter Christi fideles
contracto, in locis Turcarum Imperio hodie
subiectis? cum enim quondam Ioseph Rescillus
Neapolitanus in Civitate Galathæ, Regione
Asiæ minoris, prope Constantinopolim, sub
Turcarum ditione existente, matrimonium ab
anno 1590. contraxisse probaretur, cũ quondã
Florentia Crispo Galathense, & postea Neapolim,
cum uxore reversum, ambos diem clausisse
extremum, Ioanna Rescillo unica filia ex matrimonio
prædicto superstite relicta; hæc instabat
super paternis bonis satisfieri pro dotibus
maternis à patre receptis ex tacita hypotheca
pro dote competente, exclusis alijs paternis
creditoribus, & quidem Imperatoriam
hanc sanctionẽ tacitæ hypothecæ privilegium
pro dote concedentem ubique servandam esse
3 contendebamus: potest enim Imperator legem
condere generalem Vrbi, & Orbi, ut inquit
*Bald. in Rubr. Feudorum Constitutionis Domini
Lotharij,* quas ante Ianuam Beati Petri condidit
observandas, quem sequitur *Alciat. in l. Imperium
num. 211. ff. de Iurisdict. omnium Iudic.*
4 hæc verò Galathæ Civitas, quæ primos ferè
Christianos in Orbe produxit, ut ex *Epistolis à
Divo Paulo Apostolo ad Galathas* conscriptis
colligi potest, tametsi sub miserabili Turcarum
dominio ad præsens existat, plures tamèn
in ea Christiani adhùc reperiuntur, inter quos
Evangelica lex prædicatur, & observatur, iuxta
Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum Sacramentorum
administratione in Parochialibus
Ecclesijs per Devotos Fratres Dominicanæ, &
Franciscanæ Religionis, ex traditis per *Reg.
Capyc. Latr. in consult. 226. num. 16. & seqq. lib.*
5 2. ubi etiam matrimonium in ea Civitate contractum
inter Christianos, validè per testes probari
asserit, & nec ibi, neque alibi esse de matrimonij
essentia, quòd fuerit in Parochi libro
descriptum; quamvis librum conficere, in quo
matrimonia describuntur, sit præceptum Parocho
factum, non tamen pro forma matrimonij,
neque cum clausula *irritante*, ut in *Decreto
Sacri Concilij Tridentini de Reformatione matrimonij,
cap. 1. in §. habeat Parochus librum, sessione*
24. omisso igitùr, quòd Turcicum Imperium
tyrannicè evenerit; sufficere dicebamus,
non reperiri à Turcarum Imperatore fuisse
huic privilegio derogatum, per id quòd in simili
tradidit *Afflict. in prelud. ad Constitut. Re-*
6 *gni Neap. q. 20. n. 1. & 2.* quòd leges Romanorum
sunt in Regno Neapolis observandæ, ubi
non reperiuntur specificè immutatæ.

Quæ omnia ad saturitatem deducebantur, cùm enim prædictus quondam Ioseph Rescillus, qui matrimonium in Vrbe Galathæ, cum quondam Florentia Crispo contraxerat, fuisset domicilio, atque origine Neapolitanus, & matrimonium etiam in hac Civitate Neapolitana dissolutum fuisset, quamvis in Civitate Galathæ, in qua fuit matrimonium confectum, & unde uxor originem trahebat, non fuisset Imperatoria dispositio servanda; adhùc erat at-

ten-

tendenda lex, quæ viget in loco domicilij viri,
7 cum speciale sit in contractu dotis, non locum
instrumenti celebrati, sed domicilium viri esse
8 attendendum, ut in *l.exigere dotem 65. ff.de iudic.* id quod saltèm ubi agitur de repetitione,
aùt restitutione dotis, sive donationis propter
nuptias controverti non potest; quidquid aliud
dici possit, quòad confectionem instrumenti
dotalis, atque pacta in eo apponenda super
constitutione dotis, aùt donationis propter
nuptias, ex traditis per *Bartol. Bald. & Angel.
in d.l.exigere dotem*, per *Abbatem Panormit.in
cap.1. de sponsalib. Alex. in cons.100. vol.3.* &
alios, quos refert, & sequitur *Afflict.in decis.
226.num.9.* ubi etiam *num.10.* dicit secundùm
hanc distinctionem fuisse à S.C. transmissam
Consultationem Serenissimo Regi Ferdinando
primo in matrimonio eius nepris ex filia, cum
Illustriss. Duce Mediolani, quam ultra relatos
sequuntur, & communem esse testantur, alijs
omissis, *Iason in l.cunctos populos n.24.C.de Summa Trinit. & fide Cathol., Felyn.in d.cap.1. de
sponsalib.num.24., Dec.in cons.19.lib.1. Soccin.
Iun.in cons.14.p.1.Reg.de Ponte in cons. 35.n.3.
lib.1.* & alij plenè relati per *Molfes.in Comment.
ad Consuetudines Neapolit.lib.1.p.1. in tit.de bonis q.11.nu.15.cum seqq.*

Præterea omnis cessare videbatur controversia, stante hypotheca pro dotium restitutione
9 expressè conventa, tempore contracti matrimonij, quam sanè hypothecam, absque scriptura
contrahi posse est indubitatũ ex *l.4.ff.de pignorib.*, ut per *Negusant.in tract.de pignor.1.membro
3.partis num. 3.* & quamvis diversimodè unus
ex duobus testibus de hypothecæ constitutione, atque de matrimonio deposuisset, primum
testificãs de visu in anno 1615. deinde de auditu in anno 1618. declarans demùm in anno
1632. cum effectu proprijs oculis omnia aspexisse iuxta primam eius depositionem; idque
non benè expressum ab eo fuisse in secunda depositione, ob facti antiquitatem, eiusque senectutem, & infirmitatem, quæ omnia oblivionem induxerant; excusabilis quippè erat oblivio verisimilitèr præsumpta ex temporis diuturnitate pro eo, quod acciderat triginta octo
10 iam retroactis annis; hoc autem casu certum
est, posse testem quandocunque etiam ex intervallo suum dictum corrigere, & emendare, eique aliquid addere citrà falsitatis præsumptionem in facto antiquo, iuxta tradita post alios
per *Menoch.de arbitrar.Iudic.lib.1.casu 108.n.
8.* per *Farinac.in tract.de testib.q.66. num.246.*
aderant etiam aliæ testium depositiones super
hypotheca contracta, quibus etsi inter alios re-
11 ceptis semiplena erat fides adhibenda, inspectis facti circumstantijs, atque temporis antiquitate, ad notata per *Menoch.lib.2.casu 111.n.
6.Surd.in decis.103.n.2.*

Neque obstabat dispositio *Consuetud. Nea-
12 politanæ*, quæ incipit: *Dos, & Quarta, sub tit.de
Iure Quarta* disponens, quòd dos, & quarta
13 absque instrumento dotali peti non possit; primò, quia locum non habet, quando matrimonium est alibi contractum, quam in Civitate
Neapolis, ut ex traditis per *Cardinal.in cap.1.
in fine, de sponsalib. & Felyn.in cap.inter monasterium, de re iudicata* concludit *Antonius de Alexandro in apostilla ad præfatam Consuetudinem*,
quæ incipit: *Consuetudo, in fine.*

Tùm quia sufficiebat, quòd sine partis contradictione fuissent testes recepti ad probandã
14 dotis solutionem, & antephati constitutionem,
ut probatio valeat, atque admittatur, etiam in
terminis prædictæ *Consuetudinis, Dos, & Quarta*, ut in specie notaverunt, ex *Baldo*, & alijs
*Ant.de Alexandro in eadem Consuetud. versic.
Quid autem si mulier, Franc. in consuetud. contra instrumentum, in versic. limita istam Consuetudinem*, hisque relatis *Molfes.in lib.1.Comment.
ad Consuetud.Neap.p.7[?].15.nu.10. Cons.Theod.
15 alleg. 13. num.12.* ex regula, *quòd multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent*, de qua in
l.1.§.earum ff.de postulando, cum similibus.

Tandèm quia cum cautela sit, cogi facere
16 hæredes viri ad conficiendum instrumentum
dotale, atque ita dotis solutio probetur per testes, ut ex doctrina *Salyc. in l.si quis argentum §.fin. C.de donat.* servari testatur *Camillus
Salernus in addit. ad præfatam Consuetudinem,
17 in verbo dos*, ad evitandum circuitum solent
absque instrumento dotali, condemnari hæredes viri, constito de dotis receptione, ut pluries
decisum fuisse in S.C. testatur *Consil. Marcian.
in cons.53.n.5.& seq.*

18 Nihilominùs ex testis contrarietate relata,
sub *n.10.* S.C. contra allegata iudicavit, ad re-
19 lationem oculatissimi, & integerrimi *D.Consil.
Andreæ Marchesij*, postea Proregentis Regiæ
Cancellariæ, & Præsidis eiusdem Sacri Consilij
electi, in causa creditorum quondam Ioseph
Rescilli, cum Ioanna Rescillo, sub die 18. Mensis Maij 1639. Actuarius Solatius.

R E R V M S V M M A.

1 *Capitula matrimonialia, sive nuptiales tabulæ
quid sint?*
2 *Scriptura in matrimonijs ab antiquo tempore
conficiebatur.*
Et est necessaria de Iure Codicis, n.3.
Non tamen de Authenticorum Iure, n.4.
Nisi inter Illustres personas, aliosque Superiores, n.5.
6 *Matrimonium in Parochi libro describitur.*
*Non tamen pro forma, quin testibus probari
possit, n.7.*
8 *Scriptura privata non probat, nisi recognita,
aut legitimè verificata.*
Fallit primò, cum alijs fuerit suffulta adminiculis, n.9.
*Secundò, cum pars adversa eam non impugnat,
n.10.* 11 *Dies,*

11 *Dies, mensis, & annus sunt in scriptura apponenda.*

Non tamen sunt omninè requisita in privata scriptura, n.12.

13 *Pacta dotalia, coniugibus absentibus facta, ratificata censentur ex matrimonio subsecuto.*

Et stipulatio dotis favore intercessisse fingitur, num.14.

Cum ex matrimonio, scientia, & acceptatio inducatur pactorum omnium in capitulis contentorum, n.16.

Videntur enim coniuges acceptare eorum nomine gesta, per illos, quibus confisi fuerunt, n.17.

Præsertim cum intervenerint in instrumento dotali, capitula enunciante, n.18.

Sed contra, quòd ratihabitio pactorum ex matrimonio non inducatur, n.19.

Cum ea coniuges ignorare præsumantur, n.20.

Nisi plenam eorum scientiam, habuisse probentur, n.22.

Vel quia ipsis lecta fuerint, n.23.

Aut eorum tenor declaratus, n.24.

Neque taciturnitas obstat, n.25.

Quia tacuisse videtur, scitas ius suum duraturum, nu.27.

15 *Uxor pro dote in capitulis matrimonialibus non stipulatis contenta, neque expressam hypothecam continentibus, fisco expressam habenti præfertur.*

21 *Ignorans non ratificat, neque consentit.*

26 *Tacens in præiudicialibus, consentire non videtur.*

28 *Contractus conclusio, & perfectio in subscriptione consistit.*

29 *Facto magis, quàm verbis, voluntas declaratur.*

Quando factum est determinatum ad quid certum præsumendum, n.3.

Non quando est indifferens, & indeterminatum. num.31.

e *Eatenùs enim ex facto colligitur voluntas, quatenùs ex facto apparet, n.32.*

33 *Pacta dotalia post matrimonium complere, & confici solent.*

34 *Venditio purè facta, non præiudicat pacto retrovendendi inter partes convento.*

35 *Obligatus ex partis dolo, alitèr, quàm fuerit inter eos conventum, doli exceptione utitur.*

Quod procedit etiam si nullus partis dolus intercesserit, sed res ipsa dolum continet, n.36.

Ob causam obligationis non secutam, n.37.

38 *Obligatio cum sine causa redditur, dolo agit stipulator.*

39 *Uxor, quæ maritum in dote fefellit ab antenuptiali donatione, doli exceptione repellitur.*

Idem est si alius maritum fefellit ad commodum mulieris, n.41.

Et fallere intelligitur, quando constituere dotem promisit, & non constituit, n.42.

Nisi vir alium in debitorem spontè recepisset, à quo dotem habuisse fassus fuerit, n.43.

Habetur enim tunc dos pro soluta, n.44.

40 *Fides non est, eam frangenti servanda.*

CAPUT XVII.

De Pactis Nuptialibus, sive Dotalibus, pro sponso, vel sponsa absente inhitis, quatenùs sint ab eis posteà nubentibus servanda, ad intellectum *text. in l. unica §. accedat, C. de rei uxoriæ actione.*

1 Capitula mattimooialia, sive ooptiales tabulas, scripturas esse dotium coostitutionem, atque dooatiooi propter nuptias cōtioeores, aliaque pacta pro matrimooijs cootraheodis apposita, *Tasson.* ait *in suis Observat. Iurisdict. super pragm. de antephato, versic. 9. observat. 0.* ubi quòd à tem-
2 pore veteris testameoti, scriptura io matrimonijs coosieiebatur, ut io matrimonio Tobiæ, cum Sara legitur, quòd accepta carta fece-
3 ruot coosetiptiooem coniugij, *Tobia 7. in fine,* & qoòd oecessaria sit de Iure Codicis scriptura
4 ad cooiugij probationem, ex *l. Imperialis 24. C. de nuptijs,* ooo tameo de Iure Autheotieorum, oisi ioter Illustres personas, aliosque Su-
5 periores, *ex §. 1. Auth. de his qui nuptias iterant cum concord.* neque repugoat *Sacri Concilij Tridentini* dispositio *in sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* Parocho iniungeos, ut librum habeat, in
6 quo cooiugium, oomioa testiom, diemque, & locum matrimooij contracti describat, eumquè diligeotèr apùd se custodiat: nàm simplex esse
7 preceptum, noo pro forma matrimonij requisitom, quin hoc per testes probari valeat, aliàs diximus in superiori *cap. 16. n. 5.* ex *Reg. Capyc. Latr. in consult. 126. num. 16. & seqq. lib. 2.*

Scriptura tameo privata ouptialia pacta, sive dotalia, minimè probātur, cum privata scri-
8 ptura aotequàm recognita, aùt legitimè verificata fuerit, oullam iodueat probationem, ex reg. *text. in l. instrumenta 5. C. de probat.* oisi, aùt
9 alijs foret adminiculis suffulta, ex eadem *l. instrumenta,* cum alijs per *Nicol. Genu. in tract. de*
10 *de scrips. privata lib. 1. q. 4. num. 77. & seqq.* aùt pars cootta quam producitur, eam oon impugnet, arg. *text. in l. si filius familias, 18. ff. ad S.C. Macedon.* ut latè probat *Surd. in decis. Mantuana 199. num. 8. & seqq.*

Idque magis locum habere videtor, cum substaorialia deficiunt, nempè dies, mensis, &
21 aoous, quorum omissio vitiat iostrumentum, *l. optimam 14. C. de contrab. & committ. Stipulat.* & in

& in *Auth.ut preponatur nomen Imperatoris,& tempora*;sed temporis expressio in privata scrip-
12 tura deficiens, eam non vitiat, cum non sit
dies de necessitate apponenda, per *l.cum tabernam 34.§.idem quæsiit ff.de pignorib.* de quo latè
Genua in relata q.4 dubit.3.

13 Et ex matrimonio postea subsecuto, ratificationem induci pactorum dotalium, etiam
uno ex coniugibus absente inhitorum, probat
text.in l.ex morte 9.C.de pactis conventis; ut neque stipulationis defectus obstare possit, quæ
14 favore dotis fingitur intercessisse, ex *l.unica in princip.C.de rei uxor.act.* ut probat *Gramat. in decis.103.n.7.Thorus in compend.decis.Regni p.3.in verbo Antephatum* 6.ubi refert iudicatum
in S. C. Neap. *Novar.in collect. decis. ad Reg. Pragmat.collect.2.sub tit.de donat. propter nuptias,num.14.* quibus confert alia decisio Regiæ
Cameræ Summariæ à *Reg. Sanfelic.* relata in
decis.99.in fine lib.1. uxorem pro dota in capi-
15 tulis matrimonialibus contenta, quæ subscriptionem tantùm habeant, non autem stipulationem, neque expressam hypothecam, esse fisco etiam expressam hypothecam habenti præ-
16 ferendam; si quidem ex effectu matrimonij postea contracti scientia, & acceptatio inducitur
pactorum omnium in tabulis nuptialibus contentorum, ut probatur in *l.fin.C.de Iure dot.& in l.unica, §.accedit,C. de rei uxor. act.* & post
multos affirmant *Reg.Revit.& Capyc.Latr.*, ille
in *decis.12.num.22.*,& hic *in decis. 197. nu.40.*
17 *lib.2.* ubi quòd ex matrimonio deinde contracto videntur coniuges approbare, & acceptare
omnia pacta dotalia facta eorum nomine, per
illos, quibus consilii fuerunt, ut eorum vice tractarent, ut ex *d.l.ex morte*, dicit *Additionator ad Decium in cons.35.*& confirmat *Fontanella in tract.de pactis nuptialib.claus.13. glossa unica num.7.& seqq.* ubi refert in Senatu Cathaloniæ
ita pluries iudicatum, & præsertim, si vir, aut
18 uxor intervenerit in instrumento dotali, in
quo capitula matrimonialia enunciantur, quia
tunc inverisimile redditur, quòd notitiam non
habuerit cõtentorũ in eis, ità ex *Prus.de Franch. in decis.33.circa finem in versic.item probari* observat *R.Revit. in d.decis.12.n.22.in fine*, sequitur novissimè *Consil.Prat.in lib.1. discept.forens. cap.12.*

Pro contraria autem sententia acritèr pugnat *Reg.de Marin. in lib.2.resolut. Iuris cap. 167.num.9.& cap.191.n.14.& seq.* dicens, satis
19 erroneam esse præsumptionem, ut ex matrimonio subsecuto,& dote recepta, mulier notitiam
habuisse præsumatur contentorum in capitu-
20 lis matrimonialibus, eaque approbasse,& rati-
21 ficasse censeatur; ignorans enim dici non potest, quòd ratificet, sive consentiat, *l.si per errorem 15.ff.de Iurisdict. omnium Iudic.*& nisi pro-
22 betur habuisse plenam scientiam contentorum
23 In capitulis matrimonialibus, in dubio ea ignorate præsumitur, saltem cum sibi lecta non fue-
24 rint, aut eorum tenor declaratus, ex *decis.Rota Romana* in terminis relata per *Farinac. in decis.posthuma 160.lib.1.*& S.R.C.Neap. adducta per *Sanfelic.in decis.118. lib.2.* quem sequitur *Pater Afflictus in controversi Iuris resolut. cap.37.n.26.*& quidem, quoad actus præiudiciales alicui ex coniugibus non subscribenti,
25 veriùs esse videtur, nullum ei præiudicium generari, ex matrimonio subsecuto, non obstante
26 taciturnitate, cum non videatur tacens in præiudicialibus consentire, per *l.invitum 4.ff.de servitut. urban.præd.* cum alijs per *Barbos in axiom.Iur.217.num.3.* sed magis tacuisse sciens
27 ius suum doratutum, ut post *Andr.de Isern.in cap.1.num.24.versic si verò marito, & in versic. quid ergo si scivit, de nat.successiou.feudi*, probant *Surd.in cons.45.num.44.& seqq.lib.1. & in cons.519.num.3. usque ad 11. lib.4 Gratian.in lib.1.discept.forens.cap.15.num.19.* & post eos
Fontanell.in loco relato num.11.& seq.

Quòd si tantùm firma, seu subscriptio deficiat, alicuius ex illis, qui matrimoniali contractui inter coniuges gesto accedere debebant
28 omnium gestorum nullitas resultare videtur,
tanquàm in subscriptione contractus conclusio, atque totalis eius perfectio consistat, *l.contractus 17.C.de fide instrument. l.si voluntate 8. C.de rescind.vend.* attenta præsertim tacita contrahentium voluntate, recedendi à promissionibus in subscriptione facienda continendis,
29 cum absque ea matrimonium contraxerint,
facto enim magis, quàm verbis, voluntas declaratur, *l.Paulus 5.ff rem ratam haberi*, cum
concordantibus allegatis per *D. Scoppa in observat. ad decis.Gratian.observ.49. n.10.*

Attamen contrarium in facti contingentia
respondimus ex matrimonio ante conventam
subscriptionem subsecuto, non censeri recessum
à iure ex contractu quæsito; quod enim dici-
30 tur facto declarari voluntatem, locum habet,
quando factum est determinatum ad quid
31 certum præsumendum, secus autem si est indifferens, & indeterminatum; eatenùs enim ex
32 facto voluntas colligitur, quatenùs ex facto
ipso apparet, ut ex *Bart.* & alijs declarat *Mascard. in tract.de probat. conclus. 1422. in fin.*
quem cum plerisque alijs adducit *Barbosa in axiom.230.nu.4.* & cum etiam post matrimo-
33 nium contractum pacta dotalia, nedùm compleri, verùm & confici, quandoque solere habeamus, ex *l. Seya 67. ff.de donat.inter vir. & uxor.* ut docet *Reg.Revit. in cons.57. num.5. lib. 2.*& ante eũ *Annans Rebers.in lib.1.rer.iudicat. cap.1.* non potest ex matrimonio eorum remissio induci, iuxtà tradita in simili per *Alex.in cons.122.lib.2.* quòd si in contractu venditio-
34 nis inter partes gesto fuit promissio facta de
retrovendendo, non intelligitur ab eo pacto
retrovendendi recessum, per instrumentum
venditionis posteà porè, & simpliciter sine
pacto retrovendendi confectum, per *l.si tibi li-*
be-

berum 8. *ff. de actionib. empti, Alex.* sequuntur
Cagnol.in repetit.l.2. C.de pactis inter emptor.&
venditor.in q.63.num.196. & alij plenè relati
per *Tiraquell.in tract.de utroq. retractu in tit.de*
retractu convention.§.1.glossa 1.num.1. & ad fi-
nem tit.num.21.& 23. aùt saltèm competit do-
li exceptio contra agentem ex matrimonio
propter causam obligationis non secutam, quæ
fuit, pactorum dotalium subscriptio, iuxtà *l.si*
quis cum aliter 36.ff.de verb.obligat. ubi, si quis
35 cum alitèr eum convenisset obligari, alitèr
obligatus reperitur, ex partis dolo, licèt subti-
litate Iuris obstrictus, doli exceptione, uti po-
36 test. Idem est, etsi nullus partis dolus interces-
37 serit, res tamen ipsa in se dolum habet, quia
scilicèt obligationis causa non fuerit effectum
sortita, secundùm intellectum *Arij Pinelli in*
38 *in l.2.C.de rescind.vend.cap.1.nu.8.* dolo enim
agit stipulator pro obligatione, quæ sine causa
redditur ad *text.in l.2.§.circa ff.de doli mali, &*
metus except. Mascard.in tract. de probat.concl.
532.num.85. & ità mulieri ex pollicitatione,
39 vel promissione sponsi agenti ad donationem
sponsalium causa factam, obstat exceptio doli,
si maritum in dote fefellit, ut deciditur in *l.*
pollicitatione 3.C.de donat.ante nupt. nam, ut di-
40 cit ibi *Bartolus*, frangenti fidem fides frāgatur
eidem, ut ex *d l.pollicitatione cum concord.* rego-
lam ponit, cum ampliationibus *Barbosa in*
axiom.98.num.7.& seqq.& Bald.in ead.l.nu.3.
dicit idem esse in dote à tertio promissa, qui
fefellit maritum, quia non solvit, vel non sol-
41 vendo est: nàm licèt mulier non fefellerit, ta-
mèn alius fefellit ad cōmodum mulieris, & sic
obstat exceptio ob dolum autoris, *l. apùd*
Celsum 4. §.de authoris, ff.de doli mali except. &
42 fallere etiam intelligit ibi *Bald. num.1. in fin.*
quando pollicita erat constituere dotem, &
non constituit, ut *glossa* dicit etiam ibidem,
allegans *text.in l.si quis cum aliter*; quòd limi-
43 tatur, si alium voluntariè in debitorem vir re-
44 cepisset, & confessus fuisset habuisse dotem,
habetur enim pro soluta, ut ibi *Bald.n.4.*

RERUM SUMMA.

1 *Matrimonium sine dote consistere potest, & num.16.*

2 *Mulier sine dotis constitutione nubens, non cogitur se dotare, etsi proprias habeat facultates.*

Licèt à viro expelli possit, n.3.

Qui non tenetur eam alere, cum de suo vivere potest, n.4.

Nam ex fructibus dotis, vir sustinet onera matrimonij, & uxorem alere tenetur, n.5.

Unde alimenta correspondere debent quantitati dotis, n.6.

7 *Alimenta sunt à viro uxori, etiam fugitive, & ex eius domo discedenti præstanda.*

Sive iusta causa concurrat, sive iniusta, n.8.

Non tamen redditus dotis excedant lite saltèm pendente, n.9.

Quousque de iusta causa discedendi à viro non constiterit, n.10.

Tunc enim debentur, ac si esset in obsequio viri, etsi fructus dotis non sufficerent, n.11.

Si verò constet ex prava uxoris conditione, originem traxisse discessum, alimenta non debentur, n.12.

Nec pro quantitate fructuum dotis soluta, nu. 13.

14 *Alimenta uxori non debentur, quæ non est in obsequio viri, nec dotem habet.*

15 *Mulier nubens, non censetur bona sua omnia in dotem dare.*

Quia dotis constitutio in facto consistit, n.17.

Nec præsumitur, nisi concurrentibus coniecturis, n.19.

Quarum aliqua enumerantur, n.20.

18 *Factum non præsumitur, nisi probetur.*

21 *Mulier si bona omnia in dotem dederit primo viro, eadem secundo tacitè dedisse intelligitur.*

22 *Dos à patre filiæ constituta in primis nuptijs, minui non potest in secundis.*

Et si filia eamdem dotis quantitatem acquisivisset in bonis primi viri ex donatione propter nuptias, n.23.

Nisi patrimonium paternum postea fuisset casu fortuito diminutum, n.24.

25 *Dos ab extraneo promissa in primis nuptijs, cum pacto restitutionis soluto matrimonio absque liberis, non censetur in secundis repetita sine novo consensu.*

Tanquàm cessante matrimonio, cuius causa promissa fuit, n.26.

27 *Matrimonium ubi nullum declaratur condici possunt res eius causa data.*

28 *Filius natus in figura matrimonij etiam post litem motam nullitatis ipsius, patri succedit, ut legitimus, & naturalis.*

29 *Dos à patre profecta soluto matrimonio, ad eum revertitur, tanquàm peculium profectitium.*

Non existentibus ex matrimonio liberis, iuxtà Martini glossatoris *sententiam, n. 30.*

Liberis verò existentibus, eis dos debetur excluso patre dotante, n.31.

Non tanquàm matris hæredibus, sed ex legis dispositione auferendo ab avo, & concedendo liberis, n.32.

D.Nicolaus Vincentius Scoppa *laudatur sub dicto n.32.*

Tametsi, ut universales in dote successores, etiā ex legis dispositione, maternum debitum in ca agnoscere teneantur, n.34.

Et ut matris hæredes dotem habere censeantur, quando illi data fuisset à patre pro omni eo, quod habere sperat in eius bonis, n.33.

De

CAPVT XVIII.

De Dote non constituta, regularitèr non debenda, ad *text. in l. finali C. de Donationibus ante nuptias.*

1 MAtrimonium sine dote cõ-
sistere posse, habetur in *l.*
2 *fin. C. de donat. ante nupt.*
uode si muliet proprias
habeos facultates, absque
dotis constitutione nup-
serit, non cogitur se dota-
re, ut ex *Bart. Baldo,* & alijs deducit *Mantica in*
tract. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. *tit.* 17. *nu.*
4. *& seqq.* ubi tameo, quòd maritus, eum sine
3 dote onera matrimonij sustioere non valeat, li-
citè possit uxorem expellere, si dives sit, & nolit
4 sibi dotem constituere; non enim tenetur tunc
5 eam alere, quia de suo vivere potest, & ex fru-
ctibus dotis onera matrimonij sustinet maritus
ex quibus uxorem alere tenetur, *l. dotis fructus*
8. *ff. de iure dot. Surd. in tract. de aliment. tit.* 1. *q.*
6 32. unde alimenta dotis quantitati correspoo-
dere debent, ut per *Mysinger. in cent.* 1. *singul. ob-*
serv. cap. 64. *nu.* 4. *Mantic. in relato tract. lib.* 12.
7 *tit.* 19. *num.* 16. & quamvis nxori, etiam ex viri
8 domo discedeoti, & fugitivæ, iusta, vel iniusta
causa concutrente, sint à marito alimenta præ-
standa, ut per S.C. servati dielt *Anna in singul.*
9 21. non tamen possunt saltèm, lite pendente,
excedere redditus quantitatis solutę doris,
10 qoousque de iusta causa discedendi à viro non
constiterit: tunc enim sunt neeessariò alimenta
11 præstanda uxori, ac si esset in obsequio viri,
quamvis dotis fructus nnn sufficerent, ut ex
Præs. de Franch. in decis. 617. *num.* 5. & *Surdo in*
d. q. 32. *num.* 16. & 17. observat *Reg. de Marinis*
in observ. ad decis. 169. *Reg. Reverterij num.* 2. ubi
12 *num.* 3. subiongit, quòd si constet, discessum ex
prava uxoris conditione originem traxisse,
forsan alimeota nullo modo ei pręstanda es-
13 seot, nec pro concurrenti quautitate fructuum
solutæ dotis, allegans præcæteris *Guid. Papa*
in decis. 439. *num.* 6. quidquid aliud voluisse
dicat *P. Molfes. in Comment. ad Consuetud. Neap.*
p. 5. *in tit. de aliment. q.* 11. *num.* 27. *versic. & pro-*
14 *cedit,* cum teneatur uxor ad dotem, & obse-
quium, quo deficiente cessat alendi obligatio,
ex eodem *Surdo in d. tract. tit.* 7. *q.* 16. *n.* 55.

15 Cum itaque molier de se ipsa nubit, non cen-
16 setur bona omnia, quæ habet in dotem, dedisse;
tum quia potuit, ut diximus sine dote nubere;
17 tum quia dotis constiturio in facto consistit, *l.*
18 5. *C. de dote cauta non numerata,* factum aurem
oon præsumitur, nisi probetur, *l.* 1. *C. de probat.*
19 cum coocordantibus apùd *Barbos. in axiom.*
Iuris 93. *num.* 27. & *D. Scoppa in observat. ad de-*
cis. Gratian. obser. 14. *n.* 9. Sed coocorrentibus cõ-
iecturis, dotem præsumi constitutam, probat
Capon in tract. de dote q. 4. *ad l.* 1. *ff sol. matrim. n.*
20 161. *& seqq.* ubi coniecturas esse ait generalem
Civitatis Consuetudioem, dandi mulieres in
dotem omnia bona: qualitatem viri tali dote
21 dignam; legatum dotis à patre factum; vel quòd
primo viro omnia bona in dotem tradiderit,
quæ secundo viro paritèr dedisse intelligitur,
ex *l. dotem qua* 31. *ff. de Iur. dot. & l. pen. §. uxor.*
22 *ff. sol. matrim.* oam & dos à patre filiæ, in primo
matrimonio, constituta, debetur in secundo,
23 nec minui potest, etsi filia eamdem dotis quan-
titatem acquisivisset ex donatione propter
nuptias io bonis primi viri lucrata, nisi patri-
24 monium paternum postea fuisset casu fortui-
to diminotum, ut in *Auth. de æqualitate dotis*
§. quia verò; unde sumitur *Auth sed quamvis C.*
de rei uxor act.

25 Sed si dos, molieri oubenti, fuerit ab extra-
neo constituta, eum pacto reversionis ad dotan-
tem, soluto matrimooio absque liberis, non cē-
setur in alio sequenti matrimonio repetita, sine
26 novo consensu, tanquàm cessante matrimo-
oio, cuius causa fuit dos promissa, *l. stipulatio*
64 *ff. de Iur. dot. Gabriel in cons.* 79. *num.* 3. & 4.
lib. 1. *Mantic. in tract. de tacit. & ambig. lib.* 12.
tit. 15. *num.* 56. unde si primę nuptiæ nullæ de-
27 clarentur, ut causa cessante, condici possunt
res earum gratia datæ, ut per *Præsid. de Franch.*
in decis 52. *Fontanell. in tract. de pact. nuptialib.*
tomo 1. *claus.* 4. *gl.* 1. *num.* 64 *cum seqq. Reg. Saler-*
nit. in decis. 1. & latè prosequitur novissima *Ad-*
ditio ad Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 24.
observ. 9. *à fol. mihi* 148. usque ad 156. licèt fi-
lius ex matre natus cum viro, qui eam duxit in
28 uxorem, ignorans esse prius alteri nuptam, ot
natus in figura matrimonij, etiam post litem
motam nullitatis ipsius, soecedat patri, tan-
quàm legitimus, & naturalis, ex *Præs. de Franch.*
decis. 130.

29 Dos autem à patre profecta, soluto matri-
monio, tanquàm peculium profectitium, ad pa-
trem revertitur, per *l. dos à patre* 4. *C. sol. matrim.*
quod *Martinus glossator* intellexit, oon superstì-
30 tibus liberis; unde si moriatur filia dotata, &
31 supersint eius liberi, vivente patre dotante, dos
ad liberos spectat, ut per *glossam* cõmunitèr re-
ceptam in *d. l. dos à patre,* quod disertè com am-
pliationibus, & gravissimis Auctoribus, hanc
Martini opinionem in toto Orbe admissam
attestaotibus, demonstrat novissimè laboratis-
simus huius ævi I.C.D *Nicolaus Vincent. Scoppa*
in suis Theorico-Practicis Observat. ad decis.
Gratian. observat. 235. *ex num.* 1. *cum seqq.* sed
an tunc filij dotem habeant, tanquàm hæredes
32 matris, quasi effectum sit illius patrimonium?
msgis cõmunitèr *DD.* dixerunt, quòd oon de-
fertur illis, tanquàm matris hæredibus, sed ex
dispositiooe legis, auferendo ab avo, & conce-

G den-

dendo libetis, ut probat *Maxilla in consuetud. Barensi*, quæ incipit *Mulier licet, num.* 28. usque *ad* 53. & in alia *Consuetud. incip. dos à patre, nu.* 7. *de Iure dot. Gratian. in lib.* 3. *discept. forens. cap.* 556. *num.* 36. *Thesaur. in decis. Pedemont.* 237. *n.* 4. *post medium, versic. & ratio*, cum alijs, quos sequitur laudatus *D. Scoppa in cit. observat.* 135. *num.* 45. & 46. quod tamen est notabilitèr in-
33 telligendum, locum non habere, quando dos
data fuisset pro omni eo, quòd quis habere sperat in bonis patris: tunc enim efficeretur patrimonium filiæ, tanquàm anticipata successio, ita limitat ex *Aymone, & Paulo Castrense, Ursill. in addit. ad Afflict. decis.* 236. *num.* 7. Item intelligendum est, ut etsi filij eâ dotē habeant non
34 tāquàm hæredes matris, sed ex dispositione le-
gis; nihilominùs tanquàm universales in dote successores, in ea teneantur, etiam ex legis dispositione, maternum debitum agnoscere, ex notatis per *Cravettam in tract. de antiquitate temporis p.* 4. *n.* 141.

RERUM SUMMA.

1 *Pactum, quo per aliquem eius futura successio alteri promittitur, est invalidum.*
Quod ampliatur, etiam si super quota hæreditatis, aùt bonorum imponatur, n 2.
Secundò ampliatur, etiam in pacto reciproco, num. 3.
Tertiò locum habet, etiam in pacto iurato, n. 4.
Fallit primò inter milites, n. 7.
Secundò fallit inter Dominos, & Principes Superiorem non recognoscentes, n. 10. & 13.
Tertiò fallit in pacto de re particulari, num. 14. & 16.
Quartò favore matrimonij, ut n. 42.
5 *Pactum, quo tollitur, aùt restringitur libera testandi facultas, est à Iure improbatum.*
6 *Actus testandi formalitèr differt ab actu contrahendi.*
8 *Milites quomodò possunt absque solemnitatibus Iuris civilis testari?*
Intellige de Militibus, qui actu militant in castris, n. 9.
11 *Princeps est solutus legibus.*
12 *Principis contractus legis vicem obtinet.*
Quod intelligitur de Principe Superiorem non recognoscente ut n. 13.
15 *Prohibitionis causa cessante, cessat prohibitio.*
17 *Pactum de futura successione tertij viventis est nullum, nisi ille tertius consentiat usque ad mortem.*
Ampliatur etiam in pacto iurato, n. 18.
Secundò etiam in pacto super hæreditate illius, cuius vita, vel mors ignoratur, n. 21.
Tertiò quamvis fieret de re particulari post alicuius obitum dividenda, n. 22.
Quartò etiam inter Nobiles, & Illustres personas, n. 25.
Quintò etiam inter Milites, n. 26.
Sextò ampliatur etiam in filijs paciscentibus de futura successione patris, n. 29.
Limitatur, quia tertij viventis consensus etiam ex intervallo subsequi potest, n. 20.
Secundò limitatur in pacto de futura successione filij, si quood patris beneficium fieret, n. 27.
Tertiò limitatur in successione incerti hominis, quæ potest in generali conventione comprehendi, ut nu. 33
Nisi generalitèr fieret in fraudem prohibitionis, num. 35.
19 *Iuramentum contra bonos mores non est obligatorium.*
23 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani refertur, & num.* 25.
24 D. Thomas de Carleval Regius Consiliarius *laudatur.*
28 *Pater nunquàm præsumitur captare mortem filiorum.*
30 *Filij præsumuntur diligere parentes.*
Non tamen ea dilectione, qua ab illis amantur, num. 31.
Et quandoque parentum vitæ insidias paraverunt, n. 32.
34 *Renunciatio generalis omnium successionum renuncianti quomodolibet devoluendarum valida est.*
Intellige, ut n. 35.
36 *Pactum de non succedendo valet, illius accedente consensu, de cuius hæreditate agitur, eoque, usque ad mortem non revocato.*
Inscio autem illo, de cuius hæreditate agitur, est nullum, n. 37.
Sed Iuramento confirmatur, n. 38.
Secundò substinetur, si fuisset consuetudine receptum, n. 39.
Tertiò si sit reciprocum, n. 40.
Quartò cum fuit in capitulis matrimonialibus inhibitum, n. 41.

CAPUT XIX.

De Pacto futuræ successionis, an, & qualitèr improbetur? ad *text. in l. licèt* 19. & in *l. finali, C. de Pactis.*

1 PActum de futura successione
viventis, quod affirmativè
2 concipitur super futura eorumdem paciscentium successione, post alicuius obitum dividenda, sive in tota hæreditate, sive super quota illius, aùt super omnibus bonis, vel illorum portione aliqua interponatur, quamvis reci-
3 procum, & iuramenti vinculo roboratum, sub-
4 stinere minimè posse, communi DD. sententia
receptum est, ex *l. licèt* 19. *C. de pactis, & l. hæreditas*

ditas 5.C.de pact.convent.& ex *l.ex eo 4. C. de*
inutilib.stipulationib. ut ex plenè congestis per
Peregrin.in tract.de fideicom. artic.52.num.25.
& seq.per Fusar.in tract.de substitut.q.308.Mol-
fes.ad Consuetud.Neap.lib.1. in tit. de renunciat.
q.1.num.22.& *D.Consil.Paschal. in tract. de vi-*
rib.patriæ potest.p.3.cap.7. num.4. & seqq. ne-
5 dum quia tollit, aût saltèm restringit liberam
testandi facultatem, *l.si fratres 53. §.idem Re-*
spondit.ff.pro socio , *& l.pactum quod dotale 15.*
6 *C.de pact.* cum alijs, de quibus *D. Sceppa ad de-*
cis.Gratian.observat.39.num.20. verum etiam,
quia formalitèr differt actus testandi ab actu
contrahendi,*l.verba contraxerunt 20.ff de verb.*
signific. cum alijs per *Thorum* adductis in *com-*
pend.decis.Regni p.2.in verbo pactum factum in-
ter coniuges.

Hoc fuit per aliam Iuris dispositionem de-
claratum,ut non procedat inter Milites,quibus
7 licet per actum inter vivos de futura eorumdem
paciscentium successione convenire, & hoc pa-
ctum inter eos in vim supremi Iudicij, & ulti-
mæ voluntatis substinetur,quamvis alię solem-
nitates in testamento requisitæ deficiant, iuxtà
terminos prædictæ *l.licet 19.C de pact.* propter
frequens mortis in bello discrimen , quod illis
8 etiam veniam dedit , ultimam eorum disposi-
tionem in vagina, aût clypeo sanguineis lite-
ris inscribendi, aût etiam in pulvere cum gla-
9 dio, *l.milites 15. C.de testam.militis* quæ sanè
intelligenda sunt in Militibus, qui actu mili-
tant in Castris, ut notant *glossa,Angel.Salycet.*
Alex. & alij communitèr, quos recenset, & se-
quitur *Peregrin.*in proximè relato *artic.51.n.*
33.Bursat.in consil.236.num.29.vol.2.Cancer.in
lib.3.variar.resolut.cap.7.num.148.& novissimè
Consil.de Georgio in sua alleg.27.num.3.

10 Item declaratur, atque restringitur præmissa
conclusio,ut locum non habeat in Dominis, &
Principibus alicuius Terræ Superiorem non
recognoscentibus , quorum respectu validum
est pactum de successione viventis , ita post
Alex.in l.Centurio,num.26.ff.de vulg. & pupill.
declarat *Ozascus in decis.Pedemont.100.nu.45.*
quem sequitur *Paschalis in loco relato num.12.*
11 tum quia Princeps est legibus regularitèr solu-
tus,*l.Princeps 31.ff. de legib.* tum etiam quia
12 contractus Principis , qui Superiorem alium
non recognoscit,legis vicē obtinet,ut expresse
sancitū reperitur in *l.penult.C. de donat.inter*
*& uxor.*licèt alij hanc limitationem intellige-
13 re velint in Dominis , & Principibus potestatē
habentibus condendi leges in eorum Statu,
quamvis Superiorem recognoscant, ut voluit
*Bartol.in cons.72.lib.1.*quem sequuntur *Dec.in*
cons.516.lib.2.& alij per *Peregrin.in d.artic.51.*
*num.34.*in quo tamen non conveniunt *Alex.*
& alij supra relati; dum *text.in d.l.Princeps, &*
in d.l.pen. in quibus hæc declaratio fundatur,
loquuntur in Imperatore, & Augusta coniuge
sua,& sic in Principibus Superiorem non reco-
gnoscentibus.

14 Neque etiam proposita conclusio procedit,
quando pactum fieret super certis bonis post
promittentis obitum acquirendis: tunc enim
non tollitur, neque coarctatur libera testandi
voluntas,quæ solùm consideratur respectù per-
sonæ hæredis,non respectù bonorum,neque tùc
datur hæreditas, aût portio illius , ut pulchrè
declarant *Hondod.in cons.40. num.32. & seqq.*
lib.1.Peregrin.in d.cap.51.num.29.& seqq.Barz.
15 *in decis.Bonon.14.num.3.* tanquàm cessante
prohibitionis causa cessat prohibitio , ex *l.1.C.*
*si Rector Provincia,cum concord.*apùd *Tiraquell.*
16 *in tract.cessante causa, cessat effectus p.1.nu.222.*
ut in terminis probaverunt *Reg. Marcian. di-*
sput.forens.87. lib.2. & novitèr *Reg.de Marin.*
in observ.ad decis.5.Reg.Reverter.

Pactum verò, quod inter alios fieri solet,su-
per tertij viventis hæreditate , inter eos certo
17 modo post illius obitum dividenda, est simi-
litèr improbatum , nisi tertius ille , de cuius
hæreditate agitur nedum huic pactioni suum
præstiterit assensum;verum etiam in ea volun-
tate perseveraverit usque ad extremum vitæ
spiritum,ex dispositione celebris *Iustiniani Cō-*
18 *stitutionis in l.fin.C.de pactis*, esset enim contra
bonos mores hoc pactum,quod captandæ mor-
tis votum contineret, contra notata in *l.cum*
*tale 71.ff.de condit.& demonstrat.*propterea,ne-
que iuramento confirmatur; cum non sit obli-
19 gatorium,contra bonos mores præstitum Iura-
mentum,ut in *regula non est obligatorium 58.de*
reg.Iur.in 6. & in terminis huius pacti docue-
runt *Thesaur.in decis.Pedemont.225.*& alij ple-
nè relati per *Molfes.in d.tit. de renunciat. q.1.*
20 *n.7.& 15.*quem tamen tertij viventis consen-
sum subsequi posse, atque etiam ex intervallo
præstari,ex *Bart.Salyc. & alijs* probat *Gratian.*
in lib.5.discept.forens.cap.812.num.26.

21 Idque locum habet, etiam in pacto super il-
lius hæreditate,cuius vita, vel mors ignoratur,
l.nec nos 4.C.de postliminio reversis , ubi *glossa,*
Cyn.& Bald.& post eos *Alciat. in l.fin. ante nu.*
28.C.de pactis , & nedùm in pacto de integra
22 hæreditate viventis, aût quota ipsius,sed etiam
si de re particulari fieret illius, cuius hæredita-
tem sperat aliquis fore sibi deferendam : nam
hoc pactum eadem ratione non subsistit,quia
scilicèt votum captandæ mortis inducit,ut ex
text.in l.quidam 30.ff.de donat. voluerunt *Pur-*
purat.Cagnol.Bologuet.& alij in d.l.fin.C.de pactis
Seraphin.in tract.de privileg.iuram.privileg.20.
num.7.Consil.Staiban.resol.forensi 182. num.12.
23 *cent.2.* & fuit nuper iudicatum in S.R. C.
ad relationem *Dom.D.Thomæ de Carleval.* Re-
24 gij Consiliarij Hyspani integerrimi,atque eru-
ditissimi, qui postea fuit , unius ex aulis S.C.
Præfectus in causa Illustris D.Victoriæ Spinellæ
Ducissæ Mirandæ , cum hæredibus Illustris
quondam Ducis eius viri , sub die 30. Ianuarij
anni 1634. penes Actuarium Ricciardellum,
in qua causa fuit etiam iudicatum, nullius esse

inboris hoc pactum, quamvis fuerit inter Illu-
25 stres, & Nobiles personas inhitū, ad quod fue-
runt in puncto allegati *Aquensis in d.l.fin.nu.*
20.C.de pactis, & Bolognett.ibidem num. 30. ubi
etiam *nu.* 32. in Militibus procedere affirmat,
26 quidquid aliud in Magnatibus, & Nobilibus
probare conetur *Madernus Additionator ad*
Peregrin.in d.artic.51.observ.18.versic.sextò de-
claratur, fol.mihi 525.

Sed si pactum fieret ad patris beneficium de
futura filij viventis successione, validum esset,
27 cum in eo cesset præsumptio voti captandæ
28 mortis, de qua in *d.l.fin.* & potius velle præsu-
matur sibi filius supervivere, *l.isti quidem 8.ff.*
de eo, quod metus causa, ut in terminis voluerunt
Reg.Rovit. alijque per eum relati in *decis.87.n.*
9. & perelegans *Papiniani* responsum in *l.unum*
& si parentibus 15.ff.de inoffic.testam. hoc idem
voluit *Dec.in d.l.fin.num.15. C. de pactis*, quem
sequitur *Paschal.in relato cap.7.nu.2.* non idem
29 è converso dici posset in pacto, quod ad filij
beneficium fieret de hæreditate patris: nam etsi
30 præsumatur filiorū amor erga parentes, *l.Au-*
31 *relius 29.§.Titius, ff.de liberat.leg.* natura tamen
comparatum est, & experimento manifestè cō-
pertum, non ee dilectione parentes à filijs ama-
ri, quàm illi erga eos prosequuntur, ut per *Me-*
noch.in tract.de præsumpt.lib.6. præsumpt.57.nu.
32 2. & quandoque parentum vitæ insidias para-
verunt, ut in *§.penult.instit. quod cum eo, qui in*
aliena potestate est, cum concordantibus per *Ti-*
raquell. qui nominatim hoc voluit in terminis
d.l.fin.in præfat. ad l.si unquam, C.de revocand.
donat.n.11.circa finem.

Item dispositio *d.l.fin.* omninò cessaret, cum
non agitur de specifica conventione super ali-
33 cuius viventis hæreditate facta, sed futura in-
certi hominis successio, sub aliqua generali
conventione comprehenditur, quod ex *l.3.§.de*
illo ff.pro socio, in specie tradiderunt *glossa Bart.*
& alij per *Capyc.in decis.159.num.10.* cum enim
tunc ex morte plurium, de quorum successione
34 paciscitur, possit lucrum captari, non est verisi-
mile, quòd captetur mors alicuius particularis,
propterea valida esset renunciatio, quæ per ali-
quem fieret omnium, & quarumcumque suc-
cessionum sibi quomodolibet devoluendarum,
tanquàm cesset in eo casu præsumptio voti cap-
tandæ mortis, de qua in *d.l.fin.* ut formalitèr
post *Fulgos.Salycet.Iacobin.* & alios docet *Gra-*
tian.in lib.4.discept.forens.cap.691.num.47. nisi
35 ex facti circumstantijs evidentèr constaret,
quòd renunciatio generalis fieret ad fraudan-
dam dispositionem *d.l.fin.* cum tamen de alicu-
ius certi hominis successione solùm fuisset per
contrahentes cogitatum, notant *Capyc.in ead.*
decis.159.num.10. Prosp.de Franch.in decis.89.
& animadvertit *Gratian.in d.cap.691.n.57.*

Aliud est pactum, quod negativè concipitur,
de alicui non succedendo, quòd similitèr ita
36 valebit, si consensus illius accedat, de cuius
hæreditate agitur, & non fuerit usque ad mor-
tem revocatus, ita ex *l.fin. C.de pactis*, colligit
Surd. in consil.155. num. 10. lib.3. & alij per
Gratian. in lib.4.discept.forens.cap.692.num.28.
37 *& seqq.* Inscio autem illo, de cuius successione
agitur, improbatum erit pactum de non succe-
38 dendo, ex *d.l.finali*, & nihilominùs iuramento
confirmatur, cum non repugnet bonis moribus
in hac facti specie, sed solùm quidam Iuris con-
venientiæ, ut est *text.in cap. quamvis pactum 2.*
de pactis lib.6. & ex cōmuni DD. interpetratio-
ne deducit *Gaspar Antonius Thesaurus in lib.1.*
39 *quæst.forens.q.95.num.5.* sicut etiam illud sub-
40 stineri, quando fuisset consuetudine receptum,
aùt reciprocum; vel si esset in capitulis matri-
41 monialibus inhitum, ex *Amato in cons.68.* de-
clarat *Consil.Pratus in lib.1. discept.forens. cap.*
12.num.16. nam, & in præcedenti *n.13.* ex plu-
42 ribus firmaverat, pactum quoque affirmativum
de succedendo, favore matrimonij substineri,
quod ultra per eum adductos probaverunt *Fu-*
sar.in relata q.308.num.67, Staiban.sen.in cons.
57.nu.1.& in cons.81.num.53. & omnium no-
vissimè *Peter Assict.in controversi Iuris resol.*
cap.31.num.16.

RERVM SVMMA.

1 *Mulieres fragiles, & facilè inducuntur ad se*
pro alijs obligandum.
Vnde fuerunt ex Velleiani Senatus Consulti be-
neficio subventa, n.2.
Quod sit earum obligatio nulla, n.3.
4 *Mulieres faciliùs pro alijs se obligant, quàm do-*
nant.
Propterea donare liberè possunt, neque tunc ali-
quo gaudent beneficio, n.5.
Dummodò à vera traditione incipiat donatio,
num 6.
Non autem à ficta per constitutum traditione,
num.7.
8 *Mulier gaudet Velleiani exceptione, etiamsi*
tanquam principalis mutuum recipiat pro alio
sciente creditore.
9 *Filius familias, qui tanquàm fideiussor interve-*
nit in contractu mutuo vera sibi principali-
tèr facti, Macedoniani exceptione iuvatur,
unà cum principali obligato.
Idem si duo sint rei debendi, quorum unum ad
quem pecunia pervenit filium familias esse cre-
ditor non ignorabat, nam uterque exceptione
iuvatur, n.10.
11 *Obligatio particularium contemplatione Vni-*
versitatis contracta est nulla absque Regio As-
sensu in Regno Neapolis.
Ampliatur, quamvis nulla Vniversitatis mentio
in contractu fiat, data scientia creditoris, quòd
pecunia sit Vniversitati tradita, n.12.
Et scientia præsumitur si essent Syndicus, & Ele-
cti, vel eorum maior pars in contractu obliga-
ti, n.13.

Vel

Vel si creditor postea Universitatem in debitricem recognoscat, n. 14.

15 *Malitijs hominum est obviandum.*

16 *Licere non debet per alium, quod principalitèr denegatur.*

17 *Simulatio nihil ponit in esse, cum plus valere debeat, quod agitùr, quàm quod simulatè concipitur.*

18 *Debitori aquissima vox dicitur :* Redde quod debes.

Licèt cum accipit gaudeat, cum reddit ploret, ut habeat prætor, ne reddat calumnietur, ut num. 19.

20 *Instrumentum publicum iuratum ad formam Ritus M.C.Vicariæ Regni Neapolis productum est probatio probata.*

Vt de eo dici possit, noli me tangere, n. 21.

Sed ut possit ad formam Ritus liquidari, clarum, & lucidum esse debet, n. 22.

Et quòd nulla exceptio ex eo resultante possit actor in promptu submoveri, n. 23.

24 *Instrumenti publici executio non impeditur per exceptiones altiorem requirentes indaginem.*

Et quando altiorem indaginem requirere dicantur? remissivè, n. 25.

26 *Mulier in rem suam intercedens, atque se obligans, Velleiani exceptione non iuvatur.*

Secundò nec eius exceptione gaudet, cum se pro alimentis obligavit, n. 27.

Tanquam pro causa pia, n. 28.

Tertiò nec illa iuvatur, si se pro marito egeno obligavit de pecunia in causam alimentorum familiæ conversa, n. 30.

Quartò cum se obligaverit pro excarcerando viro inope, n. 31.

Quintò pro patre carcerato, vel de proximo carcerando, n. 32.

Quin pro actu pio, & laudabili, n. 33.

Neque tunc in integrum restituitur, n. 34.

Sextè pro patre à solutionis vexatione liberando, n. 35.

Septimò pro exoneranda conscientia defuncti patris, aut viri, n. 36.

Octavò si geminatis vicibus se obligaverit, nu. 37.

Sed alij contrarium sentiunt, n. 38.

Nonò si hæres illi extiterit, pro quo se obligaverat, n. 39.

29 *Alimentorum causa est pia.*

40 *Instrumentum etiam contra mulierem liquidatur ad formam Ritus M.C.Vicariæ.*

41 *Mulier citata super tenore publici instrumenti tenetur personalitèr comparere.*

Et nisi solverit, in carceres detruditur ex novissimo Authenticorum *Iure, n. 42.*

Licèt Iure Digestorum *pro debito carcerari non potuisset, n. 43.*

44 *Filius familias pro patre fideiubens, Macedoniani Senatus Consulti exceptionem non habet.*

45 *Filius familias de Iure Regni Neapolis, obligari non potest sine consensu, & præsentia patris.*

Ratione tamen paterni præiudicij, non pro integranda persona filij, n. 46.

47 *Filij tenentur patre inope existente pro pecunia illi mutuata ad familiam alimentandam.*

Et in dubio pro ea causa mutuata præsumitur penuriæ tempore, n. 48.

49 *Pater ex famis necessitate coactus filios vendere, & oppignerare potest.*

50 *Famis necessitas quæ operetur? remissivè.*

51 *Filius familias Macedoniani Senatus Consulti exceptione non gaudet pro obligatione, quam sui Iuris effectus iterum fecit.*

52 *Metus reverentialis consideratur in filio respectu patris.*

Et respectu fratris maioris, n. 53.

Respectu patrui, matris, & soceri, n. 54.

55 *Metus reverentialis præsumptus in filio respectu patris, sufficit ad annullandum contractũ, in patris utilitatem gestum.*

Etiam nullis probatis minis, atque verberibus stante læsione, n. 56.

57 *Metus mortis, & corporis cruciatus requiritur ad contractus rescissionem, ultra minas, atque verbera.*

Et quod commodum negotij ad inferentem metum principalitèr pertineat, n. 58.

Non autem ad eius creditorem, n. 59.

60 *Metus iustè illatus super obligatione, ad quam aliquis tenebatur, eam non reddit nullam.*

61 *Metus excluditur ex actibus, cessante timore gestis.*

62 *Metus, qui cadit in constantem virum pro actu invalidando requiritur.*

63 *Pubes dicitur masculus in decimoquarto anno, & fœmina in duodecimo.*

64 *Minoris contractus iuramento firmatur, quod facit eum de minore maiorem, ac num. 82. & 92.*

Et validat contractum aliàs invalidum ex minoris ætatis defectu, n. 65.

Quamvis fœmina minor sit, n. 66.

Nàm sicùt masculus ex iuramento remanet obligata, n. 67.

68 *Iuramenti vires non tollit absolutio, sive habilitatio adversus illud obtenta.*

Quæ tantum habilitat iurantem ad nullitatem contractus proponendum, n. 69.

70 *Minor curatorem habens, & sine eius authoritate contrahens, cum iuramento validè obligatur.*

Nec in integrum restitutionem habet ex causa læsionis, n. 71.

Licèt minor sit annis quatuordecim, pubertati tamen proximus, vel doli capax, n. 72.

Et quamvis pro alio fideiubeat, n. 74.

Neque tunc in integrum restituitur, n. 75.

Nisi sit in totali, non mediocri damno, quia non potest in maxima quantitate indemnis conservari à principali debitore, n. 76.

Ma-

CAPVT XX.

De Muliere nullitèr pro alio intercedente, seù fideiubente, ad *text. in l. 1. & toto tit. ff. & C. ad Senatus Consultum Velleianum.*

1 MVlierum fragilitati, quæ fa-
cillimè inducuntur ad se
2 pro alijs obligandum, sive
intercedendum, fuit ex Vel-
leiani SenatusConsulti be-
3 neficio subventum, quòd
reddatur obligatio, seu in-
tercessio nulla, ut in *l.1. & toto tit.ff. ad Senat.*
Consult. Velleian. cum alijs latè congestis per
Cons.Heditrn.in addit. ad Surdi decis.86. &
164.atque per *Reg.Merlin.in cent.1. controver.*
forens.cap 55. & seq. sed quia faciliùs se obli-
4 gant, quàm donant, ut *Iuris Consultus* ait in *l.*
5 *4.ff.eod.tit.* donare liberè possunt, neque tunc
aliquo gaudent beneficio, si tamen donatio à
6 vera traditione incipiat, non autem à promis-
7 sione, vel à ficta per constitutum traditione, ut
per *Præsid. de Franch. in decis. 239. & Consil.*
Marcian.in cons.12.lib.1.

Creditoris autem calliditas huius Senatus
Consulti exceptioni non obstat, si mulieri, tan-
8 quàm principali, pecuniam mutuam dederit,
sciens tamèn eam fideiubere, ut fuit expressè
sancitum in *l.cum adeos 19.C.eod.tit.* de quo la-
tè *Præs.de Franch.in decis.279.nu.8. & in decis.*
758.in princ. ubi refert decisum in S.R. C. *Cons.*
de Georgis in alleg.32.num.8. Thor.in compend.
decis.Regni p.2.in verbo exceptis Senatus Consul-
ti Velleiani, *Reg.Merlin.in d.cap 55.num.4. &*
seq. sicut etiam in Senatus Consulti Macedo-
niani exceptione disponitur, colorem quæsi-
tum à creditore, eum non repellere, & inspici-
9 endam esse conditionem illius, ad quem pecu-
nia pervenit; unde si filius familias pro mutuo
per alium accepto, colore quæsito, accesserit fi-
deiussor, & pecuniam ipse filius familias ha-
buerit, uterque Senatus Consulti exceptione
iuvabitur. Idem si duo sint rei debendi, quorum
unum patrem familias creditor putaverit, si
10 enim ad alium pecunia pervenerit, quem cre-
ditor filium familias esse sciebat, Macedoniani
obstabit exceptio, ut in *l.sed, & Iulianus 9.in*
princip.& in §.item si duo, ff.ad Senat. Consult.
Maced. & ità eum nullitas obligationis oppo-
11 nitur contra particulares cives contractæ pro
debito Vniversitatis, absque tamen Regio As-
sensu, iuxtà disposita in *Reg.Pragmatica 11. §.*
E perche intendemo, sub tit. de Administrat.Vni-
versit. ubi hoc locum habere disponitur, quam-
vis non cum ipsa Vniversitate, sed illius con-
templatione fuisset cum civibus obligatio con-
tracta ad evitanda absurda, quæ ex particula-
rium obligatione resultabant pro pecunijs per
Vniversitatem receptis, licèt creditor ad frau-
dandam Reg.Pragm.dispositionem, cum parti-
12 cularibus, proprio eorum, & principali nomi-
4 *Socius emens sibi acquirit, sed consocijs communicare cogitur.*
Intellige in bonorum omnium societate, non autem in particulari, ut n. 5.
Nam in ea tantùm actio datur pro rata pecunia communis expensa, n. 6.
Vna cum usuris, n. 7.
Secundò intelligo, nisi consocij scientes tacuerint, ut n. 8.
Dummodò omnes socij tacitè consenserint, num. 9.
10 *Societas renunciatione, morte, & egestate dissolvitur.*
11 *Societas omnium bonorum tacitè, & expressè contrahitur.*
Vnde ex reiteratis sociorum actibus inducitur, num. 12.
Et ex cohabitatione, & communione victus, atque lucrorum divisione inter fratres infertur pro communi, & indiviso paternam, & maternam hæreditatem possidentes, n. 13.
Quinimò ex communicatione unius negotij inter eos inhita censetur, n. 14.
Vel ex diuturna tantùm cohabitatione, & redituum communicatione, n. 15.
Sola enim in communi possessio hæreditatum, earum tantum societatem inter ipsos inducit, non aliorum proprio nomine quæsitorum, n. 16.
17 *Feudum si ex communibus bonis à fratre quæratur, ipsius tantùm efficitur.*
Et fratri pars fructuum, atque pecunia expensa, debetur, non proprietatis, neque extimationis, num. 18. & 22.
Quamvis aucto feudi valore, n. 23.
Non enim cogendus est Dominus alium habere vasallum, quam eum, quem ipse voluit, num. 19.
Nec feudi divisio, & alienatio in partes fieri potest invito Domino, n. 20.
Cuius voluntas attenditur circa personam, in quam alienari consentit, non autem cuius pecunia feudum sit emptum, n. 21.
Nisi de communi pecunia sciente Domino emptio fieret, n. 24.
Et nisi fratres essent omnium bonorum socij, num. 36. 38 & 42.
Quorum alter, licèt non iure dominij, actione tamen personali pro socio agit ad communicationem fructuum, & emolumenti feudi communi pecunia empti, n. 39.
Hinc est cautela inventa fiduciaria emptionis feudi in caput alterius, n. 40.
Ex qua non læditur feudi Dominus, cum eius voluntate investitus, feudum acquirat, emolumentum verò contractus cadat pecunia domino, n. 41.
25 *Prohibitionis causa cessante, cessat prohibitio.*
26 *Feudi individui pars extimationis, debetur illi, cui pars feudi competit.*
27 *Officia Decurionatus, & alia à marito quæsita, constante matrimonio veniunt uxori, quòad extimationis partem communicanda.*
Et ita in Regio Hyspaniæ Prætorio iudicatum, num. 32.
Attenta Hyspanica lege, quòd acquisita constante matrimonio sint viro, & uxori communia, num. 28.
Quæ communio etiam in individuis locum habet, n. 29.
Et in iure patronatus, n. 30.
Pro augmento quoque valoris ex tempore procedente, n. 33.
31 *Officia vendi solita cum Principis licentia in legitimam imputantur, atque conferuntur quòad extimationem.*
34 *Argumentum valet ab officijs ad feuda, tanquam à maiori ad minus.*
Nam in officijs uti magis personalibus strictivè proceditur, n. 35.
37 *Societas ex sola cohabitatione non inducitur inter fratres.*
43 *Exitus causæ per Authorem enucleata.*
44 *Creditor societatis præfertur creditoribus socij anterioribus in bonis in societate positis, & ab ea perventis etiam pro parte ad socium spectante.*
Quod procedit, ubi duæ negotiationes, separatim in societate exercentur, n. 47.
Tunc enim societatis creditor in qualibet negotiatione separatim satisfieri debet, n. 48.
Secus est, ubi unica est negotiatio, in qua socij creditor anterior præfertur, num. 49.
Intelligendo super bonis, aùt pecunia pro capitali posita per eum in societate, n. 50.

Et

Et pro parte lucri ad eum spectante, soluto prius are alieno ex causa societatis contracto, n.52.
Non autem pro capitale aliorum sociorum, num.51.
45 Text.in l procuratoris 5.§. si plures, ff. de tributoria actione *expenditur.*
Et ne dum in servo societatem exercente, sed in homine etiam libero locum habere demonstratur, n.46.
Sed in duas negotiationes exercente procedere declaratur, n.47.

CAPVT XXIV.

De Socijs, eorumque lucris, atque damnis ad invicem communicandis, ad *text. in l.si non fuerint 29.& l.si quis societatem 75. ff. pro Socio.*

1 OMne lucrum, atque damnum
inter socios esse communi-
candum, per *l.si non fuerint*
29. *& l.cum duobus* 52. §.
damna, ff.pro Socio, regulam
2 constituit, quam pluribus
ampliationibus, & limita-
tionibus exornat *Alex.Trombetta in tract. de*
*societ. cap.*9.& in *cap.*10. ubi *num.* 2. citat *Bart.*
3 *in l.unus, in princ.ff.pro socio*, affirmantem tunc
solum esse societatem, cum lucra, & damna
communicantur.
Vnde socium, qui rem aliquam emit, eam si-
bi acquirere, sed actione pro socio à consocijs
4 cogi posse ad communicandum, *Paulus Iuris-*
*consult.*respondit in *l.si quis societatem* 75. *ff.pro*
5 *socio*, quam in hoc bonorum omnium societate
6 procedere, non autem in particulari societate,
in ea enim communicationem non dari, sed
7 solùm actionem pro rata pecuniæ communia
ab uno ex socijs expensæ unà cum usuris, ma-
gis communem esse DD. sententiam profitetur
post *Menoch.in cons.*12. *nu.*20. *lib.*1. & in *cons.*
121.*num.*78. ac demùm in *cons.*122. *num.*19.*&*
*seq.lib.*2.*Ioseph Ludovic. in communib. conclusio-*
nib.in tit.de Societ.conclus 1.*in* 2.*diff.inter socie-*
tat.universal. atque particular.in versic. in socie-
tate,& in versic.sed tamen, sequitur alios addens
Andreol.in controv.forensi 34.*num.*11.*&* 18.*lib.*
8 1. tametsi consocium scientem à socio aliquid
proprio nomine acquiri, ac tacentem, neque
contradicentem, sibi præiudicium afferre, tan-
quàm actus dissociativos fieri permittentem,
docuerit *Cravetta in cons.*26.*num.*9. & *in cons.*
123.*num.*7.*lib.*1.quem sequitur *Felic.in tract.de*
*societ.cap.*14.*num.*26.intelligendo tamen quan-
9 do utrque ex socijs, altero sciente faceret hu-
iusmodi acquisitiones in particulari, tunc enim
viderentur ad invicem consentire in societaria
dissolutione, ut ex *l.itaque* 65.*ff. pro Socio,*
declarat post alios *Stephan. Gratian.in lib.*3. *di-*
*scept.forens.cap.*547.*nu.*14. nam renunciatione,
10 sicut morte, aut egestate unius ex socijs societas
ipsa dissociatur, *l.societatem 4.ff.eod.tit.pro socio*
de qua *Præs.de Franch.in decis.*249.
11 Bonorum verò omnium societas, tàm expres-
sè, quàm tacitè contrahi potest, ut post *Roland.*
*in cons.*91.*num.*51. *lib.*1. aliosque plures com-
munem esse DD. sententiam novissimè testatur
*Michalor.in tract.de fratrib.p.*2. *cap.*2. *num.*15.
*& seqq., & cap.*3.*num.eod.* sic demùm annuunt
*Card.Mantica de tacit.& ambig. convent. tom.*1.
*lib.*6.*tit.*3. *ex num.*10. *& tit.*9. *ex num.*6. *Consi-*
*liar.de Rosa consult.*8.*num.*3. & latissimè tuetur
D. Scoppa in suis Theorico-Practic.observat. ad
*decis.Gratian.observ.*127. *per tot.*, & propterea
12 tacitè contrahitur ex reiteratis sociorum acti-
bus, ut si fratres paternam, & maternam hære-
ditatem pro communi, & indiviso possiden-
tes, simul cohabitarent, & in communi viverent
quæcumque lucra, & emolumenta sibi ad invi-
cem communicantes absque ulla rationum red-
13 ditione, ex hoc universalis bonorum societas
inter eos contracta videretur, ut latè post alios
declarant *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.*
3.*præsumpt.*56.*num* 37. *Mascard.de probat.in*
*conclus.*1315.*num.*23.*Mantica in suo tract. de*
*tacit. & ambig. conventionib.lib.*6.*tit.*20.*nu.*2.
*Gratian.in d.cap.*547.*num.*1.*& in cap.*725.*num.*
8.*&* 993.*num.*1.*&* 2.*Felic.in relato tract.*3.*cap.*
20. *num.* 29. *Cons. Hodierna in controvers. fo-*
*rens.cap.*22.*num.*1.*& cap.*49. *num.*14. quinimò
14 ex communicatione unius negotij, societas om-
nium bonorum inter fratres inhita censetur,
*Mascard.d.conclus.*1315.*nu.*46 *Gratian.d.cap.*
15 547.*num.*2.vel si duo cohabitarent, & redditus
communicarent, *Menoch. d.cap.*56. *num.*22. &
sub *num.*37.*Felic.in loco relato*; non enim ex eo
tantùm, quòd paternam, aut etiam maternam
hæreditatem indivisam possideant, omnium
16 bonorum societatem contraxisse dicuntur; sed
solùm quòad hæreditates ipsas communitèr
possessas; alia verò proprio nomine quæsita in
societate non veniunt, neque sunt communi-
canda, *l.si fratres* 53. *ff.pro socio, Roman. consil.*
313.*Michalor. in præcit.tract.de fratrib. p.*2. *cap.*
11.*num.*1. & novissimè *Reg. de Marin. in ob-*
*serv.ad decis.*524.*Reg.Reverterij.*
17 Licèt autem feudum ex communibus bonis
à fratre acquisitum, alteri fratri non quæratur,
18 nisi quòad fructus, non autem quòad proprie-
tatem, ne Dominus alium cogatur habere vas-
19 sallum, quam eum, quem ipse voluit, ut in *cap.*
unico §.*si duo fratres, de fratrib.de novo benefic.in-*
vest. & ne feudi divisio, & alienatio in partes
20 inducatur invito Domino, contra regulam Iu-
ris feudorum *in cap. Imperialem de prohib. feudi*
alienat.per Federicum, *& in cap.*1.*de prohibita*
21 *feudi alienat. per Lothar.* neque enim attendi-
tur, cuius pecunia sit feudum emptum, sed
tantùm persona, in quam Dominus alienare

consentit, ex *glos.in eod.cap.unico*, quam sequuntur *Andreas de Isern., Camerar.* & alij, quos adducit *Reg. Merlin.in lib.2.controv.forens.cap.67.n.*
22 17. ut proinde fratrem ementem feudum, etiam
de communi pecunia sibi soli acquirere, fratri
verò partem pecuniæ, non extimationis resti-
23 tuere teneri, etiam si valor fuerit auctus, affir-
mat *Afflict.in eod.§. si duo fratres*, & secundùm
Afflicti opinionem decisum refert *Giz. in ob-
ser.ad Capyc.Latr.decis.26. num.15.* idemque
præter alios tradiderunt *Felic.* in sæpe citato
tract.de societ.cap.12.n.35. Michalor.in d.tract.de
24 *fratrib.p.2.cap.24.* nisi de communi pecunia,
sciente Domino fuisset feudum emptum, ut ex
cap.1.de Benefic.fratris, & ex *gl.* & alijs firmat
Cons.Roccus in responsa 48.n.22.lib.1.

Attamen, hæc feudorum alienationis, atque
divisionis prohibitio in extimationis præstandæ
casum non comprehendit: aliud enim est, quòd
corporis, aliud verò, quòd illius extimationis
pars fratri, vel socio debeatur, quod prohibi-
tioni alienationis non repugnat, quia neque
tunc alium, aut plures Dominus habet vassal-
25 los, quàm investitum, neque feudi divisio in-
ducitur; unde cessante prohibitionis ratione,
ipsa quoque cessat prohibitio, ut ex *l.1.C.si Re-
ctori Provincialis, Isern. Afflicto*, alijsque rela-
tis adnotavit *Tiraquell.in tract.cessante causa,*
26 *cessat effectus p.1.num.222.& seq.* ubi verò feu-
dum dividi non potest, feudi extimationis pars
debetur illi, cui pars feudi competit, ut ex
*Isernia in cap.1.vers.non de primo, de duob. fra-
trib.* & alibi probat *Bursat.in cons.199. nu.33.
lib.2.*

Et ne desit punctualis decisio in terminis
ferè terminantibus, videatur *Covarr.in lib.3.va-*
27 *riar.resol.cap.19.num.4.* ubi loquitur in publi-
cis officijs Decurionatus, & alijs à marito quæ-
28 sitis constante matrimonio, quorum partem
extimationis uxori deberi vigore Regiæ legis
Hyspanæ dictantis, acquisita matrimonio con-
stante esse viro, & uxori communia; tùm quia
de pecunia utrique coniugi communi quæruntur,
& propterea æquissimum est, quòad extima-
tionem esse communia; tùm etiam ad evitan-
das fraudes, quæ possunt à viro, vel uxore com-
mitti ad effugiendam communionem acquisi-
tionum constante matrimonio. Neque refraga-
29 ri, quòd publica officia individua sint: nàm &
in individuis communio viri, & uxoris locum
habet, quinimò, & in Iure patronatus licèt in-
30 dividuo uxorem partem habere indivisam so-
luto matrimonio iusque præsentandi, quod in
hæredes transmittit; quemadmodum, & in alijs
individuis, quæ vendi, & extimari possunt,
partem dimidiam habere, quamvis publici
muneris incapax sit, quòad officium, non ta-
men quoad illius extimationem, & propterea
huiusmodi officia, quæ facilè Principis licentia
31 vendi solent, in legitimam imputari, atque
conferri, quòad eorum extimationem, refert ex
Ias.in l.illud C. de collationib. num.6. & *Ripa in*
32 *l.in quartam, ff.ad leg.falcid.num.163.* ex qui-
bus omnibus, eius sententiam fuisse in Regio
Prætorio in iudicando receptam testatur *Covar.
ibid.num.6.* quem sequuntur post alios *Valasc.
in praxi partition. & collat.cap.13. nu.70. Gars.*
33 *in tract.de coniug. ac quæstu n.68.* ubi augmen-
tum valoris eorum ex tempore procedens esse
uxori tanquàm Dominæ communicandum af-
firmat, & ita tenere dicit *Gregorium Lopez.in
legib.partitar.Hyspan.l.3.tit.15.partita 6.* novis-
simè *Covarr.* sequitur *Reg. Galeota in responso
fiscali 11.cap.1.n.21.*

34 Quod si in officijs locum habet, à fortiori in
feudis obtinet, cum in officijs, tanquam magis
35 personalibus strictiùs procedatur, quàm in feu-
dis, ut ex pluribus affirmant *Consil. Theodor.in
alleg.41.num.14.* & *Reg.Capyc.Latr.in decis.26.
num.6.*

Neque refragatur dispositio *text. in relato
cap.unico, §.si duo fratres, de fratrib.de novo bene-*
36 *fic.investit.* loquitur enim in fratribus commu-
nitèr habitantibus, non autem socijs omnium
37 bonorum: nàm ex sola habitatione societatem
non induci, nisi expressè omnium bonorum
societas inter eos contracta fuisset, declarat
38 *Afflict.ibid.num.3.* & ita intelligenda sunt ad-
notata per eum sub *num.7.* quod etiam decla-
rat *Alex.Trombet.in tract.de societ.cap.10.n.79.
in fine*; Sociũ verò omniũ bonorũ, licèt non iu-
39 re dominij; actione tamen personali pro socio
agere posse ad communicationem fructuum, &
emolumenti feudi ex communi pecunia empti,
constat ex traditis per *Cons. de Georgio in repe-
tit.feud.cap.40.num.11. & 17.cum seq.* & clariùs
in repetit. *cap. Imperialem de prohib feudi alie-
nat.per Federic.in cap.20.num.10.* & *in d.cap.40.*
40 *num.19.* hinc inventam dicit esse cautelam
emendi feudum de alicuius pecunia in caput
alterius, qui declarat, nudum nomen habere, &
emolumentum esse Domini pecuniæ; hæc ta-
41 men fiduciaria emptio Dominum non lædit
ex cuius voluntate investitus feudum acquirit,
contractus verò emolumentum Domino pecu-
niæ cedit, ut latiùs prosequitur *Reg.Galeota in
controv.28.num.7. & seq. lib.1.* secundum quæ
42 dicendum est decisionem S.C. à *Gizzio* relatam
ex alio processisse: quia fortè illi feudo per so-
cium empto, nullum accesserat temporis aug-
mentum, neque fuit super eo discussum.

Hæc breviter pro Io: Vincentio Cesarano
Barone Terrarum Pratæ, & Castrimotij dedu-
43 cta in causa vertente in S.R.C. cum Ioanne
Antonio Cesarano eius ex fratre nepote, penes
Actuarium Clavelli, fuerunt in causa, quòd lis
inter eos amicabili compositione terminare-
tur.

Damnum verò, quod à socio ante inhitam
societatem obvenit, ex alieno ære ab eo contra-
cto, societati non obest, ut super bonis in so-
cietate positis, atque ab ea perventis, veniant

so-

44 societatis creditores præferendi, etiam pro
portione ad socium spectante, ut ionuere vi-
detor *text.in l.procuratores 5. §.si plures, ff.de*
45 *tribut.act*, cuius verba sunt : *Si plures habuit*
servus creditores, sed quosdam in mercibus cer-
tis, an omnes in eisdem confundendi erunt, & om-
nes in tributum vocandi; ut puta duas negotiatio-
nes exercebat, (nempe sagariam, & lintealiam) &
separatos habuit creditores? puto separatos eos in
tributum vocari, unusquisque enim merci magis,
quam ipsi credidit, sed etsi duas tabernas eiusdem
negotiationis exercuit, & ego fui taberna (verbi
gratia) quam ad Buccinum habuit, ratiocinator,
alius eius, quam trans Tyberim, æquissimum pu-
to separatim tributionem faciendam, ne ex alte-
rius ære, merceve alij indemnes fiant, alij dam-
num sentiant.

Ex cuius rationis generalitate *text.in d. §.si*
plures, nedum in servo, verùm etiam in homine
46 libero locum habere, ut illius creditores minimè
possint super rebus ad societatem ab eo cō-
tractam pertinentibus concurrere; sed in eis
esse creditores societatis præferendos, latè pro-
bat ex *Gulielmo Paulo Castr. & utroq. Angelo*
Perus. & Aret. explosa contraria *Raphaelis* sen-
tentia, *in cons.172. Stracca in tract.de decocto-*
rib.p.3.ultima partis num.20.& seqq. quem post
alios sectatur *Salgad. in Labyrintho creditor. p.*
2.cap.9.num.55. hoc idem in generali articulo
voluerunt *Merlin. in tract de pignorib. lib 4.tit.*
1.q.41.num.20 & seqq. Consil.Roccus in notab.
mercator.in tit.de societ.notab.81.cum seqq.lib.1.
& in responso 86.lib.2.

Verum tamen dispositionem *d.§.si plures*
solùm habere locum, quando duas negotiatio-
47 nes quis exercet : tunc enim creditores cuius-
libet negotiationis, magis illi, quàm personæ
48 credere censeri, & proinde super ea esse satis-
49 faciendos; aliud esse, ubi quis unicam tantùm
exercuit negotiationem, super qua, etiam illos,
qui extra eam contraxerunt, satisfieri debere,
tanquàm non merci, seu negotiationi alicui;
sed personæ crediderint totius patrimonij, &
universarum facultatum habita ratione, ex
Paulo Castr.in cons.285.p.1. idem *Stracca* resol-
vit in *loco relato num.25.& seq.* ubi *nu.27.* hæc
non vulgaria esse, sed singularia consideran-
da, atque notanda ad prædictorum declaratio-
nem, & *relat.§.si plures* sequitur *Scaccia in tract.*
de commerc.& camb.§.6.gl.1.n.96.

Cùm autem in bonis debitoris, unicam ne-
gotiationem, sive societatem exercentis, versa-
mur, distinguendum est inter bona, aùt pecu-
50 niā pro capitali positam in societate, quorum
respectu, creditores socij, tanquàm anteriores
51 præferuntur, non autem ius habent ad capitale
aliorum sociorum, nec ad partem lucri ad eos
spectantem, nisi tantùm pro ea parte lucri, quæ
52 ad eorum debitorem spectaret, soluto priùs
ære alieno, ex causa societatis contracto, ut ex
Hermosilla, Magonio, & Fontanella declarat

Salgad.in loco relato num.60.& seqq. & post eum
Cons.Roccus in d.tit.de societ.notab.85. & in *eod.*
responso 86.nu.15. eiusdemque fuerunt sententię
Gratian.in lib.5.discept.forens.cap.964.nu.9. &
seqq. Merlin, in ead.q.41.n.29.

RERUM SUMMA.

1 *Rescissio contractus in quo differat à nullitate.*

2 *Restitutio in integrum operatur fructuum resti-tutionem ad minoris beneficium.*

Et non minus ad sortem principalem, quàm ad accessoria refertur, n.3.

Intellige de fructibus perceptis post litem in hoc iudicio contestatam, n.15.

4 *Restitutio in integrum tacitè petita censetur ex læsionis, & minoris ætatis allegatione.*

Vel ex petitione eius, quod non nisi per in integrum restitutionem potest obtineri, ut n.5.

6 *Clausula* omni meliori modo *operatur, ut utiliùs remedium censeatur intentatum.*

Et si expressum non valet, eo modo, quo fuit expressum, valeat, ut valere potest, n.7.

8 *Sententiæ S.C.Neap. rarò, aùt nunquàm proferuntur cum causarum assignatione.*

9 *Sententia præsumitur conformis libello.*

10 *Restitutio in integrum rescindit contractum minori damnosum, eumque reponit in pristino statu.*

11 *Læsio enormissima nullam reddit conventionem, non autem rescindendam.*

12 Remedium l.2 C.de rescindenda venditione *electionem tribuit emptori restituendi rem, vel supplendi iustum pretium.*

In quo tamen pinguius succurrit in integrum restitutio, nu.13.

14 *Fructus in sententia in integrum restitutionis omissi, peti amplius minimè possunt.*

16 *Possessor ex causa dubietate excusatur à fructuum restitutione.*

17 *Titulus ubi reducitur ad non titulum, fructus illius vigore percepti, sunt restituendi.*

Intellige, si titulus nullus declaretur, ut n.18.

Vel est de sui natura revocabilis, ut in donatione causa mortis, vel in sententia, n.19.

20 *Sententia revocata in causa appellationis, sunt restituendi fructus illius vigore percepti.*

21 *Fructus a tempore litis contestatæ percepti sunt actori, una cum re restituendi, etiam quòd possessor bona fide possideat.*

Neque ex tunc errans in Iure possessor excusatur, n.22.

23 *Fructus à die litis contestatæ veniunt in iudicio læsionis, ex* l.2.C.de rescindenda venditione.

24 *Fructus lite pendente percepti sunt actori, ex Iudicis officio, restituendi, quamvis hoc minimè petierit.*

25 *Appellatio causam reducit ad terminos litis contestatæ.*

26 *Decisio novissima Sacri Regij Consilij Neap. refertur.*

CAPVT XXV.

De Contractus resolutione ex nullitatis, vel rescissionis remedio, ad *text. in l. & eleganter 7. ff. de dolo*.

1 COotractus rescissio à oulli-
tate differt, quia contra-
ctum ab initio validum
præsupponit, illum rescin-
dendo, pront ex nunc, &
interim, donec rescissio
fiat, possessor, tanquàm
bonæ fidei, fructus facit
suos, neque tenetur ad illorum restitutionem;
quod secus est, ubi nullua declarator, ad notata
in *l. & eleganter 7. ff. de dolo*, ut post alios tradi-
derunt *Rebuff. ad Constitut. Gallia, in tit. de re-
scis. contract. num. 4.* quem referunt, & sequun-
tur *Reg. de Ponte in cons. 28. num. 5. & 6. lib. 1.
Consil. de Georgio in alleg. 31. n. 22.*

Quandoque tamen rescissio operator fru-
ctuum restitutionem, ut io rescissiooe coottra-
2 ctus, per viam in integrum restitutioois à mi-
nore obtenta, quæ ita procedit ad minoris be-
neficium, ut integrum ius suum, unà cum fructi-
bus perceptis à possessore recuperet, per *text. in
l. quod si minor 25. §. restitutio ff. de minor.* quam-
pluribus exornat *Covarr. in lib. 1. variar. resol.
cap. 3.* & inquiont *Gama dec. 218. Pras. Amat.
cons. 87. num. 9. & Reg. Sanfelic. decis. 125.* ex qui-
bus etiam tradit *D. Scoppa ad Gratian. observ.*
3 130. *num. 5.* etenim restitutio oon minus ad
sortem principalem, quàm ad accessoria refer-
tur, ut post *gloss.* & alios *in l. fin. §. fin. ff. de condict.
indeb.* docet *Sfortia Odd. in tract. de restit. in inte-
grum p. 1. q. 45. artic. 1. num. 8.*

4 Intelligitur autem in integrom restitotio
petita, ubi læsio, & minor ætas simplicitèr alle-
gantur, iuxtà communem DD. sententiam, de
qua *Alex. Decio, Rolando*, alijsque relatis testa-
5 tur *Odd. in d. p. 1. q. 33. artic. 3.* quinimò sufficit,
quòd simplicitèr aliquid petatur à minore,
quod alia via, quàm in integrum restitutionis
peti non possit, ut intelligatur in integrum re-
stitutio petita, ut docet *de Franchis in decis. 17.*
6 *num. 20.* & in *decis. 86. nu. 7.* præsertim ex clau-
sula *omni meliori modo*, in libello adiecta, quæ
operator, ut utiliùs remedium deductum cen-
7 seator, & si quod fuit expressum, non valet eo
modo, quo fuit expressum, valeat eo modo, quo
valere potest, ut per *Menoch. in cons. 314. num.
4. vol. 4.* & alios quos refert *Barbosa in tract. de
claus. in claus. 95. num. 11.* & sententia, quæ inde
subsequitur, contractum postea resciodens, ex
capite in integrum restitutionis processisse præ-
sumi debet, quamvis de ea nulla mentio fiat;
Idque faciliùs in sententia S.C. Neapolis locum
8 habet, in quo raro, aut nunquàm solent in
sententijs diffinitivis assignari decisionis causæ
ad avitandas dilationes, quæ ex causarum assi-
gnatione oriri possent; præsertim quando cau-
sæ sunt implicitè deductæ, ut refert *D. de Fran-
ch. in decis. 664. num. 14. & seq.* præsumi enim
9 debet sententia conformis libello, ad evitan-
dum nullitatis vitium, quod obijci posset, ex *l.
ut fundus 18. ff. communi dividundo*, cum con-
cord. & *cap. licèt Heli 31. extra de symonia*, ubi
latè *Felyn. à n. 18.*

Vnde nullum superesse dubitandi locum,
in facti contingentia affirmabamus, quia sen-
tentia per Dorotheam Calò, & Alphonsum
Barone coniuges, obtenta in S.R.C. Neap., qua
mediante rescissus fuit contractus permutatio-
nis inbitæ per Franciscum Mariam Calò patrē
prædictæ Dorotheæ, de re ipsius eius filiæ olim
minoris, ex causa in integrum restitutionis ta-
citè petitæ processerit, atque proinde, fructuum
perceptorum restitutionem non excluserit; fuit
enim sententia relativa ad libellum, in quo fuit
læsio, & minor ætas allegata, & rescissio alitèr
evenire non potuit, quàm vigore resciodentis
10 remedij, quod appellatur ipsa met in integrum
restitutio, quia rescindit contractum, aliumve
actum præiudicialem, sive obstaculum, quod
opponitur recuperationi rei suæ, eumque repo-
nit in stato, in quo erat ante læsionem, ut ma-
gistralitèr ex communi DD. resolutione, dedu-
cit *Sfortia Odd. in relato tract. p. 1. q. 33. artic. 3.
& 4. num. 29.* & optimè facit *text. in l. si dolo S.C.
de rescind. vendit.* non potuit rescissio procedere
ex enormissima læsione, quæ forsàn in contra-
21 ctu permutationis adfuisset: nam ex ea, tan-
quàm dolum re ipsa continente, ipso iure nulla
permutatio fuisset, non autem rescindenda, iux-
ta notata in *d. l. & eleganter, ff. de dolo*, non itèm
12 ex læsione ultra dimidiam rescissio fuit obten-
ta, quæ optionem conventis tribuebat, resti-
tuendi rem permutatam, vel supplendi iustum
illius pretium, ut in *l. 2. C. de rescind. vend.* &
tradunt DD. quos novissimè sequitur *D. Roma-
guera in addit. ad Conciol. super Statut. Civit. Eu-
gub. lib. 2. rubr. 58. num. 23.* propterea fateri ne-
cesse erat, fuisse permutatiouis contractum, re-
scindentis remedio in integrum restitutionis
13 rescissum, quod pinguius minori succurrit,
quàm remedium prædictæ *l. 2.* ut in specie ani-
madvertit *de Franch. in decis. 248. n. 3.*

Quibus tamèn fortitèr obstabat, quòd fru-
ctus ipsi ab actoribus petiti fuerant in sententia
24 S.C. omissi, in qua solùm rescissus fuit contra-
ctus, nulla de fructibus mentione facta, quo ca-
su absoluti rei fuisse videbantur, ad notata in
*l. 4. C. depositi in l. terminato 3. C. de fructib. & lit.
expens.* ut in terminis probat *Anna in cons. 24.
num. 5 lib. 1.* & voluerunt alij per *Giurb. in decis.
Sicilia 89. n. 12.*

Præterea veriorem esse dicebatur *Didaci
Covarr.* sententiam *in lib. 1. var. resol. cap. 3. num.
4. versic.*

4.verſic.ſecundò præfata deciſio, affirmantis *text. in l. quod ſi minor 25. §. reſtitutio, ff. de mino-*
15 *rib.* concedentem minori fructuum repetitio-
nem in iudicio in integrum reſtitutionis, in-
telligi de fructibus poſt litem in hoc iudicio
conteſtatam perceptis, reliquos verò fructus
Iuris rationem non pati, ut habere poſſit; *Co-
varruviam* namque ſequuntur *Anna in d.conſ.
num.9.* alijque plenè per eum, & *Giurb.* allega-
ti in relata *deciſ.89.num.19.* quidquid contra-
rium ſubſtineat poſt *Abbat. Sfortia Odd. in d.
tract.de reſtitut.in integrum p.1.q.45.artic.1.nu.
20.& ſeqq.*

Denique iuſta litigandi cauſa, reſpectu con-
ventorum ex cauſæ difficultate conſiderabatur,
cum decreto M.C V. fuiſſent antea abſoluti à
petitis per actores, tametſi fuerit hoc decretum
16 revocatum in S.C. in cauſa appellationis; ſuffi-
ciebat enim dubietas cauſæ ad excuſandos poſ-
ſeſſores à fructuum reſtitutione, ut *ex Pinello*, &
alijs deducit idem *Giurba in d.deciſ.89. nu. 18.*
& quamvis fuiſſet decretum Magnę Curiæ in
cauſa appellationis revocatum, reſciſſo con-
17 tractu permutationis, & propterea videbatur
titulum fuiſſe reſolutum, & redactum ad non
titulum, & poſſeſſores adhùc teneri ad fructus
perceptos reſtituendum, *ex l.filio 16.§.contra
tabulas ff.de inoffic.teſtam.* hoc tamen frequen-
tiùs DD. intelligunt, locum habere, quando ti-
18 tulus ipſo Iure nullus declaratur, non tamèn
ſi titulus eſt validus, donec aliqua ex cauſa per
ſententiam revocetur, ut ex pluribus docet
19 *Giurba in præalleg.deciſ.89.num.21.& ſeqq.* Vel
quando titulus eſt de ſui natura revocabilis, ut
in donatione cauſa mortis exemplificat idem
Giurba ibi num.22. poſt *Bald.& alios*, Idem di-
ci poteſt de ſententia, quæ per remedium ap-
20 pellationis efficitur revocabilis: nam revocata
ſententia, ſunt omnes fructus illius tantùm vi-
gore percepti reſtituendi, ut per *text.in auth.
quæ ſupplicatio, C.de precib. Imperat.offerend.* ne-
dum in ſententijs Præfecti Prætorio, ſed in alijs
quibuſcunque inferiorum Iudicum procedere
affirmat *de Franch.in deciſ.110.num.10. Reg.de
Ponte in tract.de poteſt.Proreg.in tit.4.§.4. num.
27. & ſeqq.* & noviter *Reg. Merlin.in lib.2.
controv.forenſ.cap.43.num.14.*

Reſpectù verò fructuum ſaltèm à die litis
conteſtatæ perceptorum, hæſitari non poſſe di-
cebamus, quin fuiſſent omninò reſtituendi,
nedum ad minoris, aùt alterius privilegiatæ
perſonæ; verùm etiam ad maioris, vel alterius
privatæ beneficium; an enim tempore litis
21 conteſtatæ fructus perceptos, & percipiendos
reſtituere poſſeſſor tenetur, etiam quòd bona
fide poſſideat, ut ex *l.2.C.de fruct. & lit.expenſ.
& l.certum 22.C.de rei vendicat.* cum alijs con-
cordantibus tradidit poſt alios *Peregrin. in
tract.de fideicom.artic.49.p.3.num.137.* atque
22 ex tunc errans in Iure non excuſatur à fructu-
um reſtitutione, quia per litis conteſtationem
efficitur malæ fidei poſſeſſor, ut per *text. in l.ſed
etſi lege 28.§.etiam ſi ante litem ff.de petit. hære-
dit.* atque ibi tradita per DD. communitèr, do-
cet *Menoch.in tract.de recuper. poſſeſſ.remed.15.
num.638.* & quòd etiam in iudicio læſionis ex
remedio *l.2.C.de reſcind.vendit.* veniant fructus
23 à die litis conteſtatæ percepti, probat *Covar.
in lib.1.variar.reſol.cap.3. num.9.circa finem*,
idquè in Praxi ſervari teſtatur *Pinell. in repetit.
d.l.2.p.1.cap.4.num.6. circa finem*, ac probant
*Barboſ.ſuper cap cum dilecti, num. 31. de empt.
& vendit. Aylon.ad Gomez. lib.2. var. cap.2.nu.
25. Cancer.var.reſol.lib.1.cap.13.num.48. Fonta-
nell.de pact.nuptial.clauſ.7.gloſ.2.part.5. nu.10.
& ſeq.* cum alijs, quos ſectatur noviſſimè *D.Ro-
magnora in addit.ad Conciol.ſuper Statut.Civit.
Engub.lib.2.rubr.58.num.25.* & de mente om-
nium eſſe dicit *de Franchis in deciſ.495.num.3.*
24 *in fine* ibi: *& ad hoc intendit maior pars*, qui-
nimò in reſtitutione rei Iudex fructuum lite
pendente perceptorum rationem eſt omninò
habiturus, ut res, cum eiſdem actori reddatur,
quamvis hoc minimè fuerit ab eo poſtulatum,
ut per *text.in l.præterea 20.ff.de rei vendicat.* &
*in l.ædiles 25.§.item ſciendum ff.de ædilitio edi-
cto* tradiderunt *Boer.in deciſ.18.num.3.* alijſque
relatis *Covar.in lib.1.variar.reſolut.cap.3. num.
1.verſ.Eſt enim manifeſti Iuris.*

Neque decretum à M.C.V. prolatū, per quod
fuerunt conventi abſoluti à petitis per actores,
aliquam eis tribuebat excuſationem à fructuum
poſt litem conteſtatam receptorum reſtitutio-
ne, quia appellatio à decreto M.C. ad S.C. in-
25 terpoſita, reſciſſo iudicato, cauſam reducit ad
terminos, in quibus erat poſt litem conteſtatā
in cauſa principali, ut per *text.in l.ita demum
13. C.de procuratorib.* notant ibi *Bart. num.3.*
quem ſequitur *Iaſon num.6.* ubi dicit hoc eſſe
menti tenendum, *Abbas Panormit.in cap.ad au-
dientiam 1.huius nominis* per *gloſſam* ibi *extra
de reſcriptis*, & alij, quos latè adducit *Lancel-
lott.in tract.de attentatis p.2. cap. 12. in præfat.
num.133. Giurba in deciſ.19.num.8. Reg.Tappia
in ſuis deciſ.S.C.deciſ.41.n.8. in fine Reg.Merlin.
controv.forenſ lib.2.cap.43.nu.1.* Vnde nullum
Ius tribuebat conventis, decretum Magnæ Cu-
riæ per appellationem reſciſſum, atque ſuſpen-
ſum, reducta cauſa ad terminos litis conte-
ſtatæ.

26 Tandèm fuit decreto Sacri Conſilij ſub die
31. menſis Ianuarij Anni 1639. declaratum, de-
beri fructus à tempore litis conteſtatæ, in cauſa
prædictorum coniugum, cum Donato Anto-
nio, & Thoma Collo, ad relationem D. *Conſilia-
rij Andreæ Marchesij*, cuius in calce præceden-
tis capitis 16. meminimus. Actuarius Cinſ-
ſus.

R E.

RERUM SUMMA.

1 *Hæres universalis in universum ius defuncti succedit, & in onere, ac honore.*

Vnde quasi contrahit adeundo cùm hæreditariis creditoribus, n.2.

Quibus olim in solidum, atque ultra vires hæreditarias tenebatur, n.3.

Hoc tamen periculum, novissimo inventarij beneficio, fuit ademptum, n.5.

Dummodò inventarium solemnitèr conficiatur, ut ibi.

4 *Hæredis actiones, olim per aditionem confundebantur.*

Quod cessat per inventarij beneficium novissimo Iure adinventum, n.6. ubi laudatur D. Albertus Alderisius.

7 *Hæres cum beneficio legis, & inventarij, est verè, & propriè hæres.*

Sed contra, quòd sit quasi hæres, n.10.

8 *Inventarium solùm operatur, quòd non teneatur hæres ultrà vires hæreditarias.*

Non autem ad plura prodest, quàm herba bettonica, ut alij existimant, n.9.

11 *Hæredes condemnari solent, cùm clausula:* salva discussione inventarij, quatenùs de eo legitimè apparuerit.

12 *Legem contemnens, illius beneficio non gaudet.*

13 *Inventarium allegare, aùt indicare non sufficit pro illius beneficio perfruendo.*

Quidquid sit pro creditoribus illud petentibus ad sciendum bona hæreditaria, n.15.

Sed est realitèr exhibendum, n.14.

16 *Creditores certi sunt specificè, & nominatim citandi in confectione inventarij.*

Incerti verò per adictum, sive proclama, ut n.17.

Et certi dicuntur, quorum creditum est hæredi notum, & certum, n.18.

Quod difficile est asserere, n.19.

20 *Creditores absentes sufficit per adictum citare in inventarij confectione.*

Et absentes intelliguntur, qui sunt in loco alienæ iurisdictionis, n.21.

Non qui absunt à loco Iusdicentis, sed sub eadem Iurisdictione, & sub eiusdem Principis potestate existunt, n.22.

23 *Citatio ad domum erat de Iure Communi subsidiaria.*

Ac tantùm permissa, cùm personæ copia non potuisset haberi, n.24.

De Iure tamen Regni Neapolis est principalitèr admissa, n.25.

Cum liceat adversarium alternativè citare, personalitèr, aùt domi, num.26. ubi laudatur D. Gregorius Motillus.

27 *Citatio ad domum, fieri debet in domo solitæ habitationis.*

Quod nisi exprimatur, nulla est citatio, n.28.

Et si dicatur à nuncio executa, modo, & formæ sibi commissis, n.29.

Si non habuit specificè in commissis domum solitæ habitationis, n.30.

Contrarium tamen de Consuetudine servatur, quòd admittantur citationes domi factæ sine alia solitæ habitationis expressione, n.31.

Et ratio subiungitur, n.32.

33 *Domicilij appellatione, illud habitationis regularitèr intelligitur.*

34 *Nunciorum assertioni statur circa domum habitationis citati.*

Tanquàm in concernentibus eorum officium, num.35.

36 *Citatio in domo citati executa, quæ nuncio fuit à parte ostensa, nulla redditur.*

37 *Nuncius tanquàm testis habetur.*

38 *Testis, licèt unicus, plenè probat, in pertinentibus ad eius officium.*

39 *Testis cognoscere debet litigantem, de quo deponit.*

40 *Nuncius, citatum cognoscere debet.*

41 *Testis deponere debet per proprium sensum, non autem alterius.*

42 *Nuncius debet claram habere notitiam, de quo testatur, non per relationem ad alium.*

43 Decisio novissima S.R.C. Neap. *refertur, & num. 117.*

44 *Inventarium infra triginta dies inchoari debet, & infra alios sexaginta compleri.*

A die tamen aditæ hæreditatis decurrendos, num.45.

Et sufficit, quòd infra nonaginta dies fiat, absque eo, quod infra triginta dies inchoetur, num.46. & 48.

Mora autem nec modica purgatio admittitur, num.49.

47 *Solemnitas modica si omittatur, non vitiat dispositionem.*

50 *Hæres durante tempore confectionis inventarij, non potest à creditoribus hæreditarijs, aut legatarijs conveniri.*

Fallit primò si ante trimestris temporis lapsum, sit completum inventarium, n.51.

Secundò si versamur in ijs, quæ dilationem non recipiunt, n.52.

Inter quæ alimentorum causa numeratur, n.53.

Tertiò in alijs casibus remissivè, n.54.

55 *Hæres debet in inventario bona omnia describere, quæ testator habebat tempore mortis.*

Et si rem aliquam subtraxerit, vel celaverit, in duplo punitur de Iure Codicis, n.56.

Sed an idem sit de Iure Authenticorum? duæ sunt discordantes sententiæ, n.57.

Quarum prima est, pœnam privationis beneficio Inventarij eo Iure infligi, n.58.

Præsertim si res magni valoris fuerit per dolum omissa, ut n.59.

Sed receptior est opinio de duplici pœna, n.60.

Et in melioribus rationibus fundata, n.63.

Pro qua indicatum in Senatu Mantuano, & Neapolitano, n.61. & 62.

Conflito tamèn de dolo, sine quo nullam luet hæres

ves pœnam, num.64. & 67.

Dolus autem in eo non præsumitur, n.65.

Et ex medietate rei, & qualibet credulitate, & causa etiam iniusta, atque ex actu palam gesto regulariter excluditur, n.66.69. & 81.

68 *Dolus in actu palam gesto non præsumitur.*

70 *Hæres vigore clausulæ,* cum potestate addendi, vel diminuendi, *potest bona per errorem in inventario descripta detrahere.*

71 *Inventarium ab inveniendo dicitur, & sunt in eo describenda bona inventa in hæreditate, quæ manibus tangi possunt.*

72 *Inventarium legitimè confectum ex superveniente aliarum rerum notitia habita per hæredem, non vitiatur, & nu.74.*

73 *Actus legitimè factus ex superveniente casu non vitiatur.*

75 *Hæres hæreditati communicare non tenetur, quod ex propria acquirit industria.*

Nisi hæres sit cum beneficio legis, & inventarij, ut num.76.

Qui nec in lucro, nec in damno esse debet, n.77.

Sed contrarium verius esse, alij dicunt, n.78.

Dum tamen hæres de sua, non hæreditaria pecunia solverit creditori, n.79.

Etita decisum in S.C.n.80.

81 *Inventarium est probatio probata pro hærede, & contra hæredem, tot adesse bona in hæreditate, quot fuerunt in eo descripta.*

Nec sufficit probare, quòd alia bona testator habuisset in vita, n.83.

Si non verificetur in morte remansisse penes hæredem, n.84.

85 *Liber rationum defuncti non præsumitur penes hæredem esse, quamvis ad eius manus pervenerit in vita defuncti.*

86 *Res inter alios acta regulariter non nocet.*

87 *Dolus in minore non præsumitur.*

88 *Actore non probante reus absolvitur.*

89 *Testes ad proprium commodum deponentes, nedum aliquam non inducunt probationem, verùm neque præsumptionem, aùt coniecturam.*

90 *Inimicitia capitalis præsumptio oritur inter collitigantes de magna pecuniarum quantitate.*

91 *Testis inimicus nullam facit fidem.*

Ampliatur primò, quamvis de inimicitia non appareat, sed de causa inimicitiæ tantùm, nu. 92.

Secundò in teste odioso, seù non benevolo, n.93.

Tertiò ut nec plenè, nec semiplenè probet, n.94.

Quartò, ut neque indicium faciat, aut præsumptionem, n.95.

96 *Verisimile quod non est, falsitatis imago dicitur.*

97 *Consanguineus non cogitur deponere contra consanguineum ad quartum usque gradum exclusivè in causa criminali, vel civili ardua.*

Et si de facto cogatur à Iudice ad deponendum, eius depositio nulla redditur, n.98.

Nec etiam revelare tenetur contra eum, ad fulminationem excommunicationis, num.99.

100 *Testis licèt inhabilis depositio, aliquam inducit coniecturam.*

Nisi in totum à testimonio repellatur, ut n.101.

102 *Identitas personæ longè validiùs per nominis, & cognominis expressionem, quam per signa demonstratur.*

103 *Testis de credulitate non probat.*

Quia debet de veritate facti deponere per sensum corporeum, num.104.

105 *Liber rationum non compaginatus, neque debita habens requisita, vulgò dicitur* Squarcia-foglio.

106 *Testibus, & non testimonijs, est credendum.*

107 *Sigillum privatum idem operatur, quod privata scriptura.*

Quidquid aliud in sigillo Authenticæ, seù publicæ dici possit, n.108.

109 *Scriptura privata, quæ de per se fidem aliquam non facit, post conclusum in causa produci non potest.*

110 *Testes super monitorijs revelantes non probant, nisi cum iuramento parte citata repetantur, & num.112.*

111 *Testis debet cum iuramento, & parte citata deponere, ut probet.*

113 *Testes super monitorijs debent per extensum deponere, non relativè ad revelationem, ut fidem faciant.*

114 *Testis unius responsio nullam fidem facit, quãvis præclara Curiæ honore præfulgeat.*

115 *Causa magna civilis criminali comparatur.*

Et quemadmodum in causa criminali certæ probationes requiruntur, ita in causa civili ardua, in qua neque duæ semiplenæ coniunguntur, num.116.

118 *Hæres cum beneficio inventarij creditori hæreditario, aùt legatario primo venienti rectè solvit.*

Neque potest ex hoc ab alijs creditoribus, aùt legatarijs molestari, n.119.

Quibus contra recipientem pecuniam actio competit, n.123.

Et quæ actio concreditoribus ex pari causa, aùt collegatarijs competat post solutionem? remissivè, n.124.

Nisi sciens vires hæreditatis pro omnibus non sufficere, solvat, n.120.

Tunc enim si absque cautione solverit, tenetur creditori, aùt legatario, qui pecuniam recepit, effecto non solvendo, n.121.

Sed contra, n.122.

125 *Hæres ex inventarij beneficio potest hæreditaria bona insolutum dare creditoribus hæreditarijs.*

Etiam si defunctus beneficio Authenticæ hoc nisi, C. de solutionibus, *renunciaverit, num. 126.*

Cum hæreditas est nimis ære alieno gravata, num.127.

Secus verò si amplum patrimonium in hæredita-

ta·

tato romansisset ; *num.* 128.
129 *Beneficium* Authenticæ hoc nisi, C. de solu-
tionibus, *non comprehenditur in generali re-
nunciatione omni legum auxilio.*
*Neque expressa illius renunciatio servatur, cum
ex inopinato casu eveniente solutio in pecunia
impossibilis redderetur, n.*130.

CAPVT XXVI.

De hærede propter inventarij beneficium ab hæreditarijs incommodis eximendo, ad *text. in l. finali §. & si præfatam, C. de Iure deliberandi.*

1 HÆres universalis, qui succe-
dit in universum ius de-
functi, & sic in onere, &
2 honore, *l. hæreditas* 63. *ff. de
regul. Iur.* per hæreditatis
aditionem, quasi contra-
hens cum creditoribus hæ-
reditarijs, *l.* 3. *in fine*, & 4.
ff. quib. ex caus. in possess. eatur, illis olim in soli-
3 dum tenebatur, atque ultra vires etiam hære-
ditarias, ut in *l. qua dotis* 34. *ff. sol. matrim.* & in
l. si te bonis 10. *C. de Iur. deliberandi*, insuper actio
4 hæredis contra defunctum, & illius obligatio
per simplicem hæreditatis aditionem confun-
debātur, ut in *l. debitori* 7. *C. de pactis*, propterea,
5 fuit inventarij beneficium ex *Iustiniani* provi-
dentia adinventum, quod ab hæreditatis pe-
riculo, hæredem servat indemnem, ut credito-
ribus hæreditarijs eatenùs teneatur, quatenùs
6 hæreditatis vires suppetunt; neque iura hæredi
super ipsa hæreditate ex propria persona com-
petentia confundit: ut in *l. fin. §. et si præfatam, C.
de Iure delib.* & plenè probāt DD. quos recenset
Phanucius de inventar. hæredit. part. 5. *num.* 19.
& novissimè optimæ lectionis vir *D. Albertus
Alderisius in tract. de hæreditarijs actionibus, part.*
7 1. *cap.* 12. *à num.* 74. adeo quòd licèt hæredem,
cum beneficio legis, & inventarij esse verè, &
propriè hæredem, scribat alios cumulans *Cas-
san. in cons.* 22. quem sequitur *Præs. de Franch. in
decis.* 83. *num* 2. & 4. ubi ex *Pinello in l.* 1. *C. de
bonis matern. p.* 3. *ante num.* 82. *versic. contra*
8 *quem text.* dicit, inventarium solùm operari,
quòd non teneatur hæres ultra vires hæredita-
rias, nec ad plura prodesse, ut alij censuerunt,
9 quam herbam bettonicam, & hanc etiam opi-
nionem latè sustinet novissimè *D. Alderisius in
tract. de hæredib. tit.* 10. *ex n.* 121. tamen hære-
dem, ut supra beneficiatum, non propriè, sed
10 quasi hæredem esse voluit *glossa in d. l. fin. §.
in compensatione, in verbo confundantur*, & alij,
quos refert *Reg. Capyc. Latr. in decis.* 137. *nn.* 50.
11 & *seq. lib.* 2. unde, ut ipse restatur in *decis.* 129.
num. 1. *eod. lib.* 2. in sententijs, quibus hæredes
condemnantur, semper clausula illa solet ap-
12 poni: *salva discussione inventarij, quatenùs de eo
legitimè apparuerit*; Vbi verò inventarium hæ-
res conficere neglexerit, beneficio legis perfrui
non debet, quam contemnendam esse censuit,
ut in *d. l. fin.* *§. sin verò postquam*, ubi *gl. in verbo
censuerunt*; cum enim incidat in legem, non de-
bet legis beneficio gaudere, ut notat *Bart. in d.*
13 *§. sin verò num.* 3. neque enim sufficit verbalitèr
inventarium allegare, aùt indicare, quod pro-
ducere non est, *l.* 1. *§. edenda suncomnia*, *ff. de
14 edendo*, sed est realitèr producendum, atque
exhibendum, ut eius beneficio hæres perfrui
possit, ut novissimè post *Gratian. in lib.* 5. *discept.
forens. cap.* 981. *num.* 24. & *seqq.* affirmat *Consil.
Prat. in suis pract. observat. cap.* 95. comprobant-
què alij, quos sequuntur *Consiliar. Carleval. de
iudic. tit.* 3. *disput.* 9. *num.* 14. & *disput.* 13. *nu.* 4.
D. Consiliar. Petra super Ric. M. C. V. 166. *nu.* 202.
*in fin. D. Scoppa in annotat. ad Sarn. in prax. civil.
part.* 1. *§.* 48. *num.* 17. & modernis temporibus in
S. C. decisum esse, restatur *Gizz. in observ. ad de-*
15 *cis. Capyc. Latro* 97 *num.* 7. & *seq. num.* 1. quid-
quid indicare sufficiat creditoribus illud pe-
tentibus pro sciendis hæreditarijs bonis, ad
tradita per *Thesaur. in lib.* 1. *quæst. forens. q.* 10.
num. 30.
16 Quod tamèn inventarium citatis creditori-
bus, & interesse habentibus in eo, esse facien-
17 dum, certis quidem specificè, & nominatim,
incertis verò per edictum, sive proclama, ex di-
cta *l. fin. §. sin autem dubius, in verbo. Cæterorum-
que C. de Iur. delib.* firmant post alios *Capyc. in
decis.* 101. *Roland. à Valle in tract. divers. de in-*
18 *ventar. q.* 86. & 89. *Andreol. in controv. forensi*
122. *lib.* 1. *D. Altimar. de nullitat. tom.* 2. *rubr.* 12.
quæst. 16. *num.* 27. & certi dicuntur, quorum
19 creditum est hæredi notum, & certum, cum
tamen difficile sit asserere, creditorem aliquem
certum esse, ut ex *Salyc. in d. §. sin autem dubius
num.* 8. *in fine*, & ex pluribus *Rota Romana de-
cisionib.* comprobavit *Reg. de Marin. in lib.* 2. *re-*
20 *sol. cap.* 111. *num.* 4. & *seqq.* & ibi ait, quòd si
creditores essent absentes, sufficeret eos per edi-
21 ctum citare, & annuunt paritèr non pauci,
quos sequitur *D. Altimar. in citat. quæst.* 16. *num.*
24. & novitèr *D. Alderisius in tract. de hæredib.
tit.* 10. *nu.* 149. absentes verò dicuntur, qui sunt
in locis alienæ iurisdictionis, non autem illi,
22 qui licèt absint à loco iusdicentis, sub eadem
tamèn iurisdictione, & sub eiusdem Principis
potestate reperiuntur, ex traditis per *Loffred.
in cons.* 32. *num.* 8. *circa medium*, quem refert, &
sequitur *Phanuc. in d. tract. de inventar. diversor.
q.* 240. *num.* 17 *in fine*, idem probavit *Gratian.
in lib.* 5. *discept. forens. cap.* 798. *n.* 9.
Non citatis verò inventarium non afficere,
adeo verum esse in facti contingentia, observa-
vimus, ut etiam de citatione legatarij à nuncio
facta in domo citati, quam sibi partem ostèn-
23 disse dicebat, nullam esse rationem habendam,
con-

contenderemus : nam etsi citatio ad domum,
24 quæ de Iure communi erat subsidiaria, ac ita
demum permissa, quatenùs personæ copia mi-
nimè potuisset haberi, iuxta tradita in *l.1. §.1.*
ff.de liberis agnoscendis, cum concord. apùd *Vant.*
in tract.de nullitatib.in tit. de nullit. ex defectu
25 *citationis num.87.* de Iure tamen municipali
Regni Neapolis, sit principalitèr admissa: cum
26 liceat alternativè adversarium citare, vel per-
sonalitèr, vel ad domum, ex dispositione *Reg.*
Pragmatica, quæ incipit. *Quilibet agere volens,*
27 *sub tit. de ordine iudicior.* quam præalijs lau-
dant, & exponunt *Regens Rovitus super ea-*
dem Pragmatica 2. Reg. de Marinis quotid. re-
solut.tom.1.cap.340.num.2. D. Consiliar. Petra
super Rit.M.C.V.94.sub num.7. Dom. Altimar.
de nullitat.tom.2.rubr.12.quæst.12. num.81. &
prr tot. D.Sceppa in observat. ad decis. Gratian.
observat.62.num.6.in addit.ad Nicolin. in prax.
civil.pag.15.num.50.& in annotat. ad Sarn. in
prax.civil.part.1.§.1.num.26. & peritus practi-
cus *D. Gregorius Merillus in sua praxi S.R.C.*
tit.de gradu citationis, n.12. Debet nihilominus
domus esse solitæ habitationis, tàm ex verbis
eiusdem *Reg. Pragmatica*, dùm dicitur: *Ad ha-*
bitationis domum, quàm ex Iuris communis di-
spositione, de qua per *Bart.in l.4. §.Prætor ait,*
28 *ff.de damno infecto*, ubi amplius voluit, nullam
esse citationem, quàm nuncius domi fecisse
refert, non adiectis illis verbis, *solitæ habitatio-*
29 *nis*, quod verum esse, etiam si citationem do-
mi nuncius fecisse referat, modo, & forma sibi
30 commissis; dummodò formam citationis domi
solitæ habitationis, specificè non habeat in
commissis, asseruerunt *Maranta in suo spec. in*
verbo rectè concipiatur citatio, num.127. de Fran-
ch.in decis.322. & *Reg. Rovit.in Comment. ad*
31 *Pragm.2.de citationib. num.8.* cum alijs plenè
adductis per *D. Altimar. in citat. quæst.12.* &
quamvis admitti passim videamus, Alguzerio-
rum, atque servientium simplices relationes
domi, aliquem citasse testificantium abs-
32 que solitæ habitationis adiectione; hoc tamen
esse potest, quia cum Iure nostro municipali
expressè disponatur, quòd citatio domi facien-
da, fiat in domo solitæ habitationis, credendum
est hoc esse cuilibet ex nostris nuncijs apertissi-
mum, atque in dubio fuisse hanc solemnitatem
ab eis observatam; vel quia cum domi simpli-
citèr nuncius, citavisse refert, in dubio de do-
mo solitæ habitationis est citatio intelligen-
33 da: nam & domicilij appellatione, domiciliũ
habitationis regularitèr intelligimus, ut post
glos.in cap statutum, in §.cum vero in verbo. Unã
dictam, de rescript.in 6.cum alijs concordantibus
per *Tiraquell.in tract.de utroque retractu, in tit.*
34 *de retractu consanguinit.§.9.glossa 2. num.21.* &
in hoc statur nunciorum assertioni, quòd do-
35 mus ad quam fuit citatio transmissa, domus sit
propriæ habitationis citati, tanquàm in con-
cernentibus eorum officium, ut in puncto tradi-
derunt post alios *Caravita in Ritu 269. nu.21.*
Carpan.in Comment.ad Stat. Mediol. lib.1.cap.1.
num.163. Gratian.in lib.4.discept.forens.cap.697
n.13.& seq.

Cum verò nuncius in ea domo citationem
executus fuisse refert, quæ à parte sibi fuit
36 ostensa, Iam sumus in claris, non perquisivisse
eum, citati domum solitæ habitationis, unde
nullius fuisse roboris huiusmodi citationem,
37 esset conniventibus etiam, ut aiunt oculis,
affirmandum: habetur enim nuncius tanquàm
38 testis, cui, ut in pertinentibus ad eius officiũ,
testificanti, licèt unico, plenè adhibetur fides,
ut ex *text.in cap.cum parati 19. extra de appel-*
lat. ubi *gl.in verbo sunt nuncius*, & docet *Bart.*
in extravaganti incip. ad reprimendum, in vers.
per nuncium, num.10. & post alios *Farinac.in*
tract.de testib.in tit.de oppositionib. contra perso-
nas testium q.63.cap.1. num.41. quemadmodum
39 igitur testis cognoscere debet litigantem, de
quo deponit, alioquin nulla redditur eius de-
positio, ut per *glos.in l.fin. §. sin autem dubius, in*
verbo cognoscant, ubi *DD. C.de iure delib.* ita
nuncius citatum cognoscere debet, de cuius
40 citatione testificatur, aliàs nulla redditur ci-
tatio. Debet insuper testis deponere per pro-
41 prium sensum, non autem per sensum alte-
rius, ut in *cap.testes 3.q.9. Abbas in cap.tam libe-*
ris num.5. vers.& est ratio, de testib. Speculat.in
tit.de teste §.1. num.52. eodem modo oportet,
quòd ipse nuncius claram habeat cognitio-
42 nem de eo, quod testatur non per relationem
ad alium, ne in terminis nuncij applicando re-
gulam testis, docet *Alex.in cons.3.num.5.lib.3.*
est itaque nulla citatio in illa domo executa,
quæ nuncio fuit per partem indicata, pro ut
nulla fuit per Sacrum Regium Consilium
Neapolitanum declarata citatio super confe-
43 ctione inventarij in hac forma, quoad unum
ex legatarijs executa, licèt alijs legitimè noti-
ficata fuisset, decernendo, quòd opposita di-
sensione inventarij non obstante, sententia
eiusdem Sacri Consilij ad actoris beneficium
obtenta, debitæ executioni demandetur, in
causa D. Camilli Caetani, cuius patrocinium
44 fuit à nobis susceptum contra hæredes quondã
D. Francisci Caetani, ad relationem D. Consi-
liarij Scipionis Theodori, omni virtutum ge-
nere ornatissimi, postea unius ex aulis Sacri
Consilij Præfecti, apud Actuarium S. C. de Li-
cto, sub die 3. Novembris Anni 1638.

Sed hoc inventarium infra dies triginta post
apertas testamenti tabulas, sive postquam no-
verit hæres tabularum aperturam, aùt sibi de-
latam ab intestato hæreditatem numerandos,
exordium sumere debet, & infra alios sexaginta
dies completi, iuxta dispositionem *d.l. fin.§.*
cum igitur, in versic.sin autem dubius; quæ di-
45 spositio ex sequenti *§.sin verò postquam*, rece-
pit communem interpetrationem, ut hoc tem-
pus nonaginta dierum, non à die scientiæ, sed
à tempore aditæ hæreditatis currere incipiat;
nàm ex eo tempore inventarij necessitas ibi-

dem iniungitur; & ita in expresso voluit *glos.*
in d.versic.sin autem dubius,in verbo delatam.
quam ibi sequantur *Bart.* & alij communitèr,
eamque magie communem esse, constat ex tra-
ditis per *Roland.à Valle in cons.73.num.16. lib.*
2.& post alios per *Gratian. lib.3.discept.forens.*
cap.562.num.e8.& seq. & per *Capyc.Latr.d.de-*
46 *cis.1e9.num.4.& 15.& decis.137.num.e6.* sed
licèt infra triginta diea inventarium non in-
choetur, sufficit si infra reliquum tempus, alio-
rum dierùm sexaginta compleatur; neque ideò
vitiatur inventarium, cum sit modicæ solem-
47 nitatis omissio, quæ non vitiat dispositionem,
ut in *l.1.§.fin.ff.de ventre inspiciendo*, & cōmunē
48 esse testatur alijs consultò prætermissis *Didacus*
Spino in tract.diversor.de invent.q.e73. num.e8.
alijsque pee *Cancer.lib.e. variar. resolut.cap.9.*
num.1e.& lib.3.cap.e. num.eo. nec moræ licet
49 modicæ purgationem hac in re admitti, post
Cyn. veriorem esse sententiam à S.C.in iudican-
do receptam, testatur *Cons.Gizzarell.in decis.*
e2.n.24.quem sequitur *Reg.Capyc.Latr.* in pro-
ximè relata *decis.1e9.n.31.*

50 Quo tempore inventarij conficiendi perdu-
rante non potest hæres à creditoribus hæredi-
tarijs, aut legatarijs conveniri, ex *text.in d.l.*
fin.§.donec, nisi ante trimestrie temporie lapsum
51 inventarium complevisset, ut post *Cepoll.* &
alios observat *Reg.Ravit.in pragm.e3 num.18.*
de fend. & nisi in ijs versaremur, quæ dilationē
52 non recipiunt, ut post *Richard.de Malumbro,*
Cyn. & *Bald. in §.donec*, docent *Angel.in l.1. §.*
hoc stipulatio,num.16.ff.si cui plusquam per legem
Falcid. Roland.à Valle in tract. diversor. de in-
vent.q.141.num.6. & 7. Phanuc.in eod. tract.q.
241.num.7.& 8. Surd.in tract.de aliment.tit.8.
privil.11.num.3. & alij plures, quos refert *Giz-*
zarell.in decis.76.num.6. inter quæ alimento-
53 rum causam numerari, in specie post *Surd.in*
loco relato, & alios, affirmat *Giurba in decis.*
54 *Sicil.4.num.46.* vel in alijs casibus ad limita-
tionem *d.§.donèc*, adnotatis per *Gizzarell.* in
relata *decis.76.* ubi latè addentes per *Reg. San-*
felic.in decis.211.lib.2. & per *Andreol. in contr.*
forensi 198.lib.e.

55 Debet autem hæres in inventario describere
bona, quæ testator habebat tempore mortis, ut
56 in *d.§.sin autem dubius*, et si rem aliquam hære-
ditariam scientèr subtraxerit, vel celaverit, du-
plum valorie rei subtractæ in hæreditatem in-
ferre compellitur de Iure Codicis, ut in *d.l.fin.*
§.licentiam,versic.illo videlicet, quod an fuerit
57 de Iure novissimo Authenticorum immutatū?
longa fuit inter DD.altercatio, eo enim Iure
hæres qui in hæreditarijs rebus malignatus fue-
rit, inventarij beneficium amittere, atque ul-
tra vires hæreditarias ad legatorum solutionem
cogi videtur, ut in *§.sancimus*, iuncto *§.si verò*
non fuerit,auth.de heredib.& falcid. ex quo or-
tum habuerunt discordantes DD.opiniones,
de pœna hæredis scientèr omittentis rem ali-
quam in inventario describere, quas recensent
post alios *Phanuc.in relato tract. divers. de in-*
vent.q.240.num.51. & *Michael Crassus in eod.*
tract.q.e58. & novissimè *Andreol.in lib.1.contr.*
forens.cap.38. & *lib.e. cap.109.* ubi sexaginta
DD.pro una, & quadraginta tres pro alia afferε
sententia.

Opinantur aliqui novissimo *Authenticorum*
Iure, pœnam privationis, beneficio Inventarij
58 illis fuisse indictam, qui malignati fuerunt
circa hæreditatis bona, omittendo illa in in-
ventario describere: ita sentit *glossa in d.§.si ve-*
ro non fuerit, quam sequuntur *Dyn.* & *Iacob.de*
Belvisio, atque post eos *Bart.in l.rescriptum, ff.*
de his,quib.ut indignis, & in *l.Paulus ff.ad leg.*
falcid.Bald.in l.fin.§.cùm igitur,num.8.C.de Iur.
delib.Cancer.lib.3.var.resolut.cap.e.nu.51. hanc
sententiam plenè probant, atque dicunt ab ea
non esse in consulendo, vel iudicando receden-
dum, *Phanuc.* in proximè relata *q.e40. nu.53.*
& seqq. Michael Crassus in d.q.e58. per totam.
Honded.in cons.34.lib.1. Thesaur. filius lib.1.
quæst.forens.q.10.num.27. Anna in cons.96.lib.
e. & post alios *Consil.Hodierna in add.ad Surd.*
decis.2ee.num.5.& 6. ubi hoc implicitè iudica-
59 tum refert in S.C. cum res magni valoris fuit
per dolum omissa.

Quidquid tamen sit, veriorem esse censemus
contrariam *Odofredi* opinionem in *d.l.fin.§.li-*
centia, C.de iur.delib. existimantie, hæredem
60 omittentem ponere in inventario res hæredi-
tarias, inventarij beneficium non amittere, sed
solùm in duplo puniri, quem sequuntur ibi
Cyn.Salycet.Fulgos.Paul.Alex.& Iason idemque
voluisse videtur *Bart.* sibi contrarius eodem in
loco, & apertiùs hoc voluit in *cons.154. num.*
8.& 10.lib.1. ubi dixit, hanc opinionem esse
communitèr approbatam, sequuntur *Angel.*
Imola,& Paul.Castrens.in l.Paulus ff.ad leg.fal-
cid.Roman.in cons.e76.num.8.Roland.a Valle in
tract.divers.de inventar.q.240.num.2. ubi com-
munem, & receptissimam hanc opinionem ex
alijs affirmat *Peregrin.in tract.de Iure fisci lib.e.*
tit.10.num.15. qui de magis communi testatur,
quam etiam plenè probat, & magis receptam
esse, ostendit *Menoch.in cons.471.* per totum,
& signantèr *num.38.lib.5.* quem refert, & sequi-
tur post alios *Surd.in decis.Mantuana e2e.nu.*
10. & in fine, ubi refert ita indicatum in Sena-
61 tu Mantuano, eamque sententiam sectati fue-
runt ex nostrie *Minadous cons.4.num. e.& 14.*
Consil.Staiban.in lib.1.resol forens.cap 95. num.
5.& 6 licèt in additionibus videatur ab ea re-
cessisse, quam tamen in clara iuris dispositione
fundari, & uti æquiorem, & benigniorem à
pluribue amplexam ait *Reg.Capyc.Latr.d.decis.*
129.num.19.& 20. ac pro ea plures refert *An-*
dreol.in cit.cap.38.& in d.cap.109. ubi sexagin-
ta DD.adducit, quos ipse quoque sequitur, ita
62 etiam fuisse iudicatum in S.R.C.Neapolitano
ad relationem *D. Scipionis Rovits*, tunc Regij
Con-

Consiliarij, postea verò Regiam Cancellariam
Regentis creati, in causa D. Isabellæ Freccia,
refert *Thor. in compend. decis. Regni p. 2. in verbo
hæres qui omiserit.*

Eamdem, ut quemadmodum receptiorem
probavimus, veriorem in puncto Iuris ostenda-
63 mus, breviter animadvertimus, *Authenticorum*
Iure nullomodo ius *Codicis*, fuisse immutatum
in casu omissionis alicuius rei in inventario;
solùm enim fuit additum, creditores, & lega-
tarios esse monendos, ut inventarij confectioni
adsint, & hæredem, qui secundùm hanc figu-
ram, inventarium non confecerit, illius bene-
ficio privandum, ut in *§. sancimus, & in §. si verò
non fuerit, Auth. de hæredibus, & falcid.* si verò
inventarium fuerit solemnitèr confectum, sed
in eo res aliqua reperitur omissa, remanet Ius
Codicis incorrectum, quo hæres aliquam rem
omittens solùm tenetur in duplum illius rei, ut
in *d. §. licentia, versic. illo videlicèt*, aliud enim
est, quòd nullum, aùt minus solemne conficia-
tur inventarium, & quòd res aliqua fuerit oc-
cultata, & subtracta: cum in primo casu præsu-
matur, quòd plures res fuerint ab hærede sub-
tractæ. Secundo verò caso lex pro certo præsup-
ponit, rem illam solam occultatam, atque sub-
tractam fuisse, & in illius subtractionis pœnam
in duplo hæres ponitur, ut in d. *versic. illo vide-
licet*, & præter alia considerat *Menoch. in d. cons.
471. n. 20.*

Per prædicta aliàs dicebamus in causa filio-
rum, & hæredum quondam Fabritij de Pace,
cum creditoribus eiusdem paternæ hæreditatis,
controverti minimè posse, quin ipsi filij, & hæ-
redes gaudere deberent inventarij beneficio
pro anterioribus ipsorum creditis retinendis, &
ne ultra vires hæreditarias ad onerum solutio-
64 nem cogerentur: quamvis enim ex adverso sup-
poneretur, aliqua ex bonis hæreditarijs in in-
ventario non fuisse descripta; non propterea
nullum reddebatur inventarium; sed in duplo
hæres tenebatur, quando illius dolus fuisset in
facto probatus: cum alioquin dolo non proba-
to nulla incurratur pœna per hæredem, ut latè
post alios probant *Menoch in d. consil. 471. nu.
1. & seqq.* & alij, quos allegat *Reg. Capyc. Latr.
d. decis. 129. num. 11.* inter quos *Surd. in pracit.
decis. 122. num. 11. & seqq.* ubi etiam *num.* 14.
65 quòd in hærede omittente aliquid in inventa-
rio describere, dolus non præsumatur, sed po-
tius, quòd per ignorantiam fecerit, quem sequi-
tur in hoc *Rota Romana* apud *Gratian. lib. 5. di-
scept. forens. cap. 998. num.* 12. præsertim verò,
66 quælibet doli præsumptio in facto excludeba-
tur: tum quia res omissæ erant modici momen-
ti, habita consideratione ad hæreditatis opu-
lentiam, per ea, quæ in terminis tradiderunt
*Speculat. lib. 2. tit. de instrument. edit. §. dicto, de
impugnatione num. 6. Cancer. lib. 3. variar. resol.
cap. 2. num. 54. & seqq. Thesaur. in q. 10. num. 18.
versic. dolus autem lib. 1.* tum quia non sufficie-
67 bat simplex omissio ad præsumptionem doli, &
ad infligendam pœnam hæredi, nisi etiam con-
stitisset, quòd hæres rem hæreditariam descri-
bere omissam in inventario celaverit, vel surri-
puerit, ut loquitur *text. in ead. l. fin. §. licentia,
versic. illo, C. de Iure delib.* & animadvertit *Ro-
man. in cons. 276. num. 8.* & hoc tantùm loqui
omnes dicit *Surd. in d. decis. 122.* ante *num.* 11.
& 13. *in fine* sequitur *Hodierna in controv. fo-
rensi 5. num. 41.* Deniquè omnis doli suspicio
tollebatur ex nominum debitorum exactione,
quæ omissa in inventario supponebantur pa-
68 lam facta per ipsos hæredes, mediantibus pu-
blicis cautelis publicorum Instrumentorum, &
partitarum Banci, & ex actu palam gesto cessat
omnis doli præsumptio, ut in *l. non existimo 55.
ff. de administrat. tutor.* cum concordantibus per
Hondod. in cons. 35. n. 15. lib. 1.

Sed magis in specie respectu quantitatis du-
catorum quadraginta exactorum sex diebus
ante confectum inventarium à Loiusio Marot-
ta, illos non fuisse dicebatur, hæreditatis
quondam Fabritij de Pace, de qua fuit confe-
ctum inventarium, sed quondam Anelli de Pa-
ce eius patris, & à filijs Fabritij fuisse retentos in
partem ducatorum 300. eisdem super hæredi-
tate prædicti quondam Anelli avi, debitorum
vigore donationis contemplatione matrimo-
nij ab eodem habitæ; quod factum quamvis ita
se habuerit, quatenus inficiari potuisset, ad
69 huc sola credulitas erat sufficiens ad excluden-
dam doli præsumptionem: quælibet enim cau-
sa, etiam bestialis, dolum excludit, ut in *l. igitur
22. §. potest, ff. de liberali causa*, cum concordan-
tibus, & considerat in terminis post *Hondod. in
d. cons. 35. num. 4. & 5. lib. 1. Gratian. lib. 5. discept.
forens. cap. 998. num. 11.* quem sequitur *Consil.
Staiban. in lib. 2. resol. forens. cap. 168. num.* 15.
quod etsi quantitas ista posteà fuisset per eos-
dem hæredes in inventario per errorem addita;
70 nihilominùs vigore clausulæ, & protestationis
in eodem inventario adiectæ, *cum potestate ad-
dendi*, prætermissa, & apposita, quæ non esset
apponenda, detrahendi poterant illam hære-
des errore competto adimere ab inventario, ex
regula, quòd protestatio, protestantis iura con-
servat illæsa, de qua in *l. si debitor 4. §. 1. ff. quib.
mod. pign. vel hypotheca solvit.*, ut docet *Vitalis in
tract. clausular. in claus. nil novari inventarij con-
fectione pendente num. 21. fol. mihi 113. Roland.
a Valle in tract. diversor. de invent. q. 127. Monti-
cul. in eod. tract. q. 130. num. 33. Thesaur. filius
in proximè relata q. 10. num. 60.* ubi refert deci-
sum in Senatu Pedemontano.

Respectu verò nominis debitoris in hæredi-
tate remansi annuorum ducatorum trium pro
capitale ducatorum triginta, consequendorum
à Ioanne Baptista Fracta, & Elionora Pappa-
larda, omisso, quòd hæres non tenetur nomina
71 debitorum in inventario describere, præsertim
ubi in hæreditate non extant instrumenta, tan-

quàm in eo solùm describantur, quæ inveniuntur in hæreditate, & manibus tangi possunt, ut ex pluribus probat *Surd. in decis. 222. num. 8. & 9.* quem sequitur *Cancer. lib. 3. variar. resolut. cap. 2 num. 39. Consil. Hedierna in relata controv. forensi 5. num. 44.* Ulterius non constat ipsos hæredes tempore inventarij confecti de illis habuisse notitiam, & licèt postea, cum ad eorum notitiam pervenerit hoc nomen, illud statim in inventario non addiderint, sed multis post
72 mensibus; non tamen propterea inventarij beneficium amiserant, nisi solùm, quoad nomen
73 illud omissum, quia quod legitimè factum est, ex superveniensi casu non vitiatur, ut in *l. quid ergo 13. in princ. ff. de his qui infamia notant.* ita eleganter docuit *Bald. in l. fin. §. 1. num. 9. C. de*
74 *Iure delib. & in Auth. sed cum testator num. 19. C. ad leg. falcid.* quem sequuntur *Vitalis in d. clausf. nihil innovari inventarij confectione pendente, num. 33. & seq. fol. mihi 127. Roland. à Valle in tract. divers. de invent. q. 131. Surd. in eadem decis. 222. num. 220. Reg. Capyc. Latr. d. decis. 129 num. 24. Consil. Staiban. in relate cap. 95. num. 17.* quidquid contrarium voluerit, & consulvisse dicat *Guide Papa in d. tract. divers. de Invent. q. 9. num. 6.*

Minus obstare dicebatur omissionem exactionis ducatorum triginta receptorum per ipsos hæredes de Pace, chirographo quodam, sive albarano mediante à Luca Antonio Russo emptore domus hæreditariæ quondam Fabritij de Pace, ultra quantitatem, pro qua apparet facta domus venditio: siquidem fuerant prædicti duc. 30. quæsiti ex propria ipsorum hęredum industria, qui maluerant ipsum Lucam Antonium alijs emptoribus pro eodem pretio præferre; unde sequebatur, quòd illos non te-
75 nebantur ipsi de Pace, hæreditati communicare, ex notatis in *l. 3. in fine*, ubi *glossa in verbo decisione, ff. ad leg. falcid.* cum concordantibus per *Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 733. nu. 17.*
76 quod etsi locum non habere in hærede cum beneficio inventarij, qui nec in lucro, nec in
77 damno esse debet, ex *Præsid. de Franchis in dec. 61.* & alijs affirmat *Melfes. ad Consuetud. Neap. p. 2. de bonis, q. 21. num. 17. & seqq.* contrarium
78 tamen ex pluribus verius esse in proprijs terminis ostendit *Moccia in sylva casuum forens. cap. 38.* ubi inter alios adducit *Montan. in con-*
79 *trov. 60. num. 2.* latè firmantem, lucrum hęredi cum beneficio legis, & inventarij cessum à cre-
80 ditore, non dici hæreditarium, si tamen de sua, non hæreditaria pecunia creditori solverit, &
81 ita decisum refert in S.C. sola tamen credulitas hic sufficiebat, ut diximus ad excusandum hæredem ab omissione.

Tandèm non obstabat omissum fuisse in inventario describi librum rationum testatoris, quem etiam in vita defuncti dicebatur, quandoque ad ipsorum hæredum manus pervenisse: cum enim liber in inventario descriptus non reperiretur; præsumendũ non erat, quòd in eorum posse pervenisset; siquidem est inventariũ
82 probatio probata pro hærede, & contra hæredem, tot scilicèt bona in hæreditate permansisse, quot fuerunt in eo descripta, ut dicenti esse plura, incumbat onus probandi, iuxta tradita in *l. fin. §. licentia, C. de Iure delib.* alijsque relatis per *Mascard. in tract. de probat. conclus.*
83 *940. tom. 1.* nec sufficit probare, quòd alia bona testator habuisset in vita, nisi probaretur, quòd
84 tempore mortis adfuissent, eaque penes hæredem remansissent, ut ex pluribus *Rota Romana decisionib.* declarat *Gratian. in lib. 4. discept. forens. cap. 720. num. 6. & seqq. & lib. 5. cap. 998. num. 3.*
85 quem sequitur *Consil. Staiban. in cit. cap. 95. nu. 11. & seqq.* & in specie in libro rationum defuncti, quod etsi probaretur illo vivente penes futuros hæredes pervenisse, & liber, qui semel fuit apùd aliquem, præsumatur adhuc esse, nisi probetur omissio, ut in *l. si quis ex argentarijs 6. §. an vero, nec haredi, ff. de edendo,* non tamen propterea præsumatur post illius obitum ad hæredum manus pervenisse, quando legitimum confecerunt inventarium, in quo librum non descripserunt, neque inde cogi possunt ad illius exhibitionem, in terminis post *Aretin. in consil. 120. Gozadin. in cons. 94. num. 33.* aliosque voluit *Phanuc. in tract. divers. de inventar. q. 240. num. 57.*

Quibus minimè refragabantur coniecturæ ex adverso ponderatæ ad probandam huius libri existentiam penes ipsos hæredes; illis enim ex facti evidentia sublatis magis in tuto remanebunt Iura conventorum.

Primò enim ex adverso ponderabatur, quòd cum in anno 1633. ad ipsius Actoris instantiam fuisset commissum scribæ causæ, quòd accederet ad domum conventorum pro reperiendo libro rationum prædicto, fuit eidem clausa ianua per Iannarium de Pace, unum ex filijs prædicti quondam Fabritij, quod præsumi faciebat librum in eorum posse reperiri.

Sed hæc pręsumptio enervebatur, tùm quia hoc factũ, quondã Ianuarij de Pace, filij quon-
86 dam Fabritij minoris, quatenus aliquam inferre potuisset coniecturam, nocere non poterat Iacobo de Pace eius fratri natu maiori, cum quo iudicium agitabatur, tanquàm res inter alios acta, iuxtà tradita in *l. 2. & tote tit. C. res inter alios actas alijs non nocere*; tùm quia prædictus quondam Iannarius eidem Scribæ causæ pluries affirmavit, hunc librum nullatenùs in eorum posse reperiri; & quòd tunc aberat à domo Iacobus de Pace, eius frater primogenitus, qui verisimilitèr esse poterat magis instructus de bonis in hæreditate remansis: hæc omnia ex fide eiusdem Scribę causæ constabant. Quod vèrò postea cum Scriba minatus fuisset, satellites se convocaturum, pro habendo libro prædicto, ipse quondam Iannarius, satellitum nomine perterritus clauserit ianuam; potius im-

87 imbecillitati consilij, quæ eidem inerat cum
adolescentia, quam pertinaci malitiæ, &
improbitati erat tribuendum, ad notata in
l.1. ff de minorib. quam ad hoc allegat *Tira-*
quell. in tract. de pœnis leg. temperand. causa
7.num. 5.

Confirmabantur prædicta, quia post di-
ligentiam Scribæ prænarratam, fuerat ad
eiusdem actoris instantiam demandatum,
quòd capiatur informatio, de prædicti libri
existentia penes conventos, atque expeditis
postmodum literis monitorialibus à Curia
Archiepiscopali, pro habenda revelatione de
libro ipso, nullus prope extitit, qui id assere-
ret, nisi dumtaxàt Ioannes Dominicus de Be-
88 nedictis, & Maria de Pace coniuges, quorum
depositionem, nullam fidem mereri ex proximè
subijciendis patebit; unde sequebatur, actore
non probante esse reum ab impetitie absolven-
dum, ut in *l.negantes 9. C.de actionib. & obli-*
gationibus.

Secundò principalitèr opponebatur, coniu-
gum prædictorum depositiu asserentium tem-
pore obitus prædicti Fabritij, Codicem hunc
rationum penes eius filios conuentus reman-
sisse, de quorum tamen depositione nulla erat
habenda ratio; tum quia prætendebant esse cre-
ditores hæreditatis Fabritij in ducatis octingé-
tum ex causa dotium eisdem promissorum à
quondam Margarita Guarina Fabritij uxore,
pro quibus graduati fuerant inter alios credi-
89 tores prædicti Fabritij, & proinde tanquàm ad
proprium commodum deponentes, nedum
plenam, aut semiplenam probationem induce-
re non poterant, iuxta notata in *l.nullus 20.ff.*
de testib. & in l.omnibus 10.C.eodem tit. cum ali-
js plenè congestis per *Mascard. in tract. de probat.*
conclus. 1363. tomo 2. Verùm neque præsumptio-
nem aliquam, aut probabilem coniecturam,
cum à Iure prorsus, & omninò repellantur ra-
tione proprij commodi, & interesse, ut notabi-
litèr tradiderunt alijs omissis *Roland. à Valle*
cons. 98. num. 39 lib. 4. Surd. cons. 132. nu. 75. lib.
1. Farinac. de testib. q. 62. limit. 14. num. 340. &
342. & q. 60. in princ. n. 14.

Insuper cum lis adfuerit inter prædictos cô-
iuges, & ipsos de Pace conventus super solutio-
ne dotium prædictarum, quæ per conventos,
tanquàm inofficiosæ solvi recusabantur ex ta-
90 li lite, cum de notabili quantitate ducatorum
octingentum unà cum eorum interesse discep-
tabatur, orta fuit præsumptio inimicitiæ capi-
talis inter eos, iuxta ea, quæ post *Bartol. in l. 3.*
nu. 2. versic. item intellige, ff. de testib. notat *Ma-*
scard. in relato tract. de probat. conclus. 899. nu. 9.
p. 1. & post alios *Farinac. in pract. criminali par.*
2. tomo 2. in tit. de indic. & tortura q. 49. num. 3.
Nicelln. in prax. crimin. num. 183. pag. 70. in no-
viss. impression. consequentèr eorum depositio
91 tanquàm inimicorum, nullam faciebat fidem,
ut in *l. 3. ff. de testib.* cum alijs concordantibus
92 per *Gomes. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 14.*
ubi etiam, quòd sufficit si inimicitiæ causa
subsit, quamvis de inimicitia non appareat ad
repellendum testem, & pleniùs more suo pro-
sequitur *Farinac. de testib. q. 53. num. 21.* ubi *nu.*
93 30. hoc procedere affirmat etiam in teste non
94 inimico, sed odioso, seù non benevolo, & *nu.*
22. ampliat, ut nedùm inimicorum testimoni-
95 um plenè, aut semiplenè, non probet; sed ne-
que indicium faciat, aùt præsumptionem ali-
quam, post *Bald. Roland. Gramatic.* aliosque
plures, quos allegat.

Præterea prædicti coniuges non vera, & in-
verisimilia deponebant; etenim Ioannes Do-
minicus de Benedictis deposuit tempore mor-
tis quondam Fabritij de Pace prætensum li-
brum, sive Codicem rationum penes Iacobum,
& Ianuarium de Pace, eius filios permansisse,
cum tamen ex testibus ab eadem parte produ-
ctis verificaretur, Fabritium decessisse in Terra
Lauri, in qua non aderat eo tempore Iacobus
de Pace, sed tantùm Ianuarius de Pace eius fra-
ter; Maria de Pace uxor Ioannis Dominici de-
ponebat, post Fabritij obitum fuisse ad ipsius
Mariæ domum, allatum pretensum librum per
Ianuarium de Pace, cui posteà restitutus fuit,
elapsis duobus annis à die allationis ad eius
domum; erat autem inverisimile fuisse librum
ab ea simplicitèr restitutum, & quòd per bien-
nium illum non percunctaverit insimùl cum
Ioanne Dominico eius viro pro investigando
aliquo ex nominibus debitorum forsan in eo
contento, super quo satisfieri potuissent de eo-
rum prætenso credito; quod autem verisimile
96 non est, falsitatis imago dicitur, ut per *Bald. in*
l. 1. C. de servis fugitivis, aliosque per *Menoch.*
de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 85. num. 1.

Augebatur falsitatis suspicio, quia Maria
de Pace erat soror utrinque coniuncta ipsorum
de Pace, contra quos deposuit insimùl cum
97 Ioanne Dominico eius viro; cum tamen cogi
non poterat ad deponendum contra consan-
guineum in causa criminali, vel civili ardua,
quæ criminali compararur, ex *text. in l. 4. ff. de*
testib. & ex communi DD. opinione tradidit
Gomes. lib. 3. var. resol. cap. 13. nu. 24. ubi subdit,
quòd si de factu consanguineus à Iudice com-
98 pellatur ad deponendum contra consangui-
neû, eius depositio nulla redditur, iuxta tradita
per DD. communitèr in *l. parentes*, *C. de testib.*
quod privilegium ad consanguineos usque ad
quartum gradum exclusivè porrigi, affirmat,
post alios *Farinac. in tract. de testib. q. 54. reg. 1.*
99 *num. 23.* ita neque tenebantur propalare ob ti-
morem excômunicationis publicatæ, quæ eam
nullatenus comprehendebat, ut per *Clavas. in*
summa Angelica in verbo. Denunciatio, circa fi-
nem, & ex mente *Panormitani* deducit *Novi-*
zan. in sylva nupt. lib. 3. in verbo monitoria, num.
47. Genuens. in praxi Archiepiscop. Curia Neap.
cap. 2. num. 3. ex quo ultra notatos defectus, non
mo-

modicam habebat eius depositio falsi suspicio-
nem,& quòd gratis ea contra fratrem testimo-
nium dixerit, odij particularis causa.

Sequebatur autem ex prænarratis, quòd etsi
testis, licèt inhabilis, aliquam faciat præsum-
100 ptionem, & coniecturam, iuxta notata per
*glossam in cap.1.in verbo ad testimonium, de te-
stibus in* 6. Hoc tamen locum habere non po-
101 test, quando in totum à testimonio repelli-
tur, quia plures, non unum patitur defectum, ut
in hoc casu, vel quia ad proprium commodum
deponit, ut ex magis communi DD. sententia
tradiderunt *Bursat.in cons.330.num.172.lib.3.*
alijsque innumeris ad morem relatis *Farinac.
de testib.q.62.limitat.11.num. 287. & in subli-
mit.23.n.381.*

Tertiò principalitèr magnam vim consti-
tuebat adversarius in quadam prætensa revela-
tione tradita per Illustrem Marchionem Mon-
tisfortis, Notario Marco Aurelio Marottæ pro
illa in Archiepiscopali Curia Neapolis exhi-
benda ad evitandam comminationem littera-
rum monitorialium expeditarum, asserebat
Marchio (si tamen Marchionis esse prætensam
revelationem asseverandum fuisset, quod nullo
modo constabat) *che il figlio del quondam Fa-
britio de Pace, di statura picciola, e di mal colore
andò à dimandarli la poliza delli ducati settanta,
che doveva à d.quondam Fabritio, e li portò un
libro, dove stavano notate, credo le robe di detto
Fabritio dava à diversi, & è un libro, credo di
detto Fabritio, per quello, che mi si ricorda*, hæc
sunt formalia verba prætensæ revelationis.

At verò est in primis animadvertendum, in
eadem revelatione antea loquutum fuisse
Marchionem de Iacobo de Pace filio quondam
Fabritij, à quo affirmabat, fuisse petitum eius
creditum; cum verò postea librum allatum sibi
fuisse affirmet à filio quondam Fabritij *di statu-
ra picciola, e di mal colore*, diversitatem arguit
personæ, atque non modica oriebatur suspitio
à supposita persona ostensum fuisse Marchioni
prætensum Codicem rationum; si quidem si
per nomen,& cognomen Iacobum de Pace ex-
102 primere Marchio potuisset; utique cum per
signa non demonstravisset, cum nominis,& co-
gnominis demonstratio, longe meliùs, quam
signa, personæ identitatem probent, ad ea, quæ
per *text.in l.demonstratio falsa 17. ff. de condit.
& demonstrat.* tradidit *Mascard.de probat.con-
clus.875.n.1.lib.1.*

Vlterius Illustris Marchio de credulitate
deponebat, cum dixerat: *un libro scritto à mano,
dove stavano notate credo le robe di detto Fabri-
tio dava à diversi, & è un libro credo di detto
Fabritio, per quello, che mi si ricorda*, unde tan-
103 quàm de credulitate nullam inducebat pro-
bationem, iuxta notata per *gloss.in l.testium in
verbo prasto, C.de testib. cum concord.* per *Fari-
nac.de testib.q.68.num.2.* non enim de veritate
104 facti deponebat per sensum corporeum, ut
requirebatur, quòd scilicèt liber ostensus sibi
fuerit propria manu Fabritij conscriptus, ex
quo illum scribere viderat, vel quia manum
eius, & charatterem satis notum haberet, ad
notata in *l.solam 4. C.de testib.* & post *Bartol.*
refert *Iason in Rubr.ff.de Iur.iur.num.2.ad finem
versic.secundo contra illam limitationem*; potuit
105 autem esse prætensus liber non compagina-
tus, nec debita habens requisita, quo vulgò
nuncupari solet *squarcia foglio*, ut per *Gratian.
in decis.Marchiensi 137. num.3.* & per *Nicol.
Gennam in tract.de scrips.privata lib.5.q.9.super
notabilib.in materia libror.rationis, num.15.*

Hæc autem prætensa revelatio, neque recep-
ta fuerat in Curia Archiepiscopali, unde sim-
106 plex chartula reddebatur, cui non erat cre-
dendum, cum testibus, & non testimonijs sit
adhibenda fides, ut in *l.testium 3.§.idem Divus,
107 ff.de testib.* neque vis constituenda erat in
prætenso sigillo, illud enim tanquàm priva-
108 tum, idem operatur, quòd privata scriptura,
quidquid aliud in sigillo authentico, sive pu-
blico alicuius Magistratus in pertinentibus ad
officium dici possit, ut post *Bart. & alios in l.si
procuratorem, ff.de procurat.* tradiderunt (reli-
quis consultò omissis) *Iason in repetit. l.admo-
nendi, ff.de Iur.iur.num.91. Nicol.Genna in pro-
ximè relato tract.de scriptura privata lib.1.q.4.
num.245.& seq. Menoch.de arbitrar.Iudic.lib.
2.cent.2.casu 113.n.9.*

Tum etiam nulla erat ei fides adhibenda,
tanquàm productæ post conclusum in causa,
& non comprehensæ in reservatione producen-
di scripturas, quæ fieri solet apud nos in actu
109 conclusionis; intelligitur enim reservatio de
scripturis publicis, vel privatis, quæ de per se
faciunt aliquam fidem, ut notat *Afflict.* & ad-
dentes ad eum *in decis.277. n.2.*

Quod etsi præsentata reperiretur in Curia
Archiepiscopali per legitimam personam pro
110 Marchione prætensa revelatio, adhuc nullam
poterat fidem facere absque eius repetitione in
S.C. facta cum iuramento, in quo substantia
111 consistit, depositionis testium,& parte citata,
ut requirebatur, ex *l.Iuris iurandi 9.& l.si quan-
do 18.C.de testib.* quod in puncto docuit *Rovit.
112 in cons.13.num.29.lib.2.* ubi *num.30.* testes su-
per monitorijs revelantes, nedùm esse cum iu-
ramento parte citata, repetendos affirmat, sed
113 per extensum deponere debere, non relativè
ad revelationem, idque pluribus in causis fuisse
in S. C. iudicatum testatur in *Comment. super
pragm.9.de ordine iudic.num.23.* & confirmat
ex pluribus *Androol.in controv. forensi 270.p.4.*

Et quatenùs fuisset hæc depositio cum iura-
mento recepta, neque aliquam inducebat pro-
bationem ex vulgari dicto, quòd vox unius, vox
nullius, & unius testis responsio nullatenus est
114 audienda, quamvis præclaræ Curiæ honore
præfulgeat: sunt verba *text.in d.l.Iuris iurandi,
C.de testib.* cum alijs plenè relatis per *Farinac.*

in

in relato tract. de teſtib. q.63. cap. 1.

Denique non omittebamus, quòd agebatur de probando prætenſo delicto, atque dolo per conventos commiſſo, in ſubtractione prætenſa rerum hæreditariarum; agebatur de maximo conventorum præiudicio, de cogendo ſcilicèt eos, etiam ultra vires hæreditarias ad onerum hæreditariorum ſolutionem, aſcendentium ad
115 ducatos decem mille in circa, quæ cauſa magna civilis æquiparatur criminali, ut in *l. propter litem* 24. cum ibi notatis, *ff. de excuſat. Tut.* cauſa enim bonorum, & cauſa vitæ æquiparantur, ut in *cap. 1. de reſtitut. ſpoliator. in 6.* unde quemadmodùm in cauſa criminali probatio-
116 nes requiruntur luce meridiana clariores, neque ſufficiunt coniecturæ, per *text. in l. fin. C. de probat.* ita in cauſa civili ardua, in qua neque duæ ſemiplenæ probationes coniunguntur ad conſtituendam plenam probationem, ut poſt *Alex. Ripam*, aliiſque firmavit *Menoch. in tract. de præſumpt. lib. 1. q. 41. num. 11.* tanto minus ad condemnationem ſufficere poterant, tam leves coniecturæ ex adverſo ponderatæ; præſertim, non conſtito de alicuius, nequidem minimæ quantitatis exactione vigore prætenſi libri.

Sacrum Conſilium de anno 1637. decrevit, quòd conventi exhibeant librum rationum de-
117 functi ad finem providendi, referente *Dom. Conſiliario Franciſco Antonio Muſceptula*, cum tamen minimè fuiſſet legitimè probatum ad eorum manus illum perveniſſe, unde fuit ab hoc decreto reclamatum, & facto verbo in Aula Domini Conſiliarij Ioannis Franciſci Sanfelicij (viri quidem probatiſſimi, cuius nobilitas, atque virtutes ad ſummum Regentis Collateralis Conſilij gradum eum promoverunt) tres Domini votantes diffurmia inter eos vota protulerunt; propterea fuit proviſum à Spectabili Præſide S. Conſ. quòd cauſa decidatur iunctis Aulis, & pendet proviſio facienda; in Banca Actuarij Figliola.

118 Aliud ſentit hæres ex inventario beneficium, quòd poteſt creditoribus hæreditarijs, aut legatarijs primo venientibus, etiam poſte-
119 rioribus ſolvere, neque ex hoc aliquam ab alijs creditoribus moleſtiam habere poteſt, iuxta diſpoſitionem *l. fin. §. etſi præfatam, C. de iure*
120 *delib.* niſi ſciens vires hæreditatis pro omnibus non ſufficere, ſolvat, & quaſi dolo deſinat poſſidere: tunc enim non liberatur propter malam fidem ſolutionis, ex *l. dolo 41. ff. ad leg. falcid.* ut ex *gloſſa*, quam communitèr DD. ſequuntur in *d. §. & ſi præfatum, in verbo ſatisfaciant*, poſt *Bartol. Paul. de Caſtro*, & alios tradiderunt *Minad. in deciſ. 9. Roland. à Valle in tract. diverſ. de inventar. q. 153. num. 2. Michael Cruſius in eod. tract. q. 266. num. 4. Theſaur. in lib. 2. quaſt. fo-*
121 *renſ. q. 16. num. 17.* maximè ſi abſque cautione ſolverit, & creditor ſatisfactus non ſolvendo ſit, quo caſu hæres tenetur, ut poſt *Caroc. & Roland.* affirmat *Coſta in tract. de remed. ſubſidiar. remed. 39. num. 12.* alijque apùd *Gratian. in lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 532. num. 6. & ſeqq.* ac
122 demum *Salgad. in labyrintho credit. p. 3. cap. 8. num. 27.* quamvis contrarium poſt alios veriùs eſſe dicat *Andreol. in controverſ. forenſ. 362. lib. 5.*

Cum verò hæres primo venienti rectè ſolvit, creditoribus alijs, condictio indebiti pro re-
123 petitione ſoluti, competit contra legatarios, ex ead. *l. fin. §. ſin verò creditores, C. de iure delib.* & contra poſteriores creditores condictio ex eadem *l. fin. §. ſin verò hæredes*, ut in utroque caſu declarat *Roland. à Valle in tract. diverſor. de invent. q. 162. & 163.* ubi *in ſeqq. quæſtionib. 165.*
124 166. & 167. agit de actione uni ex pluribus creditoribus, vel collegatarijs cõpetente, cõtra alios ab hærede ſatisfactos, de quo etiam *in eodem tract. Monticul. q. 234. num. 89. & 117. cum ſeqq. Phanuc. q. 242. n. 145.*

Indemnis etiam hæres ſervatur ex inventarij beneficio, ut poſſit hæreditaria bona in ſolu-
125 tum dare creditoribus hæreditarijs, ex eodem *§. etſi præfatam*, non obſtante renunciatio-
126 ne facta per defunctum beneficio *auth. hoc ni-*
127 *ſi, C. de ſolutionib.* cum hæreditas non eſt opulenta, ſed nimis ære alieno gravata, ex traditis per *Conſiliar. Paſchal. in tract. de virib. patriæ poteſt. p. 1. cap. 9. num. 80. & per Conſil. Gizzarell. in deciſ. 7. num. 27. & 55.* qui mordicus hanc ſententiam defendit, ac tuentur paritèr *Conſiliar. Hodierna, Conſiliar. Petra*, alijque plures, quos novitèr ſectatus eſt *D. Scoppa in obſervat. ad deciſ. Gratian. obſervat. 141. ex n. 42.* licèt ſecus eſ-
128 ſet, ſi amplum patrimonium in hæreditate remanſiſſet, iuxta adnotata per *Præſid. de Franchis in deciſ. 83.* ut eius opinionem conciliant *Reg. Sanfelic. in deciſ. 211. num. 3. lib. 1. & Conſil.*
129 *Prat. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 14.* præſertim quia hoc beneficium miſerationis gratia conceſſum, in generali renunciatione, omni legum auxilio nõ cõprehenditur, ut poſt *Cynum, & alios* refert *Novar. in tract. de dat. in ſolut.* in terminis einſdem *auth. hoc niſi, p. 1. q. 14.* & cum illi fuit
130 expreſsè renunciatum, reſtringitur renunciatio, ut neque ſervanda ſit ex inſolito, & inopinato caſu eveniente, cuius cauſa ſolutio in pecunia, impoſſibilis redderetur, ex eodem *de Franchis in deciſ. 81. in fine, Paſchali in relato cap. 9. num. 84. & ſeq. & Novar. in d. p. 1. q. 13. ac Conſ. Hodierna in add. ad Sur. deciſ. 30. & 318.* cum alijs adductis per *Reg. Capycium Latro in deciſ. 192. num. 19. & 20. lib. 2.*

RERVM SVMMA.

1 *Hæres adeundo, quaſi contrahit cum hæreditarijs creditoribus.*
Quibus etiam de proprio, & ultra vires hæreditarias ſolvere cogitur, n. 2.
Niſi ſolemne conficiat inventarium, n. 3.
4 *Hæredis actiones contra defunctum, confunduntur,*

tur ex aditione sint beneficio inventarij.

Pro parte pro qua hæres est, non pro reliquo, num.5.

6 *Hæredis bona validè obligantur à defuncto, si hæres sit sine inventarij beneficio.*

Dummodò illius bona expressè, non autem tacitè, sive generaliter obligaverit, n.7.

Nempè si se ipsum obligaverit, eiusque hæredes, & successores, & bona omnia, n.8.

Quod non importat obligationem bonorum hæredis, ut ibi.

9 *Hæres legitimus privatur ob non confectum inventarium secundùm aliquos.*

Vel ex ea tenetur legata, & fideicommissa particularia supplere, cùm bona hæreditaria non sufficiant, n.10.

Sed contra, quòd eam non amittat, sed imò deducat contra legatarios, & fideicommissarios particulares, communis est DD. sententia, num.11.

Quæ verior, n.12.

Et pro ea fuit in Senatu Pedemontano, & in S. C. Neapolit. iudicatum, n.13.

14 *Legitima de singulis rebus hæreditarijs debetur ipso Iure.*

Nisi ad communionem evitandum Iudici videretur eam in una re assignare, n.15.

16 *Legitima non minuitur per debiti confessionem.*

Prout neque per legata etiam pia, vel in remunerationem servitiorum facta, n.17.

18 *Legima purè debetur conditione, aut onere à patre impositis ipso Iure reiectis.*

19 *Fideicommissi onus in legitima imponi non potest.*

Et impositum ipso iure reijcitur, n.20.

Quamvis filius hæreditatem patris adiverit, & in eius bonis se immiscuerit, n.21.

Ac licèt paternum approbaverit testamentum, non autem specificè quòad legitimam, num. 22.

Nec in omnibus, & per omnia, aut similibus verbis, vel cum iuramento, n.23.

24 *Legitima non censetur ex generali renunciatione remissa, nisi specialitèr fuerit illi renunciatum.*

25 *Fideicommissi onus in legitima impositum, non operatur compensationem, aut restitutionem fructuum ex bonis ultra legitimam perceptorum.*

26 *Legitima Ius, reiecto onere fideicommissi capienda, transmittitur in hæredes filij, qui vivens tacuit, neque contradixit.*

Tametsi contrarium alij voluerint, personale scilicet esse ius, neque transmissibile, n.27.

28 *Hæres etiam ex asse, vel ex parte inventarium facere tenetur.*

Nisi fuerit à cohærede confectum, n.64.

29 *Hæredes omnes facere debent inventarium.*

Vel unus nomine omnium, illis tamen consentientibus, vel mandantibus, n.30.

31 *Hæres unus si faciat inventarium, cohæredi non prodest contra creditores, & legatarios.*

Sed contra, n.34. & 63.

32 *Inventarij confectio est personalissima.*

Contra, n.61.

33 *Inventarium est res dividua, ut possit hæres pro parte adire cum beneficio inventarij, aliud verò non.*

35 *Inventarium ab uno confectum, alijs prodest, qui illud facere omiserunt.*

36 *Inventarium ab uxore factum de bonis viri, relevat illius hæredes à confectione inventarij.*

Et à viro de bonis uxoris confectum, relevat illius filios, & hæredes, n.37.

38 *Inventarium ab altero confectum, qui conficere non tenebatur, iuvat hæredem.*

Saltèm ad probandum non esse alia bona in hæreditate, quam in eo descripta, nu.39.

40 *Inventarium fuit à Iure inventum, ne res hæreditariæ occultentur.*

Unde non requiritur, ubi cessat occultandi præsumptio, n.41.

42 *Hæres à pœnis omissi inventarij excusatur, si sit facta descriptio bonorum, licet absque solemnibus.*

Maximè si descriptio facta fuit ordine Iudicis, num.43.

Et creditores confitentur non adesse alia bona præter descripta in inventario, n.44.

45 *Hæres ad pœnam inventarij non confecti non tenetur, cessante fraude.*

Dolus enim tantùm est, qui privat hæredem inventarij beneficio, nu.46.

Unde dolus, & fraus debent à creditore hæreditario plenè probari, n.47.

Et inventarij nullitas allegari non potest, cessante dolo, n 48.

49 *Hæres decocti, vel eius, qui cessit bonis, non tenetur ultra vires hæreditarias, etsi non confecerit inventarium.*

Nec hæres illius, qui omnia bona donavit, aliqua ad testandum quantitate reservata, n.50.

51 *Hæres non tenetur facere inventarium, in quo maior esset impensa, quàm utilitas bonorum.*

52 *Inventarij confectio potest hæredi à testatore remitti in legatariorum præiudicium.*

Non autem in præiudicium creditorum, n.53.

54 *Hæres sine beneficio inventarij legatarijs de proprio non tenetur, cum testator legata de bonis suis solvi mandavit.*

55 *Hæres sine inventario, potest non compelli ultra vires hæreditarias, à Supremis Magistratibus, & Iudicibus.*

Qui Regiam potestatem habent, & sola facti veritate inspecta iudicant, ut Sacrum Consilium ibidem.

56 *Hæres ubi non conficit inventarium, lex præsumit eum res hæreditarias subtraxisse, & occultavisse.*

Ac fingit hæreditatem esse locupletem, n.57.

Si

Si verò constet de contrario, legis præsumptio cessat, n. 58.

Nec tenetur hæres ultra vires hæreditarias, ut ibi.

59 *Advocatus tuta conscientia non potest creditorem defendere, qui vult hæredem debitoris ultra vires hæreditarias teneri, ob non confectum inventarium.*

Quando constat enim hæreditaria bona subtraxisse, n. 60.

61 *Lex Civilis super aliqua præsumptione fundata, non attenditur in foro conscientiæ, cum veritas præsumptioni repugnat.*

65 *Hæres sine inventario non tenetur ultra vires hæreditarias, si constet non remansisse bona sufficientia in hæreditate.*

66 *Inventarium, in quo plures, quorum interest, citati fuerunt, prodest etiam, quoad non citatos.*

Cum ex eo constet de bonis in hæreditate remansis, n. 67.

Neque tunc lex Inventarij dicatur omninò contempta, n. 68.

Sed contra, n. 70.

69 *Pœna magna non est pro levi culpa infligenda.*

71 *Inventarium, non citato non præiudicat.*

72 *Ecclesia hæres, inventarium non conficiens, ultra vires hæreditarias, non tenetur.*

Intellige pro legatis, non autem respectu creditorum hæreditatis, quibus insolidum tenetur, ut n. 75.

Nisi restitutionem in integrum obtineat ad illud conficiendum, n. 76.

73 *Ecclesia non potest insolidum contra hæredem agere, non conficientem inventarium.*

Declaratur, ut procedat in Ecclesia legataria, non autem creditrice ex causa onerosa, ut nu. 74. & 96.

77 *Hæres adeundo tàm quasi contrahit cum legatarijs, quàm cum creditoribus hæreditatis.*

Et utrisque non tenetur ultra vires hæreditarias in foro poli, n. 78.

79 *Hæres inventarium non conficiens crediteribus hæreditarijs ultra vires tenetur hæreditarias etiam in foro poli.*

80 *Inventarij lex de æquitate Canonica servatur.*

Et à Canonico Iure fuit approbata, quod loquitur de inventario, n. 81.

Hæres inventarium non conficiens, falcidiam amittit.

De Iure tàm Canonico, quàm Civili, ut n. 83.

Et ultra vires hæreditarias, non in pœnam, sed ex beneficij defectu tenetur, n. 84.

85 *Ius Civile in foro Ecclesiastico servatur, ubi non adest Canonici Iuris diversitas.*

Ampliatur, quamvis pœnale sit, n. 86.

Præsertim si potest se habere ad commodum, & incommodum, ut n. 88.

Secundò ut procedat etiam contra Clericos, & Ecclesias, n. 87.

89 *Hæres ante inventarij beneficium creditoribus hæreditarijs insolidum tenebatur.*

Non tamen in pœnam, vel ex fraudis præsumptione, ut n. 90.

Sed ex tacito quasi contractu per aditionem resultante, n. 91.

Legatarijs verò iuxta hæreditatis vires tenebatur, secundùm quas, quasi contrahere censebatur, n. 92.

Novissimo autem Iure legatarijs insolidum tenetur, n. 93.

Idque in pœnam, & ex præsumpta bonorum subtractione, n. 94.

Quæ cessant in foro animæ, & in Ecclesia, eiusque Ministris, n. 95.

97 *Ecclesia pœnam non accipit, quæ tendat ad lucrum, sed suum recuperat.*

98 Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani *refertur, & n. 159.*

99 *Hæres inventario non confecto, pro pijs legatis in solidum tenetur, de novissimo Iure Pontificio.*

Vel omissa in inventarij confectione creditorum, & legatariorum citatione, n. 100.

Nec enim citationis defectus, ex loci consuetudine excusatur, n. 101.

102 *Inventarium absque solemnitatibus à Iure requisitis confectum est nullum.*

Nec imperitia, vel simplicitas excusat, n. 105.

Sed nemini parcitur, nec militi, rustico, minori, mulieri, qui debent consulere peritiores, n. 106.

103 *Cadens à syllaba, cadit à toto.*

104 *Solemnitates in inventarij confectione introducta fuerunt pro forma, & ad rigorem Iuris conservandum.*

107 *Mulieres non restituuntur adversus omissam inventarij confectionem, vel solemnitates in eo non observatas.*

Nisi ob virginalis pudoris causam, vel alterius legitimi impedimenti, peritiores consulere, non potuerint, n. 108.

109 *Inventarium infra tres menses cõfici debet pro bonis in Regno existentibus.*

Pro alijs verò extra Regnum, & in longinquis partibus positis, infra annum, n. 110.

111 *Testatoris assertio de bonis in eius hæreditate relictis plenè probat contra hæredem.*

112 *Hæredi non licet allegare turpitudinem defuncti, sicut nec propriam.*

Nisi ex capite erroris, quem probare debet, num. 113.

Sed hoc intelligitur in hærede sine beneficio inventarij, n. 114.

115 *Hæres, bona omnia in hæreditate reperta describere tenetur in inventario.*

Etiam deposita, commodata, vel aliena, ut ibi.

116 *Hæres debet rerum æstimationem in inventario describere.*

Vt malignandi via auferatur, & ne aliquid ex hæreditate surripi valeat, n. 117.

Quod tamen in Cathalonia, & ferè ubique de consuetudine non servatur, n. 119.

Nisi res aliter designari non possit, n. 120.

Vt quia esset lapillus pretiosus, vel quid simile,

L cu-

cuius valorem facilè esset occultare, n.121.
Alioquin sufficit distinctè, & clarè bona describere, cum eorum qualitatibus, an scilicet noua sint, aut vetera, & unius, vel alterius qualitatis, n.122.
Et cuius ponderis, numeri, & mensura, cum in his consistunt, n.123.
Qua omnia describenda sunt, non obstante consuetudine, vel statuto in contrarium, n.124.
Tanquam fraudis occasionem inducentibus, ut ibi.
Sed de his omnibus remissivè, n.125.
118 Text.in l.si quis totra 7.C.de bonis proscriptorum, *in fisco loquens ad omnes inventarium conficientes, ex rationis vi extenditur.*
126 *Annus à Graca prapositione* Ao, *denominatus qua circum significat.*
Nam in circulo voluitur per dies tercentum sexaginta quinque, ut n.127.
128 *Annus varie apud gentes constitutus.*
Et aliter olim, quàm hodie computatur, n.129.
Apud nos hodie à Natiuitate, vel ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi sumit initium, num.130.
Sed in Regno Neapolis, cum diversimodè etiam à prima die Ianuarij, vel Septembris olim computaretur, ut n.131.
Constitutum fuit, ut deinceps à prima die Ianuarij inchoaretur, n.132.
133 *Indictio ab indicendo, seu iubendo dicta.*
Est quidam annorum numerus ex tribus lustris annos quindecim continentibus compositus, num.134.
135 *Tributi solutio, Imperio Romano facienda à Casare Augusto indicta triennio ante Domini adventum.*
In tria tempora trium Lustrorum divisa, num, 136.
Vt primò ferrum pro armis. Secundò argentum pro militibus. Tertiò aurum pro arario tribueretur, n.137.
138 *Indictionis nomen pro temporis significatione remansit.*
139 *Indictio à Kalendis septembris incipit in Regno Neapolis, ubi laudatur* Regius Consiliarius D.Carolus Petra.
140 *Indictionis omissio, non vitiat instrumentum.*
141 *Indictio tertia currebat in tempore Dominica Nativitatis.*
142 *Ecclesia Rector in quasitis praiudicare non potest, secus in quarendis.*
143 *Inventarium haredis, maiores solemnitates, quàm illud tutoris requirit.*
Differunt enim unum ab alio in forma, causa, & finali effectu, n.144.
Nec citatio creditorum, & interesse habentium in inventario tutoris est facienda, sicut in illo haredis, n.145.
146 *Hares fideicommisso gravatus restituere hereditatem Inventarij legi non subest.*
Quoad hareditatis restitutionem, & Quarta Trebellianica deductionem, ut n.147.
Sed illi subijcitur, quoad creditores, & legatarios, n.148.
Nam in solidum; & ultra vires hareditarias, utrisque tenetur, si illegitimum non confecerit inventarium, n.149.
150 *Fructus ab harede percepti augent hareditatem.*
Et pro eis potest ab hareditarijs creditoribus conveniri, n.151.
Licèt alij contrarium affirmaverint, n.154.
Atque pro interesse ipsorum, n.153.
Quidquid sit respectu legatariorum, n.152.
Et quidquid alij distinguant inter fructus, antequam urgeant creditores, vel postea perceptos, num.155.
Vt pro istis, non pro illis, hares creditoribus teneatur, n.156.
Qua distinctio reijcitur, n.157.
158 D.Ioannes Baptista Iovious Regius Consiliarius *commendatur.*

CAPVT XXVII.

De Hærede sine inventarij beneficio ad hæreditariorum onerum solutionem, etiam de proprio, & ultra vires hæreditarias cogendo, ad *text.in l.si te bonis 10. & l.fin. §.& si prafatam, C. de Iure deliberandi.*

1 Hæreditatis aditione, quasi contractum induci, cum hæreditarijs creditoribus,
2 quo illis hæres, etiam de proprio, quantitate debitas solvere cogatur, &
3 ultra quam hæreditatis vires suppetant, nisi ab hoc onere per solemnis inventarij beneficium relevetur, ex *l.si te bonis* 10. *& l.fin. §.et si prafatam, C.de Iure delib.* nos aliàs deduximus in *praced.cap.26.* ubi de alio aditionis effectu memi-
4 nimus, quod ex ea sine inventario beneficio, confusæ remanent actiones hæredi competen-
5 tes contra defunctum, eiusque bona ex *eod.§.et si prafatam*; cuius tamen dispositionem intelligendam esse, ut pro ea tantùm parte, pro qua hæres est, fiat actionum confusio, non autem pro reliquo, cuius petitio sibi contra cohæredem non denegatur, post *Paul.Castrens.in cons.* 120.*lib.*2. & alios declarat *Phanuc. in tract.divers.de inventar.q.*244.*n.*2.
6 Alter est aditionis effectus absque inventario, quòd hæredis bona validè censeantur
7 à defuncto obligata, si tamen illa obligaverit expressè, non autem tacitè, sive generalitèr se ipsum

8 ipsum obligando, eiusque hæredes, & successo-
res, ac bona omnia, quod noo importat obli-
gatiooem bonorum hæredis, ot post *Afflict.in*
*decis.*200. *& seq.Præsid.de Franch.in decis.*321.
& alios probaverunt *Barbat.in tract.super prag-*
mat.de assist.glossa 5.*num.*72.*& seqq. Reg.Capyc.*
*Latr.decis.*24.*n.*6.*& seqq.lib.*2.

9 Præterea, legitima iure naturæ debita, filium
patris hæredem privari, ob non confectum in-
10 ventarium, aut saltèm ex ea teneri, legata sup-
plere, & fideicommissa particularia, cum pro
eis hæreditaria bona non sufficiunt, quam plo-
tes volueruot à *Phanucio* relati *in præcitata*
*q.*244.*num.*12.*cum seq.*quos idem *Capyc Latr.*
sequitur *in consult.*121.*num.*39.*& seq.lib.*2. sed
11 quòd legitimam filius non amittat, ex eo, quòd
paternam hæreditatem adiverit sine ioventa-
rij beneficio; quinimo eam ex legatis, & contra
legatarios, vel fideicommissarios particulares
deducere valeat, ex glossa communitèr recepta
in auth.hoc amplius, C.de fideicom.& in auth.sed
cum testator, C.ad leg.falcid. post *Alex.Iason* &
alios probaverunt *Vasquius, & Crusius in tract.*
de success., ille *in* §.8.*num.*15., hic *in* §.*legitima*
*q.*45.*& in* §.*inventarium q.*24. *Spino in Speculo*
*testamentor.gl.ultima num.*7. *Porcellin.Roland.à*
Valle, & Monticul.in relato tract.de inventar di-
69 *Prodigus bonis interdictus, nec civilitèr, nec naturalitèr obligatur.*
Nec eius obligationi fideiussor accedere validè potest, n.70.
71 *Instrumentum contra prodigum liquidari non potest via Ritus M.C.V. Neap.*
72 *Prodigus iuramento, neque obligatur.*
Sed ex delicto tenetur, nu.73.
74 *Testamentum facere non potest ille, cui bonis interdicitur.*
75 *Prodigi testamentum est nullum post interdictionem.*
Nisi prudentèr, & ut sanae mentis homo testaretur, n.76.
Etiam ex Leonis Constitutione 39. *qua prodigis permittitur, proximos haeredes instituere, & pauperibus bona distribuere, n.77.*
Qua Novella Constitutio, tanquàm non abrogata, est omnino servanda, n.78. & 79.
80 *Testamentum furiosi valet si prudentèr, & more solertis patris familias testetur.*
Si non perpetua mentis alienatione laborat, sed dilucida habet intervalla, n.81.
82 *Prodigus, & furiosus, neque inter liberos, aut ad pias causas testari possunt.*
Et in prodigo, quòd ad pias causas testari non possit, n.83.
Sed contrarium alij voluerunt, n.84.
Inter quos Baldus, *sibi ipsi contrarius, n.85.*
86 *Interdictio bonorum non obstat facienti suam conditionem meliorem.*
87 *Prodigus post interdictionem acquirere, & se ab obligatione liberare potest.*
Secundò potest contractum ultro citroque obligatorium facere, si cedit in eius utilitatem, num.88.
Dummodò ex eo non resultet bonorum suorum alienatio, n.89.
Tertiò potest Religionem ingredi, filios emancipare, ac legitimare, n.90.
Quartò matrimonium contrahere, & alia facere, quae non tendant in eius diminutionem, sine curatoris consensu, n.91.
92 *Prodigus ad sanos mores rediens ipso Iure à curatoris potestate liberatur.*
Et bonorum administrationem recuperat, n.93.
Si certum sit, eum ad bonos mores redijsse, n.94.
Alioquin sententia requiritur declaratoria, num.95.
Sed quod etiam si non sit notorium, valida sint ab eo gesta, probata recuperatione sanitatis, n.96. & 99. & 102.
Et aliàs maneant interim in suspenso, n.103.
Sententia verò utilis erit ad evitandum onus probandi, n. 97.

Et

Et ad diem recuperatæ sanitatis retretrabitur, num.98.

Ratio autem diversitatis, quare cesset ipso Iure, & non fiat ipso Iure interdictio ? assignatur, num.100.

101 *Res de facili revertitur ad suam primævam naturam.*

104 *Prodigum ad sanos mores redijsse probatur per testes, hoc necessariò inferentes.*

Si dicant, quòd ille non fecerit prodigalitatem denotantia, & absona, n. 106.

Sed ea, quæ à prudentibus viris fieri solent, num.107.

Et quod se pro frugali gesserit, n.108.

Absque eo, quòd curatores se ingererent, n.109.

Probatur etiam ad sanos mores reversio, si per triennium constiterit actum prodigalitatis non fecisse, n.105.

110 *Decisio Tribunalis M.C.V. Regni Neapolis.*

111 D.Ioannes Aluysius Curcioun M.C.V.Neap. Iudex perpetuus *laudatur.*

112 *Prodigalitatis triplex species, bonorum, famæ, & morum.*

Et quomodò cuique ipsarum provideatur? n.113.

114 *Lusori, qui fama prodigus esse dicitur, non fit interdictio bonorum, & n.117.*

Quamvis contrarium alij sentiant, n.120.

Nec libidinoso viro, quem prodigum esse morum intelligimus fit interdictio, num. 115. & 118.

Licèt contraria fuerit aliorum sententia, n.121.

Sicut nec alijs malis artibus addicto, fit interdictio, n.116.

119 *Mulieri libidinosè viventi, curatorem non dari, nec bonis interdici, aiunt aliqui.*

Sed in contrarium est communis sententia, num.120.

121 *Guloso curator datur, & bonis interdicitur.*

Sicut ebrio, ut ibi, & n.122.

122 *Amore capto, an curator detur, & bonis interdicatur? remissive.*

123 *Avaro, sicut prodigo, curator datur.*

Sed hoc non est in praxi receptum, n.124.

125 *Avaritia, & prodigalitas vitia sunt.*

Quæ sæpe mentiuntur se esse virtutes, n.126.

Dum illa parsimonia, hæc largitas videri velint, num.127.

CAPVT XXXI.

De Prodigalitate moderanda, ad *text. in l. 1. ff. de Curatoribus furioso, & prodigo dandis.*

1 LIcèt in re sua quilibet esse dicatur moderator, & arbiter, *l. in re mandata 21. C. mandati,* de-
2 bet nihilominùs ita se gerere, ut legitimum non excedat modum: nàm ut *Satyricus Poeta*
3 cecinit: *Est modus in rebus, sunt certi denique fines. Quos ultra citraque, nequit consistere rectum.* Vnde, ut *Cicero* ait *in lib. 2. officiorum.* Nec
4 ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nequeat, nec ita aperienda, ut
omnibus pateat, consonat *text. in l. cum plures
13. §. cum Tutor ff. de administrat. Tutor.* quem
adducit *Ripa in l. is cui bonis 6. num. 2. ff. de verb.*
5 *oblig.* extrema enim omnia sunt vitiosa, *l. solet
6. §. fin. ff. de Officio Proconsulis, Barbosa in axiom.*
6 *Iuris 91. num. 1.* Citò autem ad inopiam reducitur inordinatè vivens absque mensura, &
7 modo; sicut è conversò, patrimonium ordinatè viventis augetur, ut ex *l. Ius alimentorum 3.
ff. ubi pupill. educ. deb. Andreas de Barulo* adnotavit *in l. 1. C. de frumento Vrb. Constantinop. lib.*
8 *11.* proinde plura fuerunt à legibus ordinata
ad cohibendos immoderatos, atque excessivos
9 hominum usus, etiam in vestibus, gemmis, suppellectilibus, domorum ornamentis, dotibus,
10 nuptiarum expensis, famulorum numero, curri-
11 bus, sive carrotijs, equis, & alijs, de quibus latè *Avendan. in tract. de exequend. mandat. Reg.
p. 1. cap. 14. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. 10. in Rubr. de limitat. expensar.* & post
eos aliqua addit *Tasson. in suis observat. Iurisdict.
super pragm. de antephato, versic. 4. observ. 1. num.
17. & seqq.*

Hac de causa prodigo inordinatè, & inconsultè patrimonium suum devastanti, atque
12 consumenti, bonorum administratio interdicitur, & curator datur, *l. 1. ff. de curatorib. fu-*
13 *rioso, & prodigo dandis,* ut postea neq; legitimā
habeat personā standi in iudicio, neq; contrahe-
14 re, aùt quasi contrahere testari, aùt codicillari
possit, *d. l. is cui bonis, & l. is, cui lege 18. ff. de testam.* cū concord. apud *Gomes. in lib. 2. var. resol.
cap. 14. n. 30.* quem refert, & sequitur *Pras. de*
15 *Franch. in decis. 672. num. 10. & seqq.* ubi quòd
prodigus sensu, & intellectu carere præsumitur
16 & furioso comparatur, quare à mente capto
ad prodigum arguere licitum esse, ex *l. furiosi
41. ff. de reg. Iur.* & alijs probant in specie *Damhouder. in Enchyridion Parium, aut similium,
in verbo, Furiosus, Barbosa in locis argument.
loco 92. in fine,* & ante eos *Everard. in Topica
legali, in loco à minoribus ad prodigos, furiosos,*
17 *&c.* ex hoc inferens prodigo, sicut furioso, exemplaritèr substitui posse, & hanc sententiam
esse frequentiùs receptam testatur post multos
*Crassus in tract. de successionib. in §. substitutio q.
44. nu. 4.* quam impugnat *Vasq. in lib. 1. controv.
Illustr. cap. 38. num. 8.* licèt non in omnibus pro-
18 digum furioso comparari, præsertim ubi di-
19 versa militat ratio ex *Gama in decis. Lusit. 202.
num. 5.* firmat *Consiliar. Hodierna in controv. 41.*
20 *num. 25.* hanc autem prodigi, cum furioso similitudinem, veram esse rationem, quòd prodigo bonis interdicatur, ex *Roger. in tract. de
summo bono pag. 225. num. 14.* affirmat *Caldas in
repet. l. si curatorem habens, in verbo Cum non
absimilis n. 5. & 6. C. de in integ. restitut. minor.*

non

noo autem eam , quæ commouitèr adducitur:
21 qoia Reipublicæ ioterſit , oè quis re ſua malè
utatur, deſumptam ex §. *ſed etſi maior* , *in tit. de*
bis qui ſunt ſui, vel alieni Iuris, ubi loquitor *Im-*
22 *perator* in caſu ſpeciali, quaodo iu ſervum, rem
ſcilicèt auimatam ſævitia exeicetur intereſſe
23 Reipublieæ, uè illo Domiuus malè utatur, qui
etſi ſervus ſit, poteſt quandoque utilis eſſe Rei-
24 publicæ: ſervi euim uti homioes rebus diguio-
res ex §. *fin.* ubi *gloſ.* & *DD. inſtit. de Iur. nat. gent.*
25 *& civ.* ooo ſuot ſicut res habeudi , quia rebos
qoemqoe ſuis abuti poſſe, per *l. ſed et ſi lege* 28.
§. *conſulvit ff. de petit. hæredit.* & alia Iora dedu-
cit *Vaſqu. in lib. 1. controv. cap. 17. num. 2.* & cum
26 eas in maie uoo pioijcit, aut alias perdit ; ſed
alteri aboieodo accomodat, oihil ex hoc dam-
27 ni Reipublicæ infertur, cū boua adhùc iu Rei-
publica remaoeaot , ot ex *Reuſnero in tract. de*
teſtam. p. 2. cap. 11. num. 28. & ſeqq. pulchrè
declatat *Harprect. in addit. ad Iulium Clar.*
in lib. 3. recept. ſentent. §. teſtamentum q. 5.
num. 7.
28 Prodigus autem ille eſſe intelligitor , qui
uec tempus, uec fiuem , ueque modum expeu-
29 ſarum habet, ſed boua ſua dilapidaodo, atqoe
diſſipaodo profuodit , *d. l. 1 ff. de curatorib. fu-*
rioſo , & prodigo dandis, *Conſiliar. Pratus pract.*
obſerv. 55. num. 2. cum alijs , qoos uupèt ſequi-
tut *D. Altimarus in tract. de nullitat. tom. 2. rub.*
11. quæſt. 9. num. 5. & modum habere ooo dici-
30 tor, qui citra rationem plus expendit , quàm
vires patrimooij feraot, ot ex §. *cum verè Auth.*
ut determinatus ſit numerus Clericor. doceot poſt
alios *Cald. in loco relato num.* 4. ac demùm
Conſil. Hodierna in relato cap. 41. num. 2. vel qui
31 pro libito voluutatis , non pro ratioue bona
ſua profuudit, ſecundùm *Ripam in d. l. is cui bo-*
nis num. 2. per *text. in cap. ex parte, de Conſuetud.*
32 ubi *gloſſa* dicit prodigum eſſe, qui dat dauda,
33 & uon danda; avarum , qui teneuda , & non
teueuda, retinet; laigum verò, qui medium te-
34 net intet utrumque, verſus illos referens. *Pro-*
digus eſt animi vitio , retinenda profundens.
Qui retinet cupidè, & ea depoſcit avarus: Lar-
gus qui ſumptum facit ex ratione libentèr: Pro-
35 digus enim dicitur, quaſi procul à Reguo, ſive
à Regimiue ſit ſua prudeotia , ut dicit *Ariſtot.*
in libro ſecreti ſecretor. in tit. de modis Regum
circa largitat. & avarit. quē citat *Bald. in l. is cui*
lege, ff. de teſtam. & poſt eum *Gomeſ. in lib. 2. va-*
36 *riar. reſolut. cap. 14. num. 30.* uode ex malo regi-
37 mioe , & ſic ex factis, uon ex verbis prodigus
cognoſcitur , ut notat idem *Bald. in l. bis qui,*
ff. de Tutorib. & curat. datis ab his ; ſi verò quis
38 malè utitur ſua ſubſtautia , uou ex hoc prodi-
gus dici poteſt, ut ex *Io. Fabro in §. furioſi inſtit.*
de curat. docuit *Reg. Sanfelicius in deciſ.* 338.
39 *num. 41. lib. 3.* ubi neque illum, qui multas facit
expeoſas , & fruſtratorias, ideo prodigum re-
potari ſubiungit ex *Guid. Papa in conſ.* 169. ali-
40 ud enim eſt eſſe largum , aliud eſſe prodigum,
41 ut per *gloſſ. in d. cap. ex parte* , quinimò neque
prodigum eſſe iutelligi , qui uno impetu, uni-
verſas eius facultates donat, ex *l. ſi totas 5. & l.*
ſi liqueat 8. C. de inoffic. donat. poſt *Bald.* & alios
firmat *Mantica in tract. de tacit. & ambig. con-*
vent. lib. 13. tit. 26. nu. 12.
42 Sed antequàm ſibi fuerit bonis interdictum,
valere ab eo geſta, commuuis eſt *DD.* ſeuteo-
tia in *l. is cui bonis 6. ff. de verb. oblig.* ut per *Mol-*
feſ. in conſ. 8. num. 39. quod etſi aliqui coarctare
43 volueriot, ut ooo procedat io prodigo noto-
rio , cui ceuſeri ipſo iure ioterdictam admiui-
44 ſtratiouem , quia uotorium æquiparatur ſen-
tentiæ *gloſſa* voloit *in l. is cui lege ff. de teſtam.*
quā præ cæteris ſequuti fuerunt *Fachin. in lib. 2.*
controv. Iuris cap. 64. & ſeq. & poſt alios *Reg.*
Capyc. Latr. in conſult. 35. num. 7. lib. 1. Cootta-
45 ria tameu opinio fuit communitèr recepta, ut
Ripa teſtatur in *præd. l. is cui bonis num.* 5. licèt
46 ipſe de ea dubitare videatur, quam tribus mo-
47 dis limitaudam eſſe dicit *nu. 5. & ſeqq.* eamdem
magis communem eſſe cooſtat ex traditis per
Boer. in deciſ. 23. nu. 36. Vaſqu. in lib. 1. controv.
cap. 17. num. 2. Gomeſ. in relato cap. 14. num. 31.
48 ubi reſpoudet obiecto notorij , quod ſeuteu-
tiæ æquiparatur , quòad facti liquidatiooem,
49 ooo quòad Iuris effectum ; eiuſdem fuetuot
opioionis *Cald.* obi ſupra *num. 4. verſic. cæte-*
rum, & num. 7. Gayl. in lib. 2. pract. obſervat. cap.
51. num. 2. & in tract. de pace publica lib. 2. cap
3. num. 12. Vivius in lib. 2. commun. opinion. opin.
653. & ſeq. & ex magis receotioribus *Index Ca-*
piblanc. in prag. 4. de Baronib. num. 77. Conſiliar.
Hodierna in d. controv. 41. num. 19. & ſeq. Conſil.
Pratus in lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 2. num. 16. &
ſeqq. cum alijs pluribus *D. Altimarus in cit.*
quæſt. 9. num. 7. & Reg. Sanfelic. in præcit. deciſ.
338. num. 32. & ſeqq. ubi *nu.* 36. ampliat ueque
50 dari iu iotegrom reſtitutiooem adverſus coo-
tractus aute prodigalitatis declarationem fa-
ctos , quod ſecuriùs eſſe dicit *Sfortia Odd. in*
tract. de in integr. reſtitut. par. 1. q. 11. artic 4. nu.
9. & confirmat ex *Reg. Rov. in pragm. 4. num. 24.*
de inſtrument. liquid. Conſil. Prat. in loco relato
51 *num. 30.* ſed contrariam in hoc ſeoteotiam pro
reſtitutioue probaverunt alijs relatis *Ripa in*
d. l. is cui bonis n. 36. Fachin. qui eam commu-
52 muoiorem , & probabiliorem eſſe dicit io *d. l.*
2. controv. cap. 68. Gomeſ. in d. cap. 14. num. 30.
Caldas in loco relato nu. 3. R. de Tappia in lib. 4.
Iuris Regni in pragm. 2. de cenſib. num. 76. & de-
clarat *D. Altimarus in dict. quæſt. 9. nu. 8.* pro-
53 digus euim popillo quoqoe ſimilis eſt , ut etiā
in iudicijs reſtituatur , & primo , atque ſecun-
54 do beoeficio gaudeat, ac fori electione, ſi no-
55 toriè conſtet eum prodigum eſſe , ut ex *Præſ.*
de Franch. in deciſ. 598. & 608. alijſque tradit
Novar. in tract. de elect. & variat. fori , ſect. 2. q.
16. num. 1. & 6.
56 Requiritur itaque in prodigo , etiam noto-
rio ad interdictioois effectum , ſententia , de-

co-

57 cuius forma, & solemnitate circa citationem,
causæ cognitionem, prodigalitatis probatio-
nem, curatoris dationem, & adimplementa
per eum facienda, atque præconinm, latè *Ripa
in d.l.is cui bonis, num.26.& seqq. Gomes. in loco
relate num.31.Caldas in d.verbo: Non absimilis
num.7.versic.ad huiusmodi, Reg. Sanfelic.in decis.*
148.*num.5.lib.1.Novar.in d.sect.2.q.17.num.3.
cum duob.seqq.Consiliar.Prat.in d.cap.2.nu 23.
& lib.3.discept.forens.cap.33.num.10. Consiliar.
Hodierna in d.controv.41.num.21. cum plurib.*
58 *seqq.* & quòd citatio sit omninò requisita, de-
cisum testantur in S.R.C. Neap. *Vivius in com-
mun.opin.lib.2.opin.*655.& post eum *Ricc.in col-
lect.decis.1757.p.5.Thor.in compend.decis.Regni
Neap.p.1.in verbo Prodigus an sit citandus.* Sed
59 si prodigns quis à Iudice declaretur, vel ei
60 tanqnàm prodigo curator detur, sive alijs cum
eo, tanquàm prodigo contrahere prohibetur,
61 interdictionis effectum resultare, magis com-
mnnitèe tradiderunt à *Ripa* relati in *d.l. is cui
bonis à num.30. usque ad 35.Fachin. in d. lib.2.*
62 *controv.cap.67.& seq.* nisi re vera prodigns ille
63 non esset:haberetur enim tunc pro nulla, ubi
cum eo in contradictorio iudicio non proces-
64 sisset, quo casu pro sententia præsumitur, do-
nec retractetur, ex eod. *Ripa ibi num.39. & seq.
Gomes.in d.cap.14 num.31.in fine Cald.in cit.lo-
co num.20.Decian.in resp.2.nu.14.lib.3.& Con-
sil.Hodierna ubi sup.num.43. in fine*, qui omnes
65 de magis communi testantur, & hoc interdi-
ctum prodigo factum ad bona omnia extendi-
66 tur, ubicumque sita, etiam in loco alterius iu-
67 risdictionis existantia, tanquàm favorabile, ut
voluit *Stephan. Gratian.in lib.2. discept.forens.
cap.389.n.44. & ex Papponio* confirmat *Amen-
dola in add. ad Franch.decis.* 461.*num.*9. licèt
68 alio respectu odiosum esse dicat, atque in du-
bio restringendum *Decian.in d.responso 2.num.*
23.quia prohibet rerum suarum liberam dispo-
sitionem, ex præmissa *l.iure mandata.*

69 Post interdictionis sententiam nec civilitèr,
nec naturalitèr prodigns obligatur, neque eius
70 obligationi fideiussor accedere validè potest,
ut ex *Cald.* novitèr refert *Consiliar. Paschal.in
tract.de patria potest.p.1.cap.6. num. 17. versic.
hinc est, quod prodigus*, ubi *Consil.Prat.in addit.*
71 observavit ex *Præs.de Franch.in decis.* 672.con-
tra prodigum liquidari non posse instrumen-
tum via Ritus M. C. V. quod confirmat post
alios *Consil. Staiban.in lib.1.resol.forens. cap.8.*
72 ubi *num.*12. quòd prodigus iuramento non
obligetur, ex communi DD. sententia, quam
sequitur ultra per eum adductos *Mysing.in cent.*
73 3.*singular.observ.cap.10.num.4.*licèt ex delicto
eū obligari dicant idem *de Franch.in dec.*461.
quē refert *Thor.in p.1.compend.dec.in verb.Pro-
digus delinquens*, & alij, quorum sententiam,
communem esse testatur *Vivius in d.commun.
opin.lib.2.opin.658.*

74 Coeterùm cum ille, cui bonis interdicitur
testari non possit, *l.is cui lege* 18.*ff. de testam.*
de quo plenè DD. quos sequitur *D. Altimar.in*
75 *de nullitat.cit.quæst.9.num.9.*prodigi testamen-
tum, post interdictionem est nullum, nisi pru-
76 dentèr, & ut sanæ mentis homo testaretur, iux-
ta *Leonis Imperatoris Constitutionem* 39. qua
77 prodigis permittitur necessarios, seu proximos
hæredes instituere, atque pauperibus bona sua
78 distribuere, & hanc Novellam Constitutionem
79 non fuisse abrogatam, sed omninò servandam
esse, ex *Cuiacio*, alijsque firmat *Consiliar. Ho-
dierna in* sæpe citata *contr.41.num.46. & seqq.*
ubi *num.*53.idem in furioso esse dicit, ut eius
80 ultima voluntas, non obstante legis prohibi-
tione, valeat, si prudentèr, & more solertis pa-
tris familias testetur, confirmant *Reg.de Pon-
te in cons.148.num.19. lib 2.* & *Reg. Galeota in
lib.1.Illustr.controv.cap.40.nu.10.& seqq.* quod
81 intelligendum esse, si non perpetua mentis
alienatione laboraret, sed dilucida haberet in-
tervalla, ex multis probat etiam *Rub. in
practicab.resol.circa testamen.in cap.*17. post ar-
ticulum latà discussum, tàm in eodem, quàm
in præcedenti *cap.15.à nu.*266. licèt idem *Reg.
de Ponte in seq.cons.* 149. *eiusdem libri* teneat
82 oppositum tàm in prodigo, quàm in furioso,
& quòd neque inter liberos, aut ad pias causas
83 testari valeant, ut etiam in prodigi dispositio-
ne ad pias causas voluerunt *Novar.* pluresque
alij ab eo adducti in *d. q.16.nu.*10. ac demùm
à *D.Altimaro in dict.quæst.9. nu.* 14. sed quòd
84 validè prodigus ad pias causas testetur, per
multa media latè deducit *Thor. in summa pri-
vileg.piar.causar.privileg.*228. post *Bald.in l.1.*
85 *in 2.lect.num.80.C.de Sacros. Eccles.* qui se ip-
sum emendans in eo, quod dixerat in 1. *lect.
eiusdem l.1.num.* 29. quòd prodigus bonis in-
terdictus, neque ad pias causas testari possit,
hic sententiam revocans, decidit contrarium,
86 & movetur, quia facienti suam conditionem
meliorem, interdictio non obstat, ex *l.cui be-*
87 *nis 2.ff.de novat.*unde prodigus, etiam interdi-
ctione sequuta, potest acquirere, & se ab obli-
88 gatione liberare, aut contractum, ultro, citro-
que obligatorium facere, si cedit in eius utili-
89 tatem, dummodò ex illo non resultet bono-
90 rum suorum alienatio, potest etiam Religio-
nem ingredi, filios emancipare, & legitimare,
91 atque ita matrimonium contrahere, & alia sine
curatoris consensu perficere, quæ non tendant
in eius diminutionem, arg. *l. Iulianus 10.ff.de
curatorib.furioso, & prodigo dandis*, ut de om-
nibus plenè agit *Ripa in d.l.is cui bonis, nu.44.
& seqq.*

92 Quòd si prodigus ad sanos mores redierit,
ipso iure à Curatoris potestate liberatur, & bo-
93 norum suorum administrationem recuperat, ut
apertè probatur in *l.1.vers.sed solent.ff.de curat.
furioso, & prodigo dandis, ibi: ipso Iure desinunt
esse in potestate Curatorum*, ubi *Bart. & in d.l. is*
94 *cui bonis num.5.* hoc intelligit verum esse, si
cet-

certum sit, prodigum ad sanos mores redijsse;
95 alioquin si manifestum non sit, declaratoriam
requiri sententiam, *Alex.* voluit in *ead.l.is cui*
*bonis,num.*19.& post eum *Iason n.* 16: *Ripa nu.*
41.qui post *Cyn.* & *Petr.de Bella pertica* hanc
96 veriorem affirmat, atque communitèr ab om-
nibus approbari,& amplius voluit, quòd si no-
toria non sit reversio ad bonos mores, gesta per
eum valida sunt, probata recuperatione sani-
97 tatis; sententia autem declaratoria utilis erit
98 ad evitandum onus probandi, & ad diem re-
cuperatæ sanitatis retrotrahetur, ut etiam sen-
tit *Bald.in d.l.1.num.*3. & 7. ubi sufficere dicit
99 fuisse probatum de recuperatione morum pro
validitate actus, absque eo quòd sit notorium,
100 vel à Iudice declaratum, rationis diversitatem
assignans, quare cesset ipso iure interdictio, &
non fiat absque sententia? quia recuperare pro-
101 priam administrationem est ad suam naturam
reverti; sed privari, totum oppositum; ideoque
non mirum, si res de facili ad suam primævam
naturam revertatur *l.si unus* 28. §. *pactus versic.*
quod & in specie dotis.ff.de pactis, cum concord.
apud *Barbos.in axiom.Iur.*199.*num.*13. sequ-
untur *Alciat.in ead.l.is cui bonis,num.* 19. *Rui-*
*nus in cons.*85.*num.*5.*lib.*4. *Cald. in d. l.si cura-*
*torem habens, in verbo: Non absimilis num.*81.
C.de in integr.restit.minor.Gaillus in lib.2.pract.
*observ.cap.*85.*num.*6.*Ricc.in collect.decis.*1757.
102 *p.*5.quam sententiam communem esse testan-
tur Tiraquell.*in tract. cessante causa, cessat effe-*
*ctus p.*1.*in verbo interdictionis causa,num.* 123.
& 125.*Decian.in resp.*2.*num.*15. & *seqq.lib.*3.
*Vivius in commun.opin.*656.*lib.*2. *Reg. de Ponte*
*in cons.*149.*num.*8.*lib.*2.ubi quòd actus ab olim
103 prodigo facti manebunt in suspenso, ex *Bart.*
& *alijs,* quos allegat. Et probatur sanitatis re-
104 cuperatio per testes eam concludentèr infe-
105 rentes, vel si per triennium constiterit, non
fecisse actum aliquem prodigalitatis, *Ripa* ibi
*num.*42.& *seq.Mascard.in tract.de probat, con-*
106 *clus.*1240.*nu.*13. & *seq.*ubi probari dicit, ve-
rificando, quòd non fecerit ea, quæ prodigali-
107 tatem denotant,& absona, sed ea, quæ à pru-
108 dentibus viris fieri videmus, & quòd se pro
109 frugali gesserit, absque eo, quòd curatores se
ingererent, aliosque in idem refert *Consil.Ho-*
*dierna in controv.forens.cap.*41.*num.*55.Quæ in
110 causa fuerunt, ut in anno 1642. sub die 21.
Ianuarij obtineremus à M.C.V. decretum præ-
amboli ex testamento quondam Francisci Pe-
tri de Roberto in beneficium Lucretiæ de Ruf-
fis tàm eius proprio nomine, quàm uti matris,&
tutricis eius filiorum, non obstante ipsius testa-
toris prodigalitate opposita, cum fuisset plenè
probatum ex testibus modo prædicto de rever-
sione ad bonos mores à pluribus mensibus ante
111 conditum testamentum,& obitum testatoris,
referente peritissimo D.Ioanne Aloysio Corcio-
ne M.C.V. Neapolis Iudice perpetuo ab Invic-
tissimo Rege nostro creato, sed nunc vita
functo. Actuarius Saccardus.

112 Triplicem verò prodigalitatis speciem ha-
bemus; ultra enim illam, quæ bonorum dici
tur, & cui per interdictionem providetur: alia
est famæ prodigalitas: alia morum, quarum
113 huic per severitatem pœnæ; illi verò per sub-
tractionem conversationis bonorum virorum
medela adhibetur, ut ex *Baldo in proœmio decre-*
tal.in verbo: Rex pacificus,num. 26. deducunt
*Iason num.*2.& *Ripa num.*3.*in d.l.is cui bonis,*&
114 alij, quos allegat *Cald. in loco relato, num.*9
115 ideo lusori tanquàm famæ prodigo, & libi-
dinoso viro prodigo morum, non dari Curato-
116 rem, neque bonis interdici, sicut, nec alijs
malis artibus addicto, post *Pinellum in l.*4.*C.de*
bonis maternis, voluit *Fachin.in lib.*2.*controv.*
*cap.*66.*in fine,* & probant alij, quos sequitur *D.*
*Altimarus in tract. de nullitatib. eic. rubr.*11.
*quaest.*9.*num.*64.& annuit *Reg.Sanfelic.in decis.*
117 338. *num.*43. ubi dicit, nec unquam practi-
118 catum fuisse, quòd ex quo quis ludat, vel
cum mulieribus converfetur, sit illi curator
119 dandus; sed tantùm prodigo bonorum, neque
mulieri libidinosè viventi curatorem dari, aut
bonis interdici posse, probat *Rebuff.in Const.*
*Gallia in tit.de sentent.provisionalib.artic.*3.*gl.*4.
*num.*11.quem laudat *Consil.Hedierna in d.con-*
*trov.*41.*num.*10.& *seqq.*respondens *l.*& *mulie-*
ri 15.*ff.de curatore furiosi*; quòd verba illius,
quæ de muliere luxuriosè vivente loquuntur, de
prodigalitèr vivente sunt intelligenda, quæ ni-
mio luxu utitur, bona profundens, de quo la-
120 tissimè *Caldas in loco relato,num.*16.& *seqq.*li-
cèt in contrarium communem esse sententiam
121 referat *Gomes.in lib.*2.*variar.resol. cap.*14.*nu.*
33.dicens idem esse in lusore guloso, & ebrio,
quibus curatorem dari, & bonis interdici, post
*Ripam in d.l.is cui bonis num.*21. & *seqq.*& con-
122 ferunt, quæ de amore capto, & ebrio adno-
tavit *Nevar.in tract.de elect. & variat. feri,sect.*
2.*q.*35.& 41. & *in q.*38.*num.*7. dicit avaro, si-
123 cuti prodigo, curatorem dari, nàm, & ille
malè utitur substantia sua, ex *de Ponte in tract.de*
*potest. Prorreg.tit.*10.*in Rub. de limitat.expensar.*
124 *num.*14. ubi tamen *Thor. in addit.* affirmat,
hoc esse in Praxi receptum, quamvis tàm pro-
125 digalitas, quàm tenacitas vitia sint, quæ sæ-
pè mentiuntur se esse virtutes, dum illa largi-
126 tas, hæc parsimonia videri velint, & stulti
127 dum vitant vitia in contraria currunt, *cap.*
*sæpè ubi glos.dist.*42.

RERVM SVMMA.

1 *Pietatis favore, quamplurima privilegia à Iu-*
re indulta remissivè, & *n.*137.
2 *Arma non sunt sumenda de domo rei.*
3 *Edere non tenetur reus rationes, & instru-*
menta, quibus actor contra se uti possit.
*Fallit in causa pia actrice,n.*4.
Ad similitudinem fisci per communicationem,

sive extensionem privilegij, num. 5.

Vnde non utitur pia causa hoc privilegio contra fiscum, n. 6.

7 Privilegio, quod quis habet ex persona alterius, contra illum uti non potest.

8 Privilegiatus non utitur privilegio, contra pariter privilegiatum, & n. 9.

Nisi unus magis esset privilegiatus, n. 10.

Vel nisi potentius haberet privilegium, n. 12.

Quod quatuordecim modis contingit remissivè, num. 13.

Praesertim si unus de damno vitando ageret, qui potior est alio, de lucro captando agente, n. 14.

11 Ecclesia praefertur fisco, & alijs privilegiatis.

15 Accessorium cum principali concurrit, eiusque naturam sequitur.

Nisi in principali de damno agatur, & in accessorio de lucro, n. 16.

Quia tunc diversa militat ratio in utroque, num. 17.

Et potentius est ius principalis, in quo de damno vitando tractatur, n. 18.

19 Lucri radicati, & incorporati iactura pro damno habetur.

20 Donatio absenti facta non valet.

Fallit primò si ipse donatarius postea sciverit donationem, quam tacitè acceptavisse praesumitur, n. 21.

Secundò si Notarius, vel alter etiam extraneus pro donatario stipuletur, ac donationem acceipiat, n. 23.

Sublimitantur praedicta fallentia, ut in pura tantùm, & simplici donatione procedant, non autem in correspectiva ad onus donatario iniunctum, n. 24.

In qua tanquam ultrò, citròque obligatoria, donatarij consensus requiritur, n. 25.

Tertiò fallit regula in donatione facta pia causa absenti, quae valida est absque alia Notarij, vel alterius stipulatione, n. 26. & 28.

Nam Deo facta intelligitur, qui ubique praesens existit, n. 27.

Et cum Notarij acceptatione irrevocabilis redditur donatio Ecclesiae, vel pio loco facta, num. 29.

22 Notarius tanquam publica persona potest pro alijs stipulari.

30 Donatio absenti facta ius irrevocabile, acquirit donatario, etiam ante ratihabitionem.

Sed alij contrarium censuerunt, quod revocari possit donatio, n. 31.

Dummodò non tantùm verbo, sed facto revocetur donando, vel tradendo alijs bona donata, num. 32.

33 Donatio absenti facta, & post eius mortem Ecclesiae, non potest in Ecclesiae praeiudicium revocari.

Si Notarius fuerit pro Ecclesia, cum iuramento stipulatus, n. 34.

35 Donatio uni facta, & post eius mortem alteri absenti, non potest in tertij absentis praeiudicium revocari.

Etiam ante illius acceptationem, n. 36.

Si Notarius, aut alter ex contrahentibus sit pro eo stipulatus, n. 37.

Imo etiam citra Notarij, vel alterius stipulationē & acceptationē secundū aliquos, n. 38. 39. & 40.

41 Text. in l. quoties 3. C. de donationibus, quae sub modo declaratur.

42 Donatio cum fit alicui, ut post tempus alteri quaeratur, utilis actio secundo donatario quaeritur contra ipsum.

Licèt cum eo nullum sit negotium gestum à secundo, n. 43.

Et haec firma oritur, atque irrevocabilis, n. 44.

Non tantùm personalis, sed realis quoque, & hypothecaria, n. 45. 46. & 47.

48 Donatio omnium bonorum praesentium, & futurorum, etiam iurata non valet; & n. 49.

Fallit primò si reservata sit quantitas aliqua ad testandum, num. 50.

In qua verisimilitèr donans haeredem inveniat, num. 51.

Vnde nec vigesimam bonorum partem excedere debet, n. 52.

Nec debet esse modica, n. 53.

Iudicis arbitrio circumscribenda, n. 54.

Fallit secundò in donatione Ecclesiae, vel pio loco facta, n. 55.

56 Donatio per supervenientiam liberorum donantis in totum revocatur.

Ex dispositione l. si unquàm 8. C. de revocandis donationibus, n. 57.

De qua remissivè, n. 58.

Fallit primò si fuerit dispositioni praedicta l. si unquàm cum iuramento renunciatum, n. 59.

Secundò si fuerit facta filio, vel filiae pro dote, num. 60.

Quibus in casibus pro legitima tantùm filijs postea natis spectante revocatur, ut n. 61.

Tertiò Ecclesiae, vel pia causa facta, nec in totum revocatur, n. 62.

Sed usque ad legitimam filiorum, n. 63.

Quae tamen sententia, licèt communis, dura alijs videtur, n. 64.

Vt contrarium verius esse firmaverint, quòd in totum donatio revocetur, n. 65.

Ex coniecturata parentum voluntate pro filijs, num. 66.

Quibus supervenientibus tenetur Ecclesia, vel pia causa bona donata restituere, saltèm in foro poli, n. 67.

68 Ecclesia recipere non debet, quae sibi ab aliquo filium exhaeredante offeruntur.

69 Haeredem instituens extraneum divitem, cum habet consanguineos pauperes, mortaliter peccat.

Cum haereditas sit, quasi Iure naturae debita filijs, & in eorum defectum caeteris consanguineis, n. 70.

Et institutus haeres mortalitèr quoque peccat, nisi consanguineis restituat haereditatem, n. 71.

72 Donatio procurata pia causa non est pia, nec potest licitè retineri.

Qui-

Quinimò est restituenda venientibus ab intestato, n.73.

74 Donatio ob ingratitudinis vitium revocatur.

Fallit in donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ, n.76.& 77.

75 Ingratitudo est legibus exosa, & fontem esiccat misericordiæ.

78 Pia causa pro eius credito anteriore avocat pecuniam posteriori creditori solutam à communi debitore, quamvis bona fide consumptam.

Ad instar fisci eodem gaudentis privilegio, num.79.

Idque procedit etiam in Reverenda Fabrica S.Petri de Vrbe, & in omni Ecclesia, & pio loco, n.80.

81 Creditor anterior, non avocat regularitèr pecuniam posteriori creditori solutam, & quando secus, & n.83.

82 Vigilantibus, & non dormientibus Iura subveniunt.

84 Feriatis diebus ad hominum utilitatem introductis procedi potest in causis piis.

Non autem in tempore feriarum, quæ fuerunt in honorem Dei constituta, n.85.

86 Feriarum exceptio non obstat in causis alimentorum, & fisci.

Nec in causa dotis, quæ ad instar fisci habet idem privilegium, n.87.88.& 89.

90 Feriarum tempore, quæ possint expediri? remissivè, ubi laudatur Regius Consiliarius D. Carolus Petra.

92 Feriatis diebus potest libellus offerri.

Appellatio quoque interponi, n.92.

Et actio pro eo tempore peritura, in qua mora esset periculum allatura, n.93.

Lis etiam contestari potest, si res urget, n.94.

Ea paritèr expediri possunt, quæ causæ cognitionem non desiderant, n.95.

In feriatis diebus, etiam in honorem Dei ordinatis, n.96.

Vt sunt actus voluntariæ Iurisdictionis, emancipatio, manumissio, n.97.

Decretum tutelæ, dummodò non sit ex inquisitione, nec requirat causæ cognitionem, n.98.

Electio Officialium de regimine Vniversitatis, num.99.

Contractus stipulatio, licèt Notarius, & contrahentes gravitèr peccent, n.101.

Obligatio penes acta, n.102.

Exequutio quoque sententiæ in rem iudicatam transactæ fieri potest diebus feriatis ad hominum utilitatem, n.103.

Nisi contra exequutionem aliquid opponatur, causæ cognitionem requirens, n.104.

Proceditur etiam diebus feriatis ad utilitatem hominum ad acta ordinatoria Iudicij usque ad sententiam exclusivè cum Regia dispensatione, quòd procedatur ferijs non obstantibus, num.109.

Cuius vigore in Magna Curia Vicaria Regni Neapolis proceditur etiam ad expeditionem causæ, n.110.

Non autem in Sacro Consilio, in quo specifica dispensatio requiritur pro expeditione causæ, num.111.

Quæ postea ex adversò revocari solet cum decretatur, quòd parte reluctante causa non expediatur, n.112.& 113.

100 Iuramentum die feriata præstitum est invalidum.

105 Feriatis diebus ad hominum utilitatem procedi non potest ad discussionem nullitatum contra sententiam.

Aut in integrum restitutionis contra eam petita absque Regia dispensatione feriarum, n.106.

Cum in eis iterum veniat agendum de meritis causæ, n.107.& 108.

114 Iudex ordinarius Iurisdictionem habet favorabilem.

Delegatus verò odiosam, quæ restringi debet, num.115.

116 Consiliarij Sacri Consilij Neapolitani, ordinariam repræsentant Iurisdictionem.

Nedum simul congregati, sed etiam singuli, ut singuli, ob officij perpetuitatem, n.117.

118 Indebitum piæ causæ solutum non repetitur.

119 Mulier fideiubens pro causa pia non iuvatur Velleiani Senatus Consulti exceptione.

120 Solutio triennalis annuæ præstationis inducit satisfactionis præsumptionem pro præterito.

Et in Ecclesiasticis biennij tantùm solutio ad hoc sufficit, secundùm Hostiensem, n.121.

Cuius tamen sententiam in emphiteuta, vel debitore Ecclesiæ communitèr reprobatur, n.123.

Ne sit Ecclesia deterioris conditionis, quàm privatus, n.122.

Est igitur intelligenda in Ecclesia, vel pia causa debitrice, n.124.

Sed hoc neque placuit Ioanni Andreæ, n.125.

126 Depositarius de lata culpa tenetur.

Non intelligendo, quod omnes intelligunt, num.127.

Vel eam diligentiam, quam in proprijs bonis adhibuisset in alienis non adhibendo, n.128.

Nec liberatur cedendo actionem contra eum, apud quem deposuit absque mandato deponentis, n.129.

130 Ecclesiæ, aut piæ causæ administrator de levi culpa etiam tenetur ad instar tutoris, & n.131.

Et minoris privilegia contra eum competunt, num.132.

133 In dubio pro pia causa est iudicandum.

Quamvis illa sit actrix, n.134.

Vel diversæ adsint sententiæ, quarum illa ad favorem piæ causæ prævalet, n.135.

136 In dubio quomodo, & quid iudicandum sit?

CAPVT XXXII.

De Pia causa, eiusque privilegijs, & quòd in dubio sit pro ea iudicandum, ad *text.in l.sunt personæ 43. ff.de Religiosis, & sumptibus funerum.*

1 PIetatis favore, quamplurima fuerunt specialia, seu
privilegia à Iure indulta,
quæ plenè congessit *Tiraquell. in tract. de privileg.
piæ causæ*, & post eum *Thor.*
ac *D. Episcop. Ricc. in addit. ad eumdem Tiraquell.*
quinimò *Thor.* duos alteros edidit Tractatus,
Summam scilicet *privilegiorum*, & *singularia
piarum causarum*, & ante eum *Intriglio. in singul.98.lib.3.* posuit 118. *piæ causæ privilegia*
Balthasar etiam *Thomas. Lucens. Iuris Consult.
in tractat. decade sup. statu personar. ultimisq. voluntatib. tract. 10. de disposit. ad pias caus.* inscripsit, in cuius *titulo* 2. latè agit de *Specialib. vel
Privileg. piæ causæ*, & *D. Episcop. Barbos. Lusitan. in
tract. de Iur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 13.* alia posuit
privilegia piæ causæ; eorum aliqua tantùm in
praxi frequentiora, & à nobis quandoque discussa, hic adducere libuit, pro reliquis benigno lectore ad prænominatos DD. remisso.
2 Offert se in primis, quòd etsi arma regulariter, non sint sumenda de domo rei, *l. nimis gra-*
3 *ve 7. C. de testib. & in cap. 1. de probat.* unde nec
reus teneatur edere rationes, & instrumenta,
quibus actor contra eum uti possit, *l. 1. & 4. C.
de edendo*, ubi *D. Episcop. Barbosa in collectan.*
allegat *Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. casu
499. & Surd. in tract. de aliment. tit. 8. privileg.*
4 *3.* hoc tamen fallit in causa pia actrice, cui tenetur reus edere instrumenta, & alia, quæ illi
prosint contra se ipsum, *Tiraquell. in privileg.
piæ causæ 155.* & ibi addentes, *Thor. in d. summa
privileg. 211. Barbosa in relato cap. 13. num. 30.*
& novitèr *Marotta in disceptat. forensi cap. 5. nu.*
5 *7. & seqq.* ubi quòd hoc privilegium habet Ec-
6 clesia, & pia causa ad similitudinem fisci, & sic
per communicationem, sive extensionem privilegij; ex quo videtur dicendum, quòd si Ec-
7 clesia ageret contra fiscum, non gauderet hoc
privilegio sumendi arma de domo rei, cum
enim illud ex fisci persona mutuetur, non potest illo uti contra eum, ex cuius persona privilegium obtinuit, per regulam, quam ex *l. si
Iudex 42. ff. de minorib. & l. amicissimos 39. in fine ff. de excusat. tutor.* constituit *Reg. Rovit. in
decis. 90. num. 19.* & ex *Auth. rogati, C. ad S.C.
Trebell.* confirmat *Foller. in pract. crimin. in verbo: Audiantur excusatores, num. 105.* cum etiam
8 privilegiatus non utatur privilegio contra
9 pariter privilegiatum, & inter paritèr privilegiatos privilegia conquassentur, *l. assiduis 14.
versic. duabus C. qui potior. in pign. habeant. cum
concord. apud Episcop. Barbos. in axiom. Iur. 190.
Reg. Tappia in l. fin. de Constitut. Princip. part. 2.
num. 18. & D. Scoppa ad decis. Gratian. observat.*
10 *196. n. 12.* nisi unus magis privilegiatus esset,
qui alteri minus privilegiato præfertur, ut per
*Amendol. in add. ad Præs. de Franch. decis. 188.
Odd. in tract. de restit. in integr. q. 18. artic. 4.* qualis est Ecclesia, quæ præfertur fisco, & alijs privilegiatis, ut ex *Constitut. Regni Iusti cultoris,
versic. causas, in tit. de quib. caus. primitùs cognoscant.* ait *Carav. in Ritu 23. nu. 3.* & nisi potentiùs
11 esset privilegium unius, quàm alterius: nam
eo uteretur contra alterum paritèr privilegiatũ, ut habetur ex *l. sed & milites 10. ff. de excus.
tutor.* quam post alios sequitur *D. Scoppa in cit.
observ. 196. num. 6.* & docet *Afflict. decis. 56.* ubi
Ricc. in addit. post *Novar. in praxi elect. & variat. fori, sect. 4. q. 61. num. 23. in fine, & seqq.* qua-
13 tuordecim adducit modos, quibus privilegium
potentiùs esse cognoscatur, quorum primus est,
14 cum unus agit de damno vitando, alter verò
de lucro captando, tunc enim potior est illius
causa, qui de vitando damno agit, confirmat
*Tiraquell. in d. tract. privil. 26. limitat. 1. in fine
Covarr. in cap. possessor, de reg. Iur. in 6. §. 2. nu. 4.
Fontanell. in tract. de pact. nupt. claus. 4. glos. 12. n.
104. & seqq. Reg. Galeota in controv. 71. lib. 2. Gironda in tract. de explicat. privileg. n. 271. & 288
Reg. de Tapp. in l. fin. ff. de constitut. Princip. cap.
8. num. 9. Reg. Rovit. d. decis. 90. num. 12. & 14.*
15 Vnde licet accessorium regularitèr cum principali paritèr concurrat, eiusque sequatur naturam, *l. etiam 8. C. de Iur. dot. & in cap. accesso-*
16 *rium 42. de reg. Iur. in 6.* hoc non procedit, cum
in principali de damno, in accessorio verò de
17 lucro ageretur, quia tunc diversa militat ratio
18 in utroque, & potentiùs est Ius principalis in
quo de damno vitando tractatur, ut ex *Cravet.
Menoch. & Tusco* deducit *Barbosa in axiom.*
19 *Iur. 4. num. 10.* licèt iactura lucri radicati, &
incorporati pro damno habeatur, ut ex *Cyno,
Baldo*, & alijs firmat *Costa in tract. de facti scien.
& ignorant. inspect. 39. num. 12.* sequitur *Mantica in tract. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit.
16. nu. 4.*
20 Secundò quamvis donatio absenti facta non
valeat, *l. absenti 10. ff. de donat.* nisi aut ipse sci-
21 verit, ex quo tacita inducitur acceptatio, iuxta tradita per *Molfes. in Comment. ad Consuetud.
Neap. tomo 2. p. 4. in tit. de renunciat. q. 1. num.
19. in addit.*, & per *Consil. Hodiern. in addit. ad*
22 *Surdi decis. 111. num. 15.* aut Notarius, cui tanquàm publicæ personæ permittitur pro alijs
stipulari, ex congestis per *Tiraquell. in tract. de
Iure constit. possess. p. 3. limitat. 30. num. 23.* præter alios celatum à *Gabriele in lib. 3. commun.
conclus. in tit. de verb. oblig. conclus. 1. num. 95.* si-
23 ve etiam alter extraneus pro donatario absen-
te

ts stipuletur, ac donatiooem accipiat; ut post
Reg. Rovit. in decis. 85. num. 21. adnotavit *Reg.*
24 *Capyc. Latr. in decis. a. num. 24. lib. 1.* si de pura,
ac simplici donatione loquamur, nam si cor-
respectiva sit ad onus donatario iniunctum,
25 tanquàm ultro citroque obligatoria, donatarij
consensum omninò requirit, ex *Molin. a in tract.*
de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 66. & 69.
alijsque per *Molfes. in loco relato, num. 22.* Nihi-
26 lominus favore piæ causæ absentis valida est
donatio absque alia Notarij, vel alterios stipu-
27 latione: nã Deo facta intelligitur, qui ubiq; præ-
sens existit, ex pluribus à *Tiraq.* relatis *in tract.*
de privileg. pia causæ privil. 114. ubi *Ric. in addit.*
hanc sententiàm veriorẽ ostendit, quã sequun-
tur alij apud *Rubeum in practicab. resol. circa*
testamenta, cap. 23. à num. 128. ibique pro ea
bis iudicatum fuisse testatur in *Rota Romana*
sub num. 122. & confirmat *Barbosa in praalle-*
gato cap. 13. lib. 2. Iuris Ecclesiastici universi, nu.
28 *29.* licèt contrarium ex *Claro*, alijsque com-
munitèr esse receptum affirment post alios *Reg.*
de Marinis in lib. 1. resol. Iuris, cap. 89. num. 18.
Marotta in discept. forensi cap. 4. num. 43. & cum
29 acceptatione Notarij irrevocabilem reddi do-
nationem Ecclesiæ, vel pio loco factam tradit
alijs relatis *Molfes. in pracit. q. 1. num. 21.* ci-
30 tans præcœteris *Ricc. in collect. decis. 43. p. 1.* hoc
idem sentientem in donatione cuilibet alteri
absenti facta, ut ex ea irrevocabile ius donata-
rio quæratur, etiam ante eius ratihabitionem,
quod magis communitèr fuisse receptum ex
pluribus testantur *Amat. in lib. 1. variar. resol.*
cap. 30. num. 4. Consil. Paschal. in tract. de virib.
patr. potest. p. 1. cap. 8. num. 158. & p. 4. cap. 10. nu.
47. ac Reg. de Marin. in dict. lib. 1. resol. cap. 86.
num. 6. etsi contrarium voluerit idem *Molfes.*
31 *ubi supra in pracedenti num. 17. & seq. & in to-*
mo 1. eadem q. 1. à n. 70. quòd ex Notarij stipu-
latione donatario absenti ius quæratur, sed re-
vocabilitèr, ut licitum donanti sit revocare
donationem, antequam illam donatarius ra-
tam habuerit, quod ex pluribus etiam compro-
bavit *Marotta in prad. discept. 4. num. 18. cum*
32 *seqq.* dummodo eam donator, non tantùm ver-
bo, sed facto revocaverit, bona donata alijs do-
nando, vel tradendo, ut declarant *Thor. in com-*
pend. decis. Regni p. 1. in verbo donatio facta ab-
senti, & Consil. Hodierna in d. decis. Surdi 111.
num. 8. quem sequitur *Modern. addition. ad Pe-*
regrin. in tract. de fideicom. artic. 51. observ. 3.
33 *versic. tertius est casus,* & in donatione absenti
factà, & post eius mortem Ecclesiæ, nec pactum
in Ecclesiæ beneficium inhitum revocari posse
34 à donante, si Notarius fuerit pro Ecclesia cum
iuramento stipulatus, ex communi DD. senten-
tia firmat *Ricc. in praxi rer. Ecclesiastici fori, p. 1.*
resol. 23. sequitur *Thor. ad Tiraquell. in privileg.*
35 *piæ causæ 114.* sed hoc in omni donatione uni
facta, & post eius mortem alteri absenti proce-
dere videtur, ut pactum in tertij beneficium
36 appositum, etiam ante illius acceptationem re-
vocari non possit, si Notarius, aut alter ex con-
37 trahentibus fuisset pro illo stipulatus, ut ex
communi DD. sententia firmant *Anna in cons.*
32. num. 3. lib. 1. Amat. in praalleg. cap. 30. num.
21. Cancer. in lib. 1. variar. resol. cap. 8. num. 52.
ac quoque *Barbat. in propugnaculo veritatis* post
tract. de fideicom. personali cap. 7. num. 6. quini-
38 mò nec defuerunt alij, donationis irrevocabi-
litatem, absque alia Notarij, vel alterius stipu-
latione, & acceptatione firmantes, quos refe-
runt, & sequuntur *Reg. Merlin. in lib. 1. controv.*
forens. cap. 59. num. 5. & seqq. & in lib. 2. cap. 34.
num. 26. Andreol. in controv. forensi 292. num. 3.
39 *lib. 4.* quamvis arduam hanc esse, & perdiffici-
40 lem quæstionem, in qua pro utraque parte ex-
tat communis opinio, asserat *Consil. Hodierna*
ad Surdi decis. 209. in fine, & quidem conveni-
41 re videtur, ut Imperialis largitio ex dispositio-
ne *l. quoties 3. C. de donat. quæ sub modo* resul-
42 tans, quòd ex pacto inter donantem, & pri-
mum donatarium, utilis actio secundo dona-
43 tario quæratur contra primum, licèt cum eo
nullum negotium gestum sit, firmatam, & ir-
44 revocabilem illi producat actionem, quam
etiam non tantùm personalem, sed realem quo-
45 que, & hypothecariam oriri voluerunt, cum
Anton. Fabro, Reg. Merlin. d. lib. 1. controvers. 60.
num. 78. & seqq. Barbat. in d. cap. 7. nu. 77. cum
46 *plurib. seqq.* & hanc sententiam esse veriorem
in stricta disputandi ratione docuit *Consiliar.*
Arias de Mesa in lib. 3. variar. resol. cap. 50. nu.
47 *27.* tametsi in contrarium sit communis DD.
opinio, quam sequitur alijs relatis *R. Marcian.*
in lib. 2. disput. forens. cap. 51. n. 27.

48 Tertiò donatio omnium bonorum præsen-
tium, & futurorum, etiam iurata, non valet,
49 quia liberam testandi facultatem aufert, & vo-
tum captandæ mortis inducit, *l. stipulatio hoc*
modo concepta 61. ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact.
50 nisi reservata quantitate aliqua ad testandum,
51 in qua donans, verisimilitèr hæredem inve-
niat; unde nec debet excedere quantitas re-
52 servata vigesimam bonorum partem, ut exi-
stimat *Clar. in lib. 4. recept. sentent. §. donatio q.*
53 *19. versic. Secundò principaliter,* nec debet esse
54 modica, Iudicis arbitrio circumscribenda, *Vi-*
sconte in conclusionib. Iuris verbo. donatio om-
nium bonorum, Fontan. in tract. de pact. nupt. claus.
4. glos. 23. num. 3. Novar. q. forensi 150. num. 7. p.
1. Capon. in tract. de pactis, q. 31. num. 3. D. Alti-
marus in addit. ad Reg. Rovit. in cons. 86. nu. 16.
lib. 2. ubi tamen *num. 8.* post *Præsid. de Franch.*
Tiraquell. Thor. & alios ibi adductos, valere
55 ait, donationem omnium bonorum præsen-
tium, & futurorum Ecclesiæ, vel alteri pio loco
factam, per *text. in l. iubemus 14. C. de Sacros.*
Eccles. ad quod alia cumulant *Cald. Pereira in*
cons. 28. num. 5. & seqq. Barbosa in d. cap. 13. nu.
10. Tiraquell. de privileg. pia causa, privil. 160.
ubi *Therus, & Riccius in addit.* cum alijs addu-

ctis

ctis, per *D.Cutelli de donation.contemplat.matrimon.tom.2.discur.1.special.1.n.9.*
56 Quartò donatio facta extraneo, per super-
venientiam liberorum donantis in totum re-
57 vocatur, ex vulgat.dispositione *l.si unquam.*
8.C.de revoc.donat. super qua plenos ediderunt
58 Commentarios ex recentioribus, *Ripa, & Tira-*
quell. atque aliqua etiam adnotavit *Clar. in lib.*
59 *4.recept.sentent.§.donatio q.22.& 23.* sed si fue-
rit prædictæ legis dispositioni, specificè cum
60 iuramento renunciatum, aut filio prius nato
facta fuerit, vel filiæ pro dote quoad legiti-
61 mam tantùm filijs postea natis spectantem re-
vocatur, *l.si totas 5.C.de inoffic.donationib.* & per
Conf.Paschal.in d. tract.de patr.potest.p.1.cap.8.
62 *num.111.& seq. & num.115.* facta autem Ec-
clesiæ, vel piæ causæ nec in totum revocatur,
63 sed usque ad legitimam filiorum, ex communi
DD. sententia, quam refert *Tiraquell. de privi-*
leg.pia causa, privil.118. ubi *Thor.in addit.* alios
cumular, & *Clar.in d.q.23. num.2.* ubi tamen
64 dutem sibi videri air hanc sententiam, & con-
65 trarium, quòd in totum donatio revocetur, ve-
riùs existimat *Gennens.in practicabilib.Ecclesiast.*
q.294. quem refert, & sequitur *Rubeus in resol.*
21.circa testamenta, aliasq. dispositiones, num.
66 *137.& seqq.* ex conjectura ta mente, seu volun-
tate parentum pro filijs, quibus supervenienti-
bus Ecclesia, aut pia causa tenetur, saltèm in
67 foro poli bona donata restituere, ut post *Bero-*
um in cap.1.de Constitut.n.217. tradit *Vivius in*
cõmunib.opinionib.opinion.210.n.6.in fine, oã &
68 ea, quæ filio exhæredato sibi offeruntur, non
debet Ecclesia suscipere, per verba *Divi Augu-*
stini relata *in cap.fin.17.q.4.* quæ sunt huiusmo-
di. *Quicumque vult exhæredato filio hæredem*
facere Ecclesiã, quærat alterum, qui suscipiat, non
Augustinum, imo Deo propitio nullum inveniet,
69 etsi mortuos filios non habens, sed consangui-
neos pauperes extraneum divitem instituat hæ-
redem, mortalitèr peccat, cùm hæreditas sit,
70 quasi Iure naturæ debita filijs, & in eorum de-
fectum cœteris consanguineis, & ita hæres in-
71 stitutus mortalitèr peccare censetur, si hæredi-
tatem retineat, quam tenetur consanguineis
testatoris restituere, ut ex *Ricc. in decis.Curia*
Archiepisc.213. num.2.p.2. scribit *Rubeus in*
dictis resol.cap.73.num.84.& seq. quòd si contra
72 hoc pietatis officium, donatio bonorum fuisset
Ecclesiæ, vel piæ causæ procurata, non esset
pia, nec posset licitè retineri, quinimò esset
73 omninò ab Ecclesia, vel pia causa restituenda,
debenti de Iure succedere, ut argumento
text.in d.cap.fin.& in cap.constituit 20.qu.3. con-
sulvit *Iason in consil. 141. num. 16. & 17.*
lib.4. & confirmat *Rubeus in loco relato, cap.20.*
num.51.
74 Quintò licèt ob ingratitudinis vitium do-
natio facta revocetur, *l.fin.C.de revocand.donat.*
75 Est enim ingratitudo legibus exosa, quæ fon-
tem exiccat misericordiæ, *Ricc. in collect. decis.*
197. ubi refert carmina illa. *Nil magis avertit*
a Telluris amore. Quam scelus ingrata mentis,
quæ corde maligno. Muneris authorem nullo
76 *dignatur honore.* Donatio tamen facta Ecclesiæ
vel piæ causæ revocari non potest ob ingrati-
tudinem Prælati, vel Capituli, aut utriusque
77 ipsorum, quia censetur facta Deo, qui ingra-
tus esse non potest, ut ex communi DD. opinio-
ne deducunt *Clar.in d.§.donatio q.21.num.5.&*
Vivius in communi opin.218.num.8. quos refert,
& sequitur *Thor.in summa privileg.piar.causar.*
privileg.60. & confirmant *Ricc. in addit.ad Ti-*
raq.in privil.pia causa 158. in fine, Barbosa in
relato cap.13.n.19.
78 Sextò pia causa pro eius credito anteriore
avocat pecuniam posteriori creditori solutam
79 à communi debitore, quamvis bona fide con-
sumptam, ad instar fisci eodem privilegio gau-
dentis, per *l.pecunia 5.C.de privileg.fisci,* ut præ
cœteris in puncto tradiderunt *Gennens. in*
practicabilib.Ecclesiastic.q.602.Ricc.in praxi rer.
Ecclesiast.fori, p.2. resol.378. quos sequitur *Reg.*
de Marin.in lib.1.resol.cap.71.num.5. & in ad-
dit.ad decis.Reg.Revert.380.num.2. ubi loqui-
80 tur in Rev. Fabrica S.Petri de Vrbe, & in omni
81 Ecclesia, & pio loco, alios etiam casus ad-
missæ avocationis complectens, quam regula-
ritèr non permitti, ex *Afflicto in decis.190.* ali-
isque deducit, ne totus mundus litibus invo-
82 luatur. Et quia vigilantibus, & non dormienti-
bus Iura subveniũt, *l.pupillus 24.ff.quæ in fraud.*
creditor. cum alijs, per *Barbos. in axiom. Iuris*
83 227. licèt in pecunia liberata à Iudice fuisse
avocationem pecuniæ concessam in S. C. ex
50 *Adiudicatio pro quantitate plus debito petita, corruit in totum.*
51 *Utile per inutile vitiatur in individuis.*

CAPVT XXXV.

De Testamento nuncupativo, quod per solos testes probatur, quando perfectum esse dicatur, ut ex eo concedatur immissio ad intellectum *text. in l. hac consultissima 21. §. per nuncupationem. C. de testamentis.*

1 TEstatoris dispositionem in testamento nuncupativo (quidquid aliud in testamento in scriptis locum habeat) per solas testium depositiones probari posse, quamvis de illo testamentum, sive scriptura fieri consueverit, sancitum expresse reperitur in *l. hac consultissima 21. §. per nuncupationem, & in l. in testamentis 26. C. de testament.* ad quod etiam innumeros refert *Mascard. in tract. de probat. conclus.* 1358. *num.* 13.
2 & notat novissime *D. Alderisius in tract. de haredib. tit. 5. num.* 55. neque enim scriptura regulariter dici potest ad substantiam actus requisita; sed solùm ad illius faciliorem probationem confici solet, ut in *l. pactum, quod bona fide 17. C. de pactis, cum concord. per Consil. Gizzarell. in decis. 72. in princip.* & per *Consil. Hadiern. in add. ad Surd. in decis. 277. num. 12. & seqq.* nisi
3 in quibusdam casibus, post *glos. in cap. 1. §. postquam, de censib. lib. 6.* plenè collectis per *Albriat. in d. l. pactum, quod bona fide*, per *Riccium in collect. decis. 240. p. 2. Tassan. in suis eruditis observationib. iurisdictionalib. super pragm. de antephato, vers. 9. observ. 2. n. 6. cum seqq.*
4 Hoc adeò verum est, ut quamvis testator animum habuisset, quòd scriptura per Notarium de testamento nuncupativo conficeretur; illa procedit, non ut validior efficiatur testamenti substantia; sed ut per eam faciliùs clareat testamenti tenor, atque testatoris voluntas probetur, ut etiam possit eo casu per solas testium legitimi numeri depositiones probari, ita egregiè animadvertit *glossa in d. l. hac consultissima, § per nuncupationem, C. de testament.* quam postea sequuntur *Alex. Paulus de Castro, & alij* cõmuniter, ut per *Handed. in cons. 27. n. 17 lib. 1. Iul. Clar. lib. 3. recept. sentent. §. testamentum q. 4. in princip.* & post *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 2. tit. 12. num. 1.* determinat *Rota Romana in decis.* inserta *per Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 550. n. 42.*
5 Nuncupativè autem testatorem voluisse testari dicendum est, cum palàm coram septem testibus, proprio ore nominavit nomen hæredis, iuxta tradita in *d. § per nuncupationem, & in § fin. instit. de testament. & in l. haredes palàm*
6 *21. ff. de testament.* tùm etiam, quando non sunt apposita sigilla, & alia huiusmodi, quæ requiruntur in testamento in scriptis, vigore dictæ *l. hac Consultissima*. Tunc enim dicetur etiam testator nuncupativè testari, argumento *text. in l. non codicillum 14. C. de testa-*
7 *ment.* & patet ex utriusque testamenti forma relata per *Speculat. lib. 2. in tit. de instrum. edit. § compendiosè, n. 39. & seq.*
Ex quibus infertur ad pulchram facti controversiam in S.C. excitatam circa dispositionem quondam Francisci Tipaldi; fuerat enim iussu eiusdem testatoris, ultimam eius voluntatem proprio ore dictantis, coram testibus, atque Iudice ad contractus, scriptura per Notarium de testamento nuncupativo confecta, in quo instituto hærede Leonardo Tipaldo, Testatoris patruo, alijsque etiam legatis expressis; cum testamenti scriptura per Notarium deberet coram testatore, atque testibus legi, & publicari, perspectum fuit testatori Leonardum hæredem institutum abesse, quem tamen adesse stipulationis tempore cupiebat, ut omnia fierent cum eiusdem consensu, voluntate, & interventu. Tum etiam, ut ille ratam testatoris dispositionem habere polliceretur, cum oneri-
bus

bus in endem testamento relictis, Notarium,
& testes proinde rogavit, ut crastina die rever-
terentur pro stipulatinne testamenti facienda;
& interim oocte illa restator obmutuit, neque
amplius potuit, antequam ex præsenti vita mi-
graret, hne restamentum stipulari; Querebatur
de viribus testamenti præmissi.

Et quidem suppofito voluisse restatorem nuncu-
pativè testari, tàm ratione solemnitatis, quàm
voluntatis, omninò testamenrum prædictum
atque voluntatem testatoris, perfectam indi-
cari debuisse, atque propterea stante testa-
mento ipso per restium depositinoes legitimè
probato, immissinnem concedendam omni iu-
re fuisse ad beneficium Leonardi prædicti hæ-
redis institnti, ex *l.fin. C.de edicto Divi Adria-
ni tollendo*, indubitantèt, ex præmissis consta-
re videbatur.

8 Solemnitatis verò defectus argui non poterat
in testamento prædicto, ex quo oon fuerat co-
ràm testibus postea lectum, & publicatum, per
notata in *l.fideicommissa* 11.§.1. *ff. de legat.* 3.
9 quia hoc locum habet, quando quis probare
vellet testamenrum per scripturam, sive per
instrumentum, quo casu, cum publicatio sit de
solemnitate instrumenti, alitèr absque lectura,
& publicatione probare non posset, & ita lo-
quitur *Alex.in conf.*177.*num.*7.*lib.*2. quem
sequitur *Afflict.in decis.*25.*num.*4 sed quando
testamentum probatur per testes de publica-
tione Notarij, non est curandum, neque su-
spensio publicationis testamenti suspendere
potest voluntatem testatoris, argumento *text.
in l.cum pater* 79. §.*fin.ff.de legatis* 2. docent
post alios innumeros *Covarr.in cap. relatum* 1.
*num.*11.*versic.Tertia conclusio,de testament.Me-
noch.in conf.*45.*num.*19.*lib.*1. *Marta in voto* 8.
10 *num.*3.& 21.& quamvis non adfuisset clausu-
la *Actum &c.* in testamentis apponi solita ad
ostendendam illorum perfectionem, non ta-
men propterea, necessariò consequebatur, quòd
manserit testatoris voluntas imperfecta, ut post
*Cornenm in conf.*226.*num.*5. *lib.*3. probat *Me-
noch,in conf.*224.*n.*34.*lib.*3.

Neque etiam, ex quo non constabat de ro-
gitu testium, qui de testamento deponebant,
dici poterat hoc testamentum corruere. Primò
quia cum fuerit instituta persona Testatori
11 valdè dilecta, huiusmodi amor, & dilectio vim
habent clausulæ codicillaris, ut post *Bald.in l.
si Iure,per gloss.ibi C. de testam. manumissis, Ro-
man.& alios* relatos per *Grammatic,in decis.*62.
*post num.*26. elegantèr docuit more suo *Tira-
quell.in tract.de pœnis temperand.causa* 22.*num.*
12 27. Clausula verò codicillaris operatur, ut
omissio rogitus testium non vitiet restamen-
tum, ut in terminis, voluit *Boerias* omninò vi-
dendus *in decis.*34.*num.*9.& 11. quem sequun-
tur *Mascard.de probat.conclus.*1260.*num.*6.*Fa-
rinac.in tract.de testibus,q.*62.*limit.*7.*sublimit.*7.
*num.*151.dilectio autem testatoris, maxima er-
gà hæredem institutum bene colligebatur ex
testium depositionibus asserentium, restatorem
plurìes in vita dixisse, se non habere consan-
guineum ipso Leonardo dilectiorem, quem
volebat in omnibus eius bonis hæredem relin-
quere, idque etiam ostendebat noluisse testato-
rem absque illius interventu, testamentum sti-
pulari, ut infra.

Secundò de rogitu omnium testium in ge-
nere duo restes deponebant, atque duo alij de
rogitu particulari in eorum personas; & nihilo-
13 minus est indubitatum, posse huiusmodi rogi-
tum per duos restes probari, etiam in testamen-
tis, per *gloss.in l.*2.*in verbo Deferri potest, C.de
bonor. possess.secund.tab.* quam ibi sequuntur
Bald. & post *Iason. Alex. Decium*, & alios do-
cuit *Farinac.* in loco relato *num.* 159. *Sardus*,
qui alios cumulat *in conf.*414.*num.* 24. *lib.*3.

Reliquum erat ostendere, testamentum præ-
dictum, nedum in solemnitate non defecisse,
verùm neque in voluntate testatoris, siquidem
omnes testes duobus solùm exceptis, & quidem
numero octo deponebant de testatoris dispo-
sitione, amplius asserentes, testatorem distulis-
se scripturæ lecturam, & publicationem pro
die sequenti, ex quo ibi non reperiebatur Leo-
nardus Tipaldus hæres institutus, quem testa-
tor adesse cupiebat tempore stipulationis; quā-
vis autem morte præventus non potuerit stipu-
lationem adhibere, non propterea defectus vo-
luntatis considerari poterat: nam in terminis
14 DD.dixerunt, quòd quando restator suam vo-
luntatem, coràm Notario, & testibus integrè
declaravit, & postea eisdem Notario, & testi-
bus dixit; non faciatis aliud usque ad crasti-
num diem, & eos rogavit, quòd iterùm rever-
terentur; si tamen morte præventus non fuit illud
stipulatus, non propterea nullum esse testa-
15 mentum, quamvis testator dixerit, velle ali-
quid addere, vel detrahere, fuit opinio origi-
naria *Ruini in conf.*15.*lib.*2.sequuntur *Vrsill.ad
Afflict.in decis.*143.*num.*8. *& alij* innumeri per
Martam in voto 8.*num.*7.per *Gratian.lib.*2. *di-
scept.forens.cap.*220.*num.*28. & *Cons. Paschal.*
qui de magis communi testatur *in tract.de vi-
rib.patria potest.p.*2.*cap.*8.*num.*65. *& num.* 66.
vers.& hanc conclusionem.

16 Non obstat *l.si quis cum testamentum* 25.*ff.
de testament.* ubi quando testator morte præ-
ventus, non potuit perfectè disponere, illius
dispositio tanquàm imperfecta vitiatur: quia
procedit, quando in eadem confectione testa-
menti testator erat alia dicturus, secùs si reser-
vabat aliud tempus; talis enim reservatio, non
arguit imperfectionem voluntatis; quinimò te-
17 stamentum dicitur perfectum, ex quo tunc te-
stator nihil aliud erat dicturus de præsenti, ut
considerant relati DD. præsertim *Vrsill, Gratian.
& Paschal.in præcitatis locis.*

18 Quibus omnibus opitulabatur, voluntatem
testatoris in dubio præsumi completam, & ab-

Q so-

solutam, & quòd dicenti contrarium, incumbat onus plenè probandi, ut alijs relatie voluerunt *Menoch.in conf.*224. *num.* 16. *lib.*3. *Gratian. discept.forens.lib.*3.*cap.*550.*num.*53.& facit *text.in d.l.si quis cum testamentum*, quem ita ibi intelligunt *Bald. & Imola*, alijque varijs in locis.

19 Præterea testatoris voluntas perfecta dicebatur, tùm quia fuit tota ab eo declarata, eamque totam testator habuit pro declarata, ex traditis per *Bartol. in d.l.si quis cum testamentum,num.*3. tùm etiam, quia si cum testator
20 amicos, & testes in testamento faciendo convocaverit, etiam si per verbum *vole* dispofuisset
21 dicitur perfectè dispofuisse, non autem se præparavisse ad testandum, ut per *text.in l.Pamphilo* 37.§.*propositum,ff.de legatis* 3. docuit post *Bart. & alios, Ruin.*in relato *cons.*15. *num.* 10. *lib.*2. quantò magis hoc erit dicendum in casu nostro, in quo nedum testator amicos,& testes in testamento convocavit, verùm etiam Notarium de testamenti scriptura rogavit.

Cum igitur ipse Testator habuerit suam dispositionem pro absoluta, & perfecta, quamvis
22 dixerit,se velle dictum eius pattuum hæredem institutum consulere, ne ægrè ferret absque illius interventu testamentum stipulari,non ideo ex voluntatis defectu testamentum vitiabatur, prout ita nominatim declarando consilium *Pauli Castrens.*450.*lib.*2. tradidit *Cens. Paschal. in d.cap.*8.*n.*66.

Insuper fuerat probatum per testes tres, in eorum depositionibus contestes,testatorem eadem nocte,qua infirmitate gravabatur, conquestum fuisse, atque Gabrieli eius famulo formalia verba dixisse:*ohimè moro, e non hò fatto stipulare il mio testamento*,inter quos adest idem
23 Gabriel; etsi per indicia probetur testatorem in eadem voluntate perseverate velle, ut docet *Bart.in l.fideicommissa* 1 t. §. *si rem ff. de legatis*
24 3.à fortiori per duos testes probari poterit, & regularitèr declaratio coniecturatæ voluntatis testatoris per duos testes probatur, ut per *Alexandr. & alios* pro regula constituit *Vrsill. ad Afflict.in decis.*44.*num.*21.& *Surd.in cons.*414.
25 *n.*67.*lib.*3. & quòd etiam ex dictis extra testamentum testatoris voluntas declaretur, & probetur, firmant *Ruin.in cons.*53.*num.*12. *ad medium lib* 4. alijque relati per *Mascard. de probat.conclus.*1422.*num.*38. tùm etiam ex Testatoris maxima dilectione erga Leonardum hæredem institutum, voluntatis perseverantia deducitur;cum plurièes in vita dixerit testator, se illum habere pro dilectione omnium consanguineorum, eumque velle hæredem testamento relinquere, ut ex testium paulò ante commemoratorum depositionibus plenè con-
26 stabat;neque novum est coniecturam voluntatis testatoris potissimam ex affectione desumi, ut per *Roman.in cons.*179.*n.*21. & per *Reg.Revit.in cons.*40.*num.*17.*lib.*1.

De Notarij autem depositione nulla erat habenda ratio,dum dicit testatorem dixisse:*venite domani matina, che ci voglio pensar meglio questa notte*,ex quo videbatur, nò habuisse testatorem hanc suam voluntatem pro perfecta,& absoluta;nam ad hoc.Primò respondebatur,quòd etsi testator dixerit,se cogitare velle, intelligendum erat pro validitate testamenti non habuisse intentionem addendi, vel detrahendi circa substantiam,& hæredis institutionem; sed circa legata, & alias dispositiones, quod potuisse etiam per Codicillos testatorem agere, est indubitatum, quo casu, quamvis expressè dixisset, quòd erat reverterentur, quia volebat
27 aliquid addere, vel detrahere, nihilominus tanquàm perfecta voluntas sustinetur, ut iam diximus, ex *Ruino, alijsque* de magis communi testantibus.

Secundò, quia cum testator non cogitans se fore nocte illa decessurum, neque aliud impedimentum evenire posse credens, Notario, atque testibus dixisset:*che tanta prescia, volete che mora questa notte*, cumque Notarios iterum testatorem pertinacitèr interrogasset, an stipulari vellet, iam quòd aderant testes in numero opportuno? ut illius molestiam testator effugeret, iterum coactus fuit respondere:*venite domani matina, che ci voglio pensar meglio questa notte*, ut ex eiusdem Notarij depositione clarè liquebat.

Testiò,cum ex alijs testibus fuerit plenè probatum principalem differendæ stipulationis causam, fuisse absentiam hæredis instituti; quamvis postea testator dixisset, se cogitare
28 velle, non intelligebatur incontinenti suam correxisse voluntatem, contra *l.non ad ea* 48.*ff. de condit.& demonstrat.*

Quartò, cum Notarius in hoc dicto fuerit unicus, ex quo nullus alius dicit,tale quid audivisse à Testatore, nihil probet, ut *in cap. veniens ad nos* 10.*& in cap.licet universis* 23.*extra*
29 *de testib.*& unicus testis nullam inducit pro-
30 bationem, quamvis præclaræ Curiæ præfulgeat honore, sunt verba *text.in l.Iurisiurandi* 9.
31 *C.de testib.*Notarium verò testem unicum nihil probare ad arguendum voluntatis imperfectionem in testamento, docuit in puncto *Rota Romana* apud *Gratian.lib.*3. *discept. forens.cap.*
32 550.*num.*54.vel ad plus dictum unius Notarij æquivaleret dicto duorum testium, ut per *Gramatic.in decis.*60.*num.*11. & alios per *Farinac. in tract.de testib.q.*65.*p.*3.*num.*385.cum tamen contra Notarium octo testes de contraria testatoris voluntate deponerent, & cum adfuissent alij testes in numero opportuno, & Nota-
33 rius contradicens, non erat unus ex testibus necessarijs ad testamentum, non obstante illius contradictione, standum erat dicto plurium,ut est *glossa in l.*1.§.*si quis neget, ff. quemadmod.testam.aperiant.* & post *Bart.& alios* declarant *Surd.in consil.*414.*num.*29. *in fine lib.*3. *Menochius*

chius de Arbitrar. Iudic. casu 105. *num.* 11.

Quatenus verò Notarius deponebat, scriptura testamenti confecta, tempore, quo facienda erat illius stipulatio, numeratis testibus unum defecisse, quem postea vocaverunt, non concludebat, numerum opportunum, tempore quo scriptura conficiebatur, defecisse, dum octo testes de testamento deponentes à proprio testatoris ore hæredis institutionem, cæteraque legata audivisse referebant.

Decimus etiam testis non contradicebat, ex quo testatorem trium luminum causa, quæ sibi fuerant ante oculos allata, dixisse asserit: *levate, levate queste candele; che hò da morire questa notte? poi lo fareme dimani*, neque enim ex hoc imperfectam testatoris voluntatem, quinimò perfectissimam ostendebat, nec aliorum depositionibus adversabatur, qui dilatæ stipulationis causam absentiæ hæredis instituti testatorem tribuisse affirmabant; cum etiam verum sit,
34 testes concordandos esse etiam per multiplicationem actuum, atque ita præsumendo pluralitatem factorum ad inducendam probationem, & ne videatur sibi contradicere, ut de communi *DD. sententia*, testatur *Farinac. in relato tract. de testib. q.* 65. *p.* 2. *num.* 38. *&* 88.

35 Sumenda igitur erat interpretatio pro conservatione, & validitate testamenti, tanquàm
36 favorabilior, & in qua publica utilitas versatur, ut dicit *Ruin. in sæpè citato cons.* 15. *nu.* 17. *lib.* 2. plenè per *Surd in cons.* 424. *num.* 101. *vol.* 3. & per *Menoch. in cons.* 224. *n.* 32. *lib.* 3.

Nihilominus sub die 5. Iunij Anni 1635. fuit
37 in S.C. Neap. declaratum, contra ponderata, hæreditatem spectavisse, & spectare Aureliæ Romenæ testatoris matri ab intestato, nulla
38 habita ratione prætensi testamenti, ad relationem *D. Hectoris Capyc. Latro Regij Consiliarij*, & Æquitis omni laude dignissimi, postea ad officium Regentis Regij Collateralis Consilij promoti, & Marchionis titulo Terræ Torelli decorati. Actuarius Solarius.

Potissima decisionis causa esse potuit, quia testator animum ostenderat, se omninò voluisse, testamenti stipulationem adhibere, quo ca-
39 su nulla redditur dispositio, deficiente stipulatione: quamvis enim testator potuisset absque hac solemnitate testari, quia tamen illam
40 adhibere voluit, constare videbatur, non habuisse voluntatem suam pro perfecta, & abso-
41 luta, sed potius se preparavisse ad testandum, ad quod optimè conferunt tradita per *Paul. Castrens. in cons.* 75. *lib.* 1. per *Decium in cons.* 159. *num.* 4. *lib.* 1. per *Surd. in decis. Mantuan* 192. aliosque longa manu recollectos per *D. Rovit.* quem postea vidimus *in* 2. *vol. consilior. nuper impresso in cons.* 41. *num.* 9. quæ si vera sunt, pro ut
42 verissima sunt omninò affirmanda, iustissima fuit Sacri Consilij decisio, pro ut eam noviter defendit idem *D. Capyc. Latr. in doctissimis eius decisionib.* postea impressis *decis.* 7. in hac eadem causa edita, quam postea sequitur *Consil. Hodierna in add. ad decis. Surdi* 192. *in fine.*

43 Quibus accedit solemnitatem ineptè servatam, quæ tangit vires actus, nullum reddere actum, licèt non fuisset ab initio requisita, iuxta not. in *l. fin. §. sin autem aliquis hoc fecerit, C. de Iure delib.* & *in l. fin. C. de pact. convent.* ut per *Felyn. in cap. cum ordinem, num.* 1. *& seqq. de rescript. Caccheran. in decis. Pedemont.* 101. *nu.* 31. *Præsid. de Franch. in decis.* 560. *Cons. Staibun. in lib.* 1. *resol. forens. cap.* 68. *num.* 40. *& seqq.* ubi
44 etiam *num.* 45. loquitur in specie de testamento in scriptis præparato, ut non possit absque stipulatione, tanquàm nuncupativum sustine-
45 ri, neque tunc actum valere posse, ultra intentionem agentis plenè probat *Cancer. in lib.* 2. *variar. resol. cap.* 6. *num.* 14. *& seqq.* & in præcedenti *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 213.

Ex hoc aliàs in facti contingentia inferebatur Notarium, qui contrahentium personas expressit, sibi cognitas esse ex relatione ab altero ex contrahentibus habita, in cuius beneficium contractus resultabat, & quia ita se cognominari fecerunt nullitèr fuisse stipulatum, quamvis hoc absque illa expressione facere
46 potuisset, cum regularitèr non teneatur Notarius, sicut testis cognoscere contrahentes, & sufficiat illos cognoscere, quia in ipso instrumenti tempore, se ita vocari faciant, ut per *Præs. de Franch. decis.* 261. *num.* 1. *Surd. in cons.* 473. *à num.* 18. *lib.* 4. *Gratian. in lib.* 3. *discept. forens. cap.* 497. *num.* 4. *& in decis. Rota Marchiens.* 216. quorum aliquos recenset *Tasson. super prag. de antephato vers.* 91. *observat.* 3. *num.* 35. & ex alijs comprobant *Dom. Consiliar. Petra super Ritib. M. C. V. tom.* 2. *rit.* 166. *num.* 24. *D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observ.* 116. *n.* 2. *cum seqq. & D. Romaguera in addit. ad Conciol. super Statut. Civit. Engubij, lib.* 2. *rubr.* 35.
47 *num.* 23. ita Iudex qui non tenetur in sententia causam exprimere, si illam exprimat, sed ineptam, aut falsam, sententia irritatur, ut ex *Innocentio, & alijs in cap. in præsentia de renunciat.* probat *Felyn. in d. cap. cum ordinem nu.* 2. etiam
48 si vera in parte sit, & in parte falsa, dummodò
49 fuerit in sententia expressa, ad differentiam decreti, quod ex falsa causa, etiam non expressa vitiatur, ut post *Bart. in l. Seia* 16. *num.* 3. probat *Consil. Arias de Mesa in lib.* 1. *variar. resol. cap.* 7. *num.* 8. ubi etiam *num.* 9 infert adiudi-
50 cationem factam pro quantitate plus debiti petita in totum corruere, de quo ultra quamplurimos ab eo relatos *Capyc. in decis.* 51. *num.* 1. *&* 2. *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de appellat. num.* 2. *& Reg. Sanfelic. in praxi iudic. sect.* 60. *num.* 45. ra-
51 tione individuitatis, cuius causa utile per inutile vitiatur, ut post *Intrigliol. in decis.* 46. *num.* 2. *& seqq.* alios adducit *Consil. Hodierna in addit. ad Surd. in decis.* 14. *n.* 2.

52 Sed ubi duplex causa exprimitur in sententia, vel actu, altera ipsarum deficiens, quæ

ſtantur uterque *Anna in d.ſingul.*204. *Reg.Ca-
pyc. Latr. in deciſ.*43. *lib.* 1. & alijs in locis à
Gizzio adductis in *addit.ad dictam deciſ.*& de-
mùm *Conſiliarij Pratus*, & *Hedierna* ille in
*practic.obſerv.cap.*17.*num.*10. & *ſeq.* hic *in ad-
dit. ad Surdi deciſ* 306.*num.*4.& 5.ac *Reg.de*
18 *Marin.lib.*2.*reſol.cap.*61.*num.*1. ubi hoc am-
pliat in ceſſionario creditoris cum aſſenſu, ſu-
per ceſſione obtenta, aſſenſum non habentis,
ut adhùc ſit in pecunia ex feudo redacta credi-
19 toribus ſine aſſenſu preferendus;maximè ſi fuit
à cedente conſtitutus procurator in rem pro-
20 priam, quo caſu poteſt omnia, quæ cedens ip-
21 ſe, & etiam ſuper feudo in vim mandati agere,
tanquàm cedentis procurator actione hypo-
thecaria, quæ omnia confirmat idem *Reg. de
Marin.in addit.ad deciſ.*9.*Reg.Reverterij*,quod
etſi locum non haberet, contenderet *Gizzius in
d.add.ad deciſ.*43.*Reg. Capyc. Latr.num.*8. cum
22 ceſſionarius, non ut procurator in rem pro-
23 priam, ſed uti ceſſionarius egiſſet;tamen con-
trariam S. C. ſententiam bis reportaviſſe teſta-
tur, etiam in gradu reclamationis, idemque
prius fuiſſe in alia cauſa iudicatum in eodem
24 S.C. & ratio eſſe potuit, quia pecunia ex re
feudali perventa penès creditorem cum aſſen-
ſu, cui ſolvenda venit,non dicitur feudalis, &
tantominùs, quando venit eius creditori, vel
25 ceſſionario liberanda, qua ratione inter credi-
tores creditoris ſuper feudo anterior etiam abſ-
que aſſenſu, eſt in ea,tanquàm allodiali, præ-
ferendus,ut ex *Reg.de Franch.in deciſ.*75. *num.*
7. & alijs declarat *Conſiliar. Hodierna in loco*
26 *relato num.*6. quod qualitèr procedat? viden-
dus eſt *Reg. Capyc.Latro in conſult.*56. *lib.*1. &
*D.Conſiliar.Petra ſuper Ritu M.C.V.Neap.*244.
*à num.*14.

27 In particularibus autem iudicijs, pro ſingu-
lari ſcilicèt actione, propoſitis pretium rei lo-
co non ſuccedit, ut in regula adnotavimus,
28 niſi partes alitèr convenerint, *Surd. in deciſ.*
306.*num.*18. & poſt eum *Viſcente in ſuis con-
29 cluſionib.in verbo.Pretium*,ubi limitat etiam in
ſubſidium contra poſſidantem ex cauſa non
onoroſa, ſed lucrativa, ut pretium tunc ſucce-
dat loco rei, ad quod plures allegat noviſſima
additio *ad Molin. in relata cap.*4. *nu.*24. Vnde
30 re prempta, aùt præſcripta, vel eius forma
31 mutata, ſive cum alitèr ſuper ea non eſt cre-
32 ditori conſultum, actionem ſuper pretio com-
petere, ex *Ang.in l.in prædijs* 7.*ff.quib.mod.pign.
vel hypoth. tacitè contrahit.*ex *DD. in l.Impera-
tor* §.*cum quidam*, & alibi tradit *Gratian.in lib.*
2.*diſcept.forenſ.cap.*25.*num.*12.& probat *Coſta
in tract.de remed.ſubſidiar. remedio* 61. *in fine*,
33 idque etiam in particularibus procedere ex
*Praſ.de Franch.in deciſ.*64.*num.*17. & alijs de-
ducit *Conſiliar. Hodierna ad Surd. d.deciſ.*306.
*num.*1.

34 Sed res non ſuccedit loco pretij,tàm in par-
ticularibus, quàm in univerſalibus iudicijs, *l.ſi
ita fideiuſſorem* 43 *ff.de fideiuſſorib.l.ſed & ſi le-
ge* 28.§.1.ubi notat *Bart.ff.de petit.hæredit.*& de
utroque *Reg.Merlin.in pract.cap.*90.*num.*21.
35 & 32.à fortiori res empta ex pretio alterius
rei venditæ in eius locum non ſubrogatur, ut
36 ibi *d.num.*21. ubi loquitur in re ex pretio rei
hæreditariæ empta ut non ſit hæreditaria,ex
37 *d.*§.1.& *num.*15.& 30.*cum ſeqq.* rem ex pretio
rei antiquæ venditæ comparatam, antiquam
38 non cenſeri profitetur, nec diſpoſitioni Nea-
politanarum Conſuetudinum ſuper antiquis
bonis ſubiacere, ut etiam tradit *Capyc.in deciſ.*
194.*à num.*16. & tuentur *Reg. Rovitus conſil.*
100.*num.*16.*tom.*1.*Reg.de Ponte de poteſt. Pro-
reg.tit.*9.*num.*16.& 17. *Reg.de Marin.tom.*1.
*quotid.reſol.cap.*70.*à num.*22.cum alijs,quos ſe-
quitur *D. Sceppa in obſervat.ad deciſ. Gratian.*
39 95. *num.*14. quidquid alij contrarium ſenſe-
40 rint, niſi fuiſſet in eius locum tacitè, vel ex-
preſsè ſubrogata, ex ibidem relatis *num.*27.
29.& 32.idem eſſe ait *num.* 33. in re empta ex
41 pretio rerum priori venditori obligatarum,
ut non remaneant obligata, ad quod alios re-
fert *Mercurialis Merlin.in tract.de pignorib.lib.*
42 2.*tit.*1.*q.*51.*num.*18. alioquin duplex fictio in
eodem ſubiecto admitteretur, contra notata
in *l.*1.*ff.de uſufructu legato*, & *in l.*1.*C.de dotis
promiſſ.*ac per *Afflict.in deciſ.*299.*num.*26.præ-
43 ſertim cum ex eodem fonte utraque deſcendat,
iuxta tradita per *Bartol.in l.ſi is,qui pro empto-
re num.*71.*ff.de uſucap.*& *Tiraquell.in tract. de
Iure conſtit.poſſeſſ.p.*2.*ampliat.*26.*num.*8. & 10.
44 & quia tendunt ad unius tantùm perſonæ cō-
modum, & beneficium, non autem diverſarum
perſonarum,nequa duæ fictiones admittuntur,
quamvis ex diverſis fontibus procedentes, ut
poſt *Bart.*& *Iaſon.* declarat *Tiraquell. ibidem
num.*11.quem ſequitur *Reg.Galeota in lib.*1.*con-
trov.cap.*26.*n.*20.

45 Et proinde cum hæres ex pretio corporis fi-
deicommiſſo ſubiecti per eum venditi, rem
aliam emit, non cenſetur illa res in fideicom-
miſſi locum ſubrogata, niſi tamen de tacita
46 vel expreſſa ſubrogandi voluntate appareat,
47 quia tunc in fideicommiſſarij eſt electione rem
alienatam, aut emptam petere, vel illius pre-
tium, ut apertè probatur in *d.l.ſi & rem, & pre-
tium*, atque ita ex *gloſſa*, & *DD. in d.l.Imperator*
§.*fin.*& *in d.l.ſed*, & *ſi lege* §.1. alijſque innume-
ris apud eos relatis, oſtendunt *Peregrin. in de-
ciſ.*2 *num.*10.*Fuſar.in tract.de ſubſtitut. q.*627.
*num.*45.& *ſeqq.Gaitus in tract.de credito cap.*4.
*num.*1419.ubi etiam *num.*1430.*uſque ad* 1440
48 plenè probat, quando ſumus in dubio, idem
eſſe dicendum, præſertim cum hæres vendendo
49 prædium hæreditarium,ſtatim recepto pretio,
illud in alterius rei emptionem convertit, abſ-
50 que circulo alterius intervalli, quo caſu ex
51 temporis brevitate unum alteri ineſſe cenſeri,
atque rem illam emptam rei diſtractę ſubroga-
52 ti, etiam partibus nihil declarantibus,nedum
quo-

quando in universalibus sumus, ex *d.l.Imperator §.fin.* ubi *Bart.cum l.seq.ff.de leg.2.* verum
53 etiam in particularibus, ut docuerunt, post *Tiraquell in tract. de utroq.retractu in tit.de retractu consanguinit.§.32.gl.1.num.24. & seq. Andreol.in centrov.forensi 125. num. 15. & seqq. lib.2.Regens Capyc.Latr. & Merlin.*ille *in decis. 70 num.46.& seq.lib.1.* hic verò *in cent.2.controv.forens.cap.90.nu.40.* & post eos *Reg.Mercian.in lib.2.disput.forens.cap.74.n.e4.*

Quam *Tiraquelli* declerationem, licèt non esse valdè tutam, effirmet *Menoch.in cons.213. num.69.& seq.lib.3.* eam tamen emplecti videtur *in tract de arbitrarijs Iudic.lib.2.cent.5.casu*
54 *432.num.38.* sibi ipsi contrerius, ut observet *D.Marcian.in eadem disput 74.num.24.* verumtamen loquitur *Menoch. in relato cons.113.nu. 69.* in bonæ fidei possessore hæreditetis, cum quo à pari procedit hæres fideicommisso gravetus, ignorans se fuisse grevatum, ut ibi *nu.74.* sed in malæ fidei possessore, cui compereri hæredem restituere gravetum, fideicommissi non ignerum dicit *nu.77.* teneri illum effirmat, ad rei, ex pecunia emptæ, vel pecuniæ ipsius restitutionem iuxte fideicommisserij electionem, idque procedere, nedum in re empta ex pecunia immedietè hæreditaria, qualis est in erca defuncti reperta, ut ibidem *n.76.* verùm etiam in re empta ex pecuoia mediatè hæreditarie, scilicet pervente ex re hæreditarie vendita, cum utramque pecuniem hæreditariem esse subiungat *n.71. in fine*, quinimò megis esse hæreditatiem rem emptem ex pretio rei hæreditariæ, tenquàm quodammodo permutatam cum re hæreditaria, etque propterea eius naturam assumere, ex ibidem notatis post elios *num. 16.* quam rem aliam ex pecunia hæreditaria comparatam, quia pecunie ipsa in rem immutere suem naturam emittit, ex deductis *n.73.*

55 Et quod *Bart.* tradidit in *d.l.Imperator §.fin. num. e. in vers.si verè*, quòd si mala fidei possessor hæreditatis, cui similem in omnibus facit hæredem, scientem, se gravatum in *vers. Aut sciebat*, aliquid per circulum ex hæreditate hebuerit, ut quia res hæreditarias vendidit, & ex pretio alias comperavit, tunc in petitionem hæreditetis non venit, quòd comperenit ergumen.*l.Titium 48.§.alteref. de administrat. Tutor.& l.si patruus 4. C.communia utriusque Iudicij*, sed tenebitur, quasi dolo desierit possidere; hoc inquam *Bartoli dictum* duplicitèt erit intelligendum: Primò dummodo à receptione pretij ad emptionem, aliquod notabile adfuerit intervellum, cum enim immediatè ex pretio rei venditæ alia emitur, unum alteri censetur inesse, & proinde remanet electio fideicommissario, ut ex receptiori DD.sententia supra probavimus: Secundò intelligendum est *Bartoli dictum*, nisi pro hæreditete emptio facte fuisset, tacitè, vel expressè, secundùm *Imolam in eod.§.fin.num.5.vers.idem adde*. Tacitè enim, vel expressè eadem est in hoc virtus, ut ex alijs declaret *Surd.in decis.306. n.12.*

Vnde ex præmissis fuit aliàs à nobis consultum pro Ioanne Andrea Borrello, fideicommissum petente à quondam Antonio Borrello relictum proprietatem ducetorum 1450. super Arrendamento Olei, & Saponis huius Fidelissimæ Civitetis Neap. emptorum per quondam Paulum Burrellum hæredem gravetum ex pretio bonorum fideicommissi venditorum una cum eorum ennuis introitibus, in locum rerum elienetarum successisse, quia immediatè, & absque elio circulo pretium fuerat in emptionem conversum, & proinde confirmandum esse à S.R.C. Neep. in ceuse appellationis decretum M.C.V. quo fuerunt hæredes elienantis condemnati ad restituendum quentitetem liquidendam capitelis prædicti pro portione ad ipsum Ioannem Andream spectente, uti unum ex vocatis in fideicommisso prædicto, cum
56 etiam utilitèr agat fideicommissarius ratam habens alienetionem, & ad rem agens, ex pretio rei alienetæ emptam, neque dicitur in hoc, successori præiudicium generare, ut considerat regulariter *Molina d. tract.de Hispan.primogen.lib.4.cap.4.n.30.*

Sed ad hæc usque tempore decisio Sacri Consilij non emanavit. Processus est in Bance Lomberdi.

RERVM SVMMA.

1 *Testamentum iure gentium inventum.*
Eiusque forma in scriptis, & nuncupativè testandi à Iure Civili inventa, n.2.
3 *Testamentum in scriptis valet, etiam testibus ignorantibus, quæ in eo scripta fuerunt.*
4 *Testamenti in scriptis forma difficilis, atque periculosa.*
5 *Testamentum in scriptis est omnino à testatore, vel octavo teste subscribendum, alioquin est nullum.*
6 *Testes in testamento in scriptis intervenientes, puberes esse debent tempore conditi testamenti.*
7 *Testamentum in scriptis nullum redditur, si aliquis ex testibus necessarijs, ante aperturam testamenti decedat.*
8 *Testamenti in scriptis publicatio, & recognitio citatis venientibus ab intestato fieri debet.*
9 *Testamenti in scriptis solemnitates a testatore remitti non possunt, tanquam introducta ad falsitatem evitandam.*
10 *Testamenti in scriptis solemnitates in apertura, & publicatione testamenti solùm requiruntur in testamento per privatam scripturã confecto.*
Non autem in testamento, quod fuit tanquàm publica scriptura à Notario stipulatum, ut num.11.
Dummodò nulla suspicio cadere possit circa identitatem scripturæ, n.12.

Quia Notarius in eodem testamenti folio se subscripsit, non in alio, sive in exteriori coopertura testamenti, n.13.

14 *Immissio in possessionem bonorum haereditariorum vigore* l.fin.C.de Edicto Div. Andr.toll. *concedi non potest ex testamento in scriptis aliqua solemnitate carente.*

Et signantèr, si legitimus testium numerus deficiat, n.15.

16 *Testamentum in scriptis, non potest ut nuncupativum substineri, quando apparet voluisse testatorem in scriptis testari, & n.17. & 18.*

Maximè, quando solemnitates etiam in testamento nuncupativo requisita deficiunt, n.24.

19 *Clausula in testamento in scriptis apposita:* si non valet ot testamentum in scriptis, valeat ut nuncupativum, *potiùs de stylo Notariorum, quàm de voluntate testatoris adiecta censetur.*

Praesertim, quando non reperitur adiecta in corpore testamenti, sed in principio illius, ut num.22.

20 *Clausula in testamento in scriptis apposita:* quòd valeat omni meliori via, & modo, quo valere potest, *operatur, ut si non valet ut testamentum in scriptis, valeat, ut nuncupativum.*

Intellige, ut n.21.

21 Afflictus in decis.144. *declaratur.*

22 *Clausula in principio testamenti apposita, & non in corpore dispositionis, nihil operatur.*

25 *Testamentum nuncupativum pro sui validitate requirit haeredis nominationem à proprio testatoris ore factam coràm testibus.*

26 *Testes numero septem in testamento nuncupativo requiruntur, quorum aliquo deficiente, testamentum corruit.*

27 *Testes in testamento an probationis, vel substantiae causa requirantur? remissivè.*

28 *Testis impubes non admittitur in testamento nuncupativo.*

29 *Haereditas Codicillis directò dari non potest, sed solùm per fideicommissum.*

30 *Fideicommissarius universalis non habet immissionem, ex* l.fin.C.de edicto Divi Adriani tollendo, *antequàm sibi fiat fideicommissi restitutio.*

Quòd maximè procedit, quando per gravatum detrahenda est Legitima, Falcidia, vel Trebellianica, ut n.31.

32 *Immissio ex* l.fin. C. de Edicto Divi Adriani, *non conceditur, quando legitimus contradictor extat, nisi causa prius bene discussa.*

33 *Legitimus contradictor dicitur ad impediendam immissionem haeredis scripti, & summariam causae cognitionem, qui possidet bona haereditaria, & validum titulum allegat.*

Quinimò etiamsi non possideat, ut num.35.

Sed contra alij, n.36.

Intellige si paratus sit incontinenti de iure suo docere, & de vitio visibili testamenti obijciat, num.38. & 40.

Secundò intellige, dummodò titulum similem alleget alterius testamenti, & non titulum ab intestato, ut n.37.

Subintellige hanc limitationem, nisi aliquod vitium visibile testamenti obijciatur, ut n.38.

Ut si defectus numeri testium in eo requisiti opponeretur, n.39.

34 *Citatus in iudicio immissionis ex* l.fin.C.de Edicto Divi Adriani tollendo, *est legitimus contradictor ad impediendam immissionem.*

41 *Testamentum inter liberos valet absque solemnitatibus Iuris Civilis, & absque patris, aùt liberorum subscriptione, quando fuit à Notario stipulatum.*

Intellige, ut hoc privilegium testamenti inter liberos locum non habeat, quando liberi fuerunt à Testatore inaequalitèr instituti, ut n.43.

Praesertim, quando magna adesset inaequalitas, ut n.45.

Sed contrarium est magis communiter receptum, n.46.

42 *Privilegium testamenti inter liberos est introductum favore liberorum.*

Sed secundùm alios favore parentum, ut eis debita reverentia à liberis exhibeatur, n.47.

44 *Favore alicuius introductum, in eius odium retorqueri non debet.*

CAPUT XXXIV.

De Testamento in scriptis, ad differentiam nuncupativi, & quando ex eo denegetur immissio, ad *text. in l. hac consultissima 21.C.de testamentis.*

1 TEstamenti geotium Iure inventi, duplicem formam
2 à Communi Romaoorum Iure, introductam remansisse in scriptis, & noncupativè testandi, alijs consultò omissis, referunt *Clar. in lib.3.recept.sentent. §.testamentum, q.2. & 3. Bursat. in cons. 226.nu. 2. & 3.* de nuncupativo in sequenti capite, aliqua nunc de testameoto in scriptis agemus.

Cum itaque aliquis cupiat, ut nemo sciat, quae io oltima eius dispositione contineotur, eamq; nō nisi post eius obitum patefieri desiderat; suom in scriptis condere poterit testamentum,
3 atque ita valebit, testibus etiam ignoraotibus, quae io eo scripta fueront, dummodò plures adhibeaotor solemnitates, quibos valdè peri-
4 culosus redditor hic testandi modus, ex notatis in *l.hac consultissima 21.C.de testament.* de qoo plenè *Roland. à Valle in suo solemni consilio 36.lib.7.* & alij apùd *Cōsil. Paschal. de virib. patriae potest. p.2.cap.80.num.4. & 5. & D. Alderis. de haeredib. tit.5.n.32.*

Prae-

Præsertim verò ultra septem testium signa,
5 subscriptiones, atque interventum, propria te-
statoris subscriptio requiritur, aùt saltèm octa-
vi testia adhibiti loco testatoris scribere ne-
scientis, ut expresse cavetur in relata *l. hac
consultissima*, ubi etiam *in §. fin autem*, non sub-
scriptum, aùt non signatum à testibus modo
prædicto, testamentum pro infecto haberi san-
citur; id quod etiam expressè docuerunt *Af-
flict. in decis. 143. num. 1. Grammatic. in decis. 62.
in principio*, alijsque etiam relatis firmat pro
indubitato *Menoch. in cons. 313. num. 23. & seq.
vol. 4.* & novissimè declarat *D. Alderisius in cit.
tract. de heredib. cap. 5. ex n. 40.*
6 Testes autem, qui testamento prædicto se
subscribunt, puberes esse debent, scilicèt ma-
iores quatuordecim annis, iuxta formam in
eadem *l. hac consultissima* relatam, ubi DD. præ-
sertim verò *Paulus de Castro n. 1. & Iason n. 7.*
docuerunt, quòd testes debent esse puberes
tempora condiri testamenti, neque sufficit,
quòd puberes reperiantur tempore publicatio-
nis, per *gloss. in §. testes autem, in versic. neque
impuberes, instit. de testament.* ut etiam declarat
Farinac. in tract. de testib. q. 58. n. 8. & 65.
7 Sunt etiam omninò testium subscriptiones,
atque signa ab eisdem recognoscenda, tempo-
re aperturæ testamenti, ut si unus ex testibus
necessarijs ante aperturam testamenti decedat,
& propterea suam subscriptionem, & signum
recognoscere non possit, reddatur dispositio
nulla, ut post *Bart. in l. 2. ff. quemadmodum te-
stamenta aperiant.* tradiderunt *Soccin. in reg.
399. Roland. in relato cons. 36. nu. 1. lib. 1. Gram-
matic. in decis. 62. n. 8.*
8 Item in publicatione huiusmodi testamen-
ti, atque iuramento testibus deferendo super
recognitione testamenti, subscriptionum, &
sigillorum, citandi sunt venientes ab intesta-
to, ut per *Bald.* & alios *in l. publicati C. de testa-
ment.* & docent *Roland. in loco relato num. 11.
& 24. Menoch. in cons. 280. num. 22. versic. Se-
cundò requiritur, & versic. Quartò requiritur
vol. 2. & in cons. 313. num. 27. vol. 4. & in tract. de
adipiscenda possess. remed. 4. num. 660. Grammat.
in ead. decis. 62. nu. 4. Vrsill. ad Afflict. decis. 143.
num. 1. Reg. Rovit. decis. 95. sub num. 9. & Dom.
Alderis. in cit. tit. 5. n. 46*
9 Quaquidem solemnitates à Iure in testa-
menti prædicti apertura, atque publicatione,
requisitas, tanquàm introductas ad falsitatem
evitandam, neque à Testatore posse remitti,
refert iudicatum *Præs. de Franch. in decis. 429.*
quem refert *Reg. Rovit. in decis. 95. n. 15.* ubi ta-
men ex communi DD. sententia refert huius-
modi solemnitates in apertura, atque publi-
10 catione testamenti, solùm esse requisitas in
testamento, quod per privatam scripturam
conficitur, absque Notarij stipulatione; Sed
11 ubi requiritur testamentum à Notario tan-
quàm publica scriptura stipulatum coram te-
stibus in numero opportuno, nullam aliam
exigit solemnitatem in apertura, ex *glossa in l.
2 in verbo publicum, ff. quemad. testamenta ape-
riant.* quòd etiã ex cautela *Veronensis*, affirmat
Roland. in prææleg. cons. 36. num. 20. dummodò
12 nulla suspicio cadere possit circa identitatem
13 scripturæ, quia Notarius in eodem folio, in
quo scriptum erat testamentum, manu testato-
ris se subscripserit, & suum instrumentum pu-
blicum de consignatione confecerit; Secus
enim esset si Nutarius hoc fuisset in alio folio,
sive in coopertura exteriori testamenti, tunc
enim scriptura non esset indubitata, cum ex-
trahi potuerit, & alia inseri, ut in specie de-
clarant *Andreol. in controv. forensi 346. nu. 22.
& seqq. lib. 5.* & confirmant alij plenè relati per
*Carol. Anton. de Luca in noviss. addit. ad præd.
decis. Præsid. de Franch. 429 num. 3. & seqq.*
14 Testamentum igitur, in quo aliqua ex præ-
dictis solemnitatibus deficit, nullum redditur,
ut ex eo concedi non possit immissio, vigore
l. fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo, ut per
eumdem *Menoch. in locis relatis*, & per *Bursat.
in cons. 129. num. 104.* & signantèr ex defectu
15 legitimi numeri testium immissionem prædi-
ctam denegari, expressè cavetur in eadem *l.
fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo*, ibi: *ex dis-
positionibus testium legitimi numeri vallatum*, à
contrario sensu.
16 Neque testamentum, in aliqua ex solemni-
tatibus ut supra requisitis, deficiens, poterit
saltèm, ut nuncupativum sustineri, cum appa-
ret voluisse testatorem in scriptis testari, pro
ut post *Vasquium*, & alios de communi testan-
tes, probat *Menoch. in cons. 313. num. 37. lib. 4.*
& quamvia idem *Menoch. in consil. 575. lib. 6.*
post alios per eum relatos ab hac opinione
17 dissentiat; in Regno nostro nullo modo po-
18 test hæc opinio controverti, propter rerum
iudicatarum authoritatem, pluries enim fuit
in nostro S.C.Neap. recepta. Primò in causa il-
lorum de Martiali, ut refert *Afflict. in decis. 143.*
Itèm in causa illorum de Montella, ita fuit iu-
dicatum per maiorem partem Sacri, & Colla-
teralis Consilij, non obstante clausula: *si non
valet ut testamentum in scriptis, valeat, ut nun-
cupativum*, ut refert *Grammatic. in decis. 62. in
fine*, & iterùm hoc fuisse decisum de anno 1544
testatur *Vrsill. ad Afflict. in d. decis. 143. num. 5.*
quas decisiones dispersim colligit *Ioan. Baptista
de Thoro in compend. decis. Regni in verbo: Testa-
mentum.*
19 Quemadmodum nec operatur clausula in
testamento apposita; *si non valet ut testamentum
in scriptis, valeat ut nuncupativum*, tanquàm
de stylo potiùs Notariorum, quàm de volun-
tate testatoris, censeatur apposita, ex traditis
per *Grammatic. in relata decis. 62. num. 19.* quid
quid alitèr dicat fuisse decisum *Afflict. in decis.
144.* testamentum valere, ut nuncupativum
20 ex clausula: *quod valeat omni meliori via, &*
mo-

modo, quo valere potest. Illud enim fuit, quia in
testamento illo, quatuordecim testes se subscri-
21 pserunt, quamvis nullus dixerit, se subscribe-
re loco testatoris, numerus testium benè pote-
rat huius solemnitatis defectum supplere; id-
21 que fortiùs locum habet, si clausula illa non
fuisset addita, verbo communi, in corpore di-
spositionis, sed in principio testamenti adie-
13 cta, quo casu nullius redditur efficaciæ, ut post
Claudium de Seyssellis in l. ille a quo, §. non omnis,
ff. ad S. C. Trebell. pulchrè animadvertit *Ioan.*
Vincent. de Anna in alleg. 19. num. 27. quem se-
quitur in proprijs terminis *Consil. Paschal. in*
relato tractat. de virib. patria potestat. p. 2. cap.
8. num. 11.

24 Vbi tamen solemnitates, tàm in testamen-
to in scriptis, quàm in testamento nuncupati-
vo requisitæ deficiunt, est indubitatum, neque
posse, tanquàm nuncupativum sustineri, etiam
ex concessis per *Menoch. in d. cons. 313. num. 34.*
& in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 2. nu. 15.
25 putà si non fuit coràm testibus expressum no-
men hæredis, quod requiritur in testamento
nuncupativo, ut in *d. l. hac consultissima, §. per*
nuncupativum, C. de testament. & observat *Affl.*
in d. decis. 143. Menoch. in relato cons. num. 38.
26 vel unus ex septem testibus necessarijs defi-
ciat, ut in *l. si unus C. de testament.* omissa dispu-
27 tatione, an probationis, vel substantiæ causa
testes requirantur? de quo latè per *Iason. in l.*
nemo potest, in prima lectura, à num. 13. & in 1.
à num. 11. ff. de legat. 1. post *Alciat. in lib. 5. pa-*
radoxor. Iur. cap. 17. per *Mantic. de coniect. ulti-*
mar. voluntat. lib. 2. tit. 1. & seq. idem esset si ali-
28 quis ex septem testibus fuisset impubes tempo-
re conditi testamenti, qui non potest ad testi-
ficandum admitti, neque in testamento nun-
cupativo, ut *in §. testes autem, instit. de testa-*
ment. & per *Farinac. de testib. q. 58. n. 65.*

Clausula verò codicillaris neque testamenti
validitatem potest operari, ut ex eo conceda-
tur immissio per remedium *l. fin. C. de Edicto*
Divi Adriani tollendo, siquidem hæreditas di-
29 rectò Codicillis dari, vel adimi non potest; sed
solùm per fideicommissum, ut sunt vulgata
luta in *l. 1. ff. de Iure Codicillor. & in l. 1. C. de*
30 *Codicillis*, sed fideicommissarius etiam univer-
salis, antequàm sibi fiat fideicommissi restitu-
tio, non potest hoc remedio se iuvare; unde
communi DD. opinione testatur *Menoch. de*
adipiscenda possess. remed. 4. num. 166. & 173. &
novissimè ita refert iudicatum in S. C. Neap.
Reg. Rovit. in cons. 13. num. 17. & in fine lib. 1.
31 præsertim, quando per gravatum aliqua est
facienda detractio legitimæ, sive alterius quan-
titatis, iuxtà notata per *Pros. de Franch. in*
decis. 204. num. 28. & per *Surd. decis. 333. n. 8.*

Hæc omnia magis locum habent, si contra
hæredem ab intestato, qui bona hæreditaria
possideret, peteretur immissio, cum enim di-
spositio *l. fin. C. de Edicto Divi Adriani tollendo,*
32 locum habeat, cum nullus extat legitimus con-
tradictor, ubi quidem legitimus contradictor
extat, impeditur immissio, neque potest, nisi
causa prius benè discussa concedi, vel denega-
ri, ut in eadem *l. fin. in versic. sin autem contine-*
tur, idque etiam benè declarat *Menoch. in d.*
tract. de adipiscenda possess. remed. 4. num. 691. &
seq. & in cons. 180. num. 54. lib. 2. & legitimus
33 contradictor dicitur, quoad impediendam
summariam causæ cognitionem, qui possidet,
& allegat titulum validum, ut per *gloss. in l. 2.*
& fin. C. de edicto Divi Adriani, quam dicit com-
muniter à DD. teneri *Consil. de Georgio in alle-*
gat. 11. num. 24. circa finem, quinimò si aliquis
34 fuerit simpliciter à parte citatus in Iudicio im-
missionis prædictæ efficitur legitimus contra-
dictor, ut post *Bart. & alios* communiter ani-
madvertit idem *Menoch. in d. remedio 4. nu. 55.*
35 neque enim requiritur possessio, ut quis dica-
tur legitimus contradictor, sed sufficit, quod
liquidam adducat exceptionem contra peten-
tem immissionem, ex *d. l. fin.* ut quotidie practi-
cari in S. C. testatur idem *de Georgio in alleg.*
36 *47. num. 5.* tametsi *Reg. de Tappia in decis. 1. S.*
C. num. 39. dicat requiri possessionem cum bo-
na fide, & quòd incontinenti doceat de iure
suo, ut valeat veniens ab intestato immissionē
hæredis testamentarij impedire, referens hac
de re *Roland.* qui de communi opinione testa-
tur in *cons. 1. n. 71. lib. 1.*

37 Quamvis autem voluerint DD. titulum si-
milem alterius testamenti ad impediendam
immissionem hæredis scripti, neque titulum ab
intestato sufficere, ut quis dicatur legitimus
contradictor, per *decis. Afflict. 19.* quam sequ-
untur *Menoch.* ubi supra *n. 604.* & *in cons. 515.*
num. 7. lib. 6. Gratian. lib. 5. disceptat. forens. cap.
895. num. 9. & latè per *Reg. de Ponte in cons. 20.*
38 *num. 16. & seqq. lib. 1.* Nihilominus hoc intel-
lexerunt, nisi contradictor paratus esset incon-
tinenti de iure suo docere, ut quia titulum
successionis ab intestato, atque possessionem
haberet, & de vitio visibili testamenti objice-
ret; equidem in hoc casu ex communi DD. pla-
cito, tanquàm legitimus contradictor impedi-
39 ret summariam cognitionem, ut si opponere-
tur, testamentum non esse solemne ex defectu
numeri testium, *Bart. Zuccardo, Menochio*, ali-
jsque relatis, docuit *Peregrin. de fideicommiss. ar-*
40 *tic. 48. num. 28. & 44.* idque regulariter proce-
dere, quando contradictor paratus est incon-
tinenti de iure suo docere, docuit idem *de*
Ponte in cons. 11. num. 23 lib. 1. ex doctrina *Bar-*
toli in ead. l. fin.

41 Sed si testamentum fuerit inter liberos con-
ditum, sustineri posset, etiam solemnitatibus
in eo deficientibus, quæ pro aliorum testamen-
torum perfectione requiruntur, per *text. in d. l.*
hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testament.
cum plenè congestis per *Consil. Paschal. de virib.*
patria potest. p. 2. cap. 8. num. 13. & notat novissi-
mè

mè *D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian.ob-
servat.*206.*num.*3.quod tanquàm à Notario sti-
pulatum, oeque patris, aùt liberorum subscri-
ptionem requirit solum io schedula, vel scrip-
tura privata à Iure requisita, ot io *auth.quod
sine,C.de testament.*
41 Et licèt hoc privilegium testamenti ioter li-
beros, cum liberorum favore fuerit introdu-
ctum, ot ex commuoi DD. ioterpetratione re-
solvit post *Nattam, Iulius Clar. in §. testamen-*
43 *tum q.8.n.*1.*in fine*,locum oon habere, quando
filij fuerunt à Testatore inæqualitèr iostituti,
44 oe quod communi filiorum favore fuit intro-
ductum,in alterius odium convertatur, volue-
rit *Roman.in consil.*385.*num.*1. quem sectantur
*Soccin.sen.in cons.*5.*num.*10. *ad finem lib.*3. *Soc-
cin.iun.in cons.*27.*num.*19.*& seq.lib.*1.ubi dicit,
hanc opinionem procedere ex communi DD.
exteosione, eamque veriorem affirmat io *consil.*
247.*num.*33.*cum seq.lib.*2. ubi etiam *num.*44.
magis communem illam affirmat, eãdemque
sequuti fuerunt *Dec.in cons.*105.*num.*6.*lib.*1 &
io *cons.*631.*num.*2.*lib.*2.*in l.*1.*num.*2.*C.unde li-
beri,& in l.ut liberis,num.*3.*C.de Collationib. Ti-
raquell.in tract.de Iure primogenitura q.*4. præ-
45 sertim verò, quando magna adesset inæquali-
tas, qoo easu procedere opiniooem prædictam
sine scrupulo,affirmavit *Soccin. Iun. in cons.*96.
*num.*67.&io *d.cons.*147.*num.*45.*lib.*2. *Covarr.
in repetit.cap.Raynutius* §.1.*num.*3.*de testament.*
alijque relati per *Gratian. lib.*2. *discept.forens.
cap* 215.*n.*30.
46 Nihilominùs contrariam sententiam pro
validitate testamenti inter liberos, minus so-
lemnitèr coofecti, etiam non servata inter eos
æqualitate,magis communitèr receptam fuisse,
& pro ea iodicatum testaotur *Consil. Paschal.in
relato cap.*8.*num.*39.*Amat.in resol.*90.*nu.*29.*lib.*
2.*variar.*ubi *num.*33.*circa finem*, hoc ampliat,
etiam si magna inæqualitas fuerit in portiooi-
bus filiorum à parentibus descripta, post alios
per *Mantic.* adductos *in tract.de coniect. ultim.
volunt.lib.*6.*tit.*2 *num.*20.*in fine*, qoia noo tàm
47 liberorum,quàm parentum favore, ut debita
eis reverentia à liberis exhibeatur,hoc privile-
gium testamento inter liberos coocessum fuisse
dicunt,ex *textu in Auth.de testament. imperfect.
circa principium*, & ibi *glossa in verbo.Exi-
stentes*.

RERVM SVMMA.

1 *Testamentum nuncupativum per solos testes probatur absque scriptura.*
*Etiam si testator animum habuerit illam conficiendi, ut n.*4.

2 *Scriptura regularitèr non requiritur ad substantiam actus, sed ad faciliorem illius probationem.*
*Fallit in quibusdam casibus, remissivè, n.*3.

5 *Testator nuncupativè testari, quando dicatur, & n.* 6.

7 *Testamenti in scriptis, & nuncupativi forma remissivè.*

8 *Testamentum nuncupativum debet coràm testibus legi, & publicari.*
*Intellige, si per scripturam probetur; secus si per testes, n.*9.

10 *Clausula* actum est *in testamento deficiens non arguit voluntatis imperfectionem.*

11 *Amor, & dilectio magnã vim habet clausula codicillaris.*
*Unde supplent defectum rogitus testium in testamento, num.*12.

12 *Clausula Codicillaris supplet rogitus testium defectum in testamento.*

13 *Testium rogitus per duos testes probatur, etiam in testamentis.*

14 *Testator si post eius voluntatem integrè declaratam, testamenti stipulationem differat pro alia die, & postea morte preventus non fuerit illud stipulatus, non propterea elusoria redditur dispositio.*
*Quamvis dixerit se aliquid addere, vel detrahere velle, ut n.*15.*&* 27.
*Quia non erat alia dicturus de præsenti, ut num.*17.
*Et quamvis dixerit, se aliquem amicum, vel consanguineum consulere velle, n.*22.

16 Text.io l.si quis cum testamentum,ff.de testameotis *declaratur.*

18 *Testatoris voluntas præsumitur completa, & absoluta, ut contrarium dicenti, incumbat onus plenè probandi.*

19 *Testatoris voluntas perfecta dicitur, cum ipsam totam declaravit, atque habuit pro declarata.*

20 *Testator, si amicos, & testes in testando convocavit, etiam si per verbum* volo *disponat, perfectè disposuisse censetur.*
*Non autem se preparavisse ad testandum, ut num.*21.

23 *Testatoris perseveratio in eadem voluntate, per indicia rectè probatur.*

24 *Testatoris voluntas coniecturata potest per binos testes declarari.*

25 *Testatoris voluntas etiam ex dictis extra testamentum declaratur, & probatur.*

26 *Testatoris affectio est optima coniectura voluntatis.*

28 *Corrigere incontinenti, se voluisse nemo præsumitur.*

29 *Testis unicus nihil probat.*
*Quamvis reperiatur in dignitate constitutus, ut num.*30.

31 *Notarius testis unicus non probat voluntatis imperfectionem in testamento.*

32 *Notarij testimonium æquivalet dicto duorum testium.*

33 *Testium contradictio non vitiat testamentum, quando alij testes adsunt in numero opportuno.*

34 *Testes concordandi sunt etiam per multiplicationem actuum.*

35 *In-*

35 *Interpetratio sumenda est regulariter pro validitate testamenti.*

Tanquam favorabilior, & in qua publica versatur utilitas, ut n 36.

37 *Decisio S.C. Neap. refertur.*

38 D. Hector Capycius Latro Regius Consiliarius, & Regens Collateralis Consilij *laudatur, & n.42.*

39 *Testamentum non stipulatum vitiatur, si testator stipulationem adhiberi voluit, & n.44.*

Ex quo videtur non habuisse voluntatem suam pro perfecta, & absoluta, ut n.40.

Sed potius se preparavisse ad testandum, n.41.

47 *Solemnitas inepte servata nullum reddit actu, licet non fuisset ab initio requisita.*

45 *Actus valere non potest ultra intentionem agentis.*

46 *Notarius non tenetur cognoscere contrahentes.*

47 *Sententia per causa inepta, aut falsa expressionem, nulla redditur.*

Vel si causa partim vera sit, & in parte falsa, ut num.48.

Sed si duplex causa exprimatur, sufficit unam subsistere, n.52.

Qua tamen sit sufficiens ad sententiam obtinendam, n.54.

Et principalis sit, non accessoria, n.55.

Idemque in rescripto, atque libello obtinet, n.53.

49 *Decretum ex falsa causa etiam non expressa latum, vitiatur.*

50 *Adiudicatio pro quantitate plus debite petita, corruit in totum.*

51 *Utile per inutile vitiatur in individuis.*

CAPUT XXXV.

De Testamento nuncupativo, quod per solos testes probatur, quando perfectum esse dicatur, ut ex eo concedatur immissio ad intellectum *text. in l. hac consultissima 21. §. per nuncupationem. C. de testamentis.*

1 TEstatoris dispositionem in testamento nuncupativo (quidquid aliud in testamento in scriptis locum habeat) per solas testium depositiones probari posse, quamvis de illo testamentum, sive scriptura fieri consueverit, sancitum expresse reperitur in *l. hac consultissima 21. §. per nuncupationem, & in l. in testamentis 26. C. de testament.* ad quod etiam innumeros refert *Mascard. in tract. de probat. conclus. 1358. num. 13.*
2 & notat novissime *D. Alderisius in tract. de haredib. tit. 5. num. 55.* neque enim scriptura regulariter dici potest ad substantiam actus requisita; sed solum ad illius faciliorem probationem confici solet, ut in *l. pactum, quod bona fide 17. C. de pactis, cum concord. per Consil. Gizzarell. in decis. 72. in princip.* & per *Consil. Hodiern. in add. ad Surd. in decis. 277. num. 12. & seqq.* nisi
3 in quibusdam casibus, post *glos. in cap. 1. §. postquam, de censib. lib. 6.* plene collectis per *Alciat. in d. l. pactum, quod bona fide*, per *Riccium in collect. decis. 240. p. 2. Tasson. in suis eruditis observationib. iurisdictionalib. super pragm. de antephato, vers. 9. observ. 2. n. 6. cum seqq.*

4 Hoc adeo verum est, ut quamvis testator animum habuisset, quod scriptura per Notarium de testamento nuncupativo conficeretur; illa procedit, non ut validior efficiatur testamenti substantia; sed ut per eam facilius clareat testamenti tenor, atque testatoris voluntas probetur, ut etiam possit eo casu per solas testium legitimi numeri depositiones probari, ita egregie animadvertit *glossa in d. l. hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testament.* quam postea sequuntur *Alex. Paulus de Castro, & alij* communiter, ut per *Handed. in cons. 27. n. 17 lib. 1. Iul. Clar. lib. 3. recept. sentent. §. testamentum q. 4. in princip.* & post *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 2. tit. 12. num. 1.* determinat *Rota Romana in decis.* inserta *per Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 550. n. 42.*

5 Nuncupative autem testatorem voluisse testari dicendum est, cum palam coram septem testibus, proprio ore nominavit nomen haeredis, iuxta tradita in *d. §. per nuncupationem, & in §. fin. instit. de testament. & in l. haredes palam*
6 *21. ff. de testament.* tum etiam, quando non sunt apposita sigilla, & alia huiusmodi, quae requiruntur in testamento in scriptis, vigore dictae *l. hac Consultissima*. Tunc enim dicetur etiam testator nuncupative testari, argumento *text. in l. non codicillum 14. C. de testa-*
7 *ment.* & patet ex utriusque testamenti forma relata per *Speculat. lib. 2. in tit. de instrum. edit. §. compendiose, n. 39. & seq.*

Ex quibus infertur ad pulchram facti controversiam in S.C. excitatam circa dispositionem quondam Francisci Tipaldi; fuerat enim iussu eiusdem testatoris, ultimam eius voluntatem proprio ore dictantis, coram testibus, atque Iudice ad contractus, scriptura per Notarium de testamento nuncupativo confecta, in quo instituto haerede Leonardo Tipaldo, Testatoris patruo, alijsque etiam legatis expressis; cum testamenti scriptura per Notarium deberet coram testatore, atque testibus legi, & publicari, perspectum fuit testatori Leonardum haeredem institutum abesse, quem tamen adesse stipulationis tempore cupiebat, ut omnia fierent cum eiusdem consensu, voluntate, & interventu. Tum etiam, ut ille ratam testatoris dispositionem habere polliceretur, cum oneribus

bus in eodem testamento relicta, Notarium,
& testes proinde rogavit, ut crastina die rever-
terentur pro stipulatione testamenti facienda;
& interim nocte illa testator obmutuit, neque
amplius potuit, antequam ex præsenti vita mi-
graret, hoc testamentum stipulari; Quærebatur
de viribus testamenti præmissi.

Et quidem supposito voluisse testatorem nuncu-
pativè testari, tàm ratione solemnitatis, quàm
voluntatis, omninò testamentum prædictum
atque voluntatem testatoris, perfectam iudi-
cari debuisse, atque propterea stante testa-
mento ipso per testium depositiones legitimè
probato, immissionem concedendam omni iu-
re fuisse ad beneficium Leonardi prædicti hæ-
redis instituti, ex *l. fin. C. de edicto Divi Adria-
ni tollendo*, indubitantèr, ex præmissis consta-
re videbatur.

8 Solemnitatis verò defectus argui non poterat
in testamento prædicto, ex quo non fuerat co-
ràm testibus postea lectum, & publicatum, per
notata in *l. fideicommissa 11. §. 1. ff. de legat. 3.*
9 quia hoc locum habet, quando quis probare
vellet testamentum per scripturam, sive per
instrumentum, quo casu, cum publicatio sit de
solemnitate instrumenti, alitèr absque lectura,
& publicatione probare non posset, & ita lo-
quitur *Alex. in cons. 177. num. 7. lib. 2.* quem
sequitur *Afflict. in decis. 25. num. 4* sed quando
testamentum probatur per testes de publica-
tione Notarij, non est curandum, neque su-
spensio publicationis testamenti, suspendere
potest voluntatem testatoris, argumento *text.
in l. cum pater 79. §. fin. ff. de legatis 2.* docent
post alios innumeros *Covarr. in cap. relatum 1.
num. 11. versic. Tertia conclusio, de testament. Me-
noch. in cons. 45. num. 19. lib. 1. Marta in voto 8.*
10 *num. 5. & 21.* & quamvis non adfuisset clausu-
la *Actum &c.* in testamentis apponi solita ad
ostendendam illorum perfectionem, non ta-
men propterea, necessariò consequebatur, quòd
manserit testatoris voluntas imperfecta, ut post
Corneum in cons. 226. num. 5. lib. 3. probat *Me-
noch. in cons. 224. n. 34. lib. 3.*

Neque etiam, ex quo non constabat de ro-
gitu testium, qui de testamento deponebant,
dici poterat hoc testamentum corruere. Primò
quia cum fuerit instituta persona Testatori
11 valdè dilecta, huiusmodi amor, & dilectio vim
habent clausulæ codicillaris, ut post *Bald. in l.
si Iure, per gloss. ibi C. de testam. manumissis, Ro-
man. & alios* relatos per *Grammatic. in decis. 62.
post num. 26.* elegantèr docuit more suo *Tira-
quell. in tract. de pœnis temperand. causa 22. num.*
12 *27.* Clausula verò codicillaris operatur, ut
omissio rogitus testium non vitiet testamen-
tum, ut in terminis, voluit *Boerius* omninò vi-
dendus *in decis. 34. num. 9. & 11.* quem sequun-
tur *Mascard. de probat. conclus. 1260. num. 6. Fa-
rinac. in tract. de testibus, q. 62. limit. 7. sublimit. 7.
num. 151.* dilectio autem testatoris, maxima er-
gà hæredem institutum bene colligebatur ex
testium depositionibus asserentium, testatorem
pluriès in vita dixisse, se non habere consan-
guineum ipso Leonardo dilectiorem, quem
volebat in omnibus eius bonis hæredem relin-
quere, idque etiam ostendebat noluisse testato-
rem absque illius interventu, testamentum sti-
pulari, ut infra.

Secundò de rogitu omnium testium in ge-
nere duo testes deponebant, atque duo alij de
rogitu particulari in eorum personas; & nihilo-
13 minus est indubitatum, posse huiusmodi rogi-
tum per duos testes probari, etiam in testamen-
tis, per *gloss. in l. 2. in verbo Deceri potest, C. de
bonor. possess. secund. tab.* quam ibi sequuntur
Bald. & post *Iason. Alex. Decium*, & alios do-
cuit *Farinac.* In loco relato *num. 159. Surdus*,
qui alios cumulat *in cons. 414. num. 24. lib. 3.*

Reliquum erat ostendere, testamentum præ-
dictum, nedum in solemnitate non defecisse,
verùm neque in voluntate testatoris, siquidem
omnes testes duobus solùm exceptis, & quidem
numero octo deponebant de testatoris dispo-
sitione, amplius asserentes, testatorem distulis-
se scripturæ lecturam, & publicationem pro
die sequenti, ex quo ibi non reperiebatur Leo-
nardus Tipaldus hæres instituturus, quem testa-
tor adesse cupiebat tempore stipulationis; quà-
vis autem morte præventus non potuerit stipu-
lationem adhibere, non propterea defectus vo-
luntatis considerari poterat: nam in terminis
14 DD. dixerunt, quòd quando testator suam vo-
luntatem, coràm Notario, & testibus integrè
declaravit, & postea eisdem Notario, & testi-
bus dixit; non faciatis aliud usque ad crasti-
num diem, & eos rogavit, quòd iterùm rever-
tantur; si tamen morte præventus non fuit illud
stipulatus, non propterea nullum esse testa-
15 mentum, quamvis testator dixerit, velle ali-
quid addere, vel detrahere, fuit opinio origi-
naria *Ruini in cons. 15. lib. 2.* sequuntur *Vrsill. ad
Afflict. in decis. 143. num. 8. & alij* innumeri per
Martam in voto 8. num. 7. per *Gratian. lib. 1. di-
scept. forens. cap. 220. num. 28.* & *Cons. Paschal.*
qui de magis communi testatur *in tract. de vi-
rib. patria potest. p. 2. cap. 8. num. 65. & num. 66.
vers. & hanc conclusionem.*

16 Non obstat *l. si quis cum testamentum 25. ff.
de testament.* ubi quando testator morte præ-
ventus, non potuit perfectè disponere, illius
dispositio tanquàm imperfecta vitiatur: quia
procedit, quando in eadem confectione testa-
menti testator erat alia dicturus, secùs si reser-
vabat aliud tempus; talis enim reservatio, non
arguit imperfectionem voluntatis; quinimò te-
17 stamentum dicitur perfectum, ex quo tunc te-
stator nihil aliud erat dicturus de præsenti, ut
considerant relati DD. præsertim *Vrsill. Gratian.
& Paschal. in praecitatis locis.*

18 Quibus omnibus opitulabatur, voluntatem
testatoris in dubio præsumi completam, & ab-

folutam, & quòd dicenti contrarium, incum-
bat onus plenè probandi, ut alijs relatis vo-
luerunt *Menoch.in conf.224. num. 16. lib.3.*
Gratian. discept.forens.lib.3.cap.550.num.53.&
facit *text.in d.l.si quis cum testamentum*, quem
ita ibi intelligunt *Bald. & Imola*, alijque va-
rijs in locis.

19 Præterea testatoris voluntas perfecta dice-
batur,tùm quia fuit tota ab eo declarata, eam-
que totam testator habuit pro declarata, ex
traditis per *Bartol. in d.l.si quis cum testamen-
tum,num.3.* tùm etiam, quia si cum testator
20 amicos, & testes in testamento faciendo con-
vocaverit, etiam si per verbum *volo* disposuisset
21 dicitur perfectè disposuisse, non autem se pre-
paravisse ad testandum, ut per *text.in l.Pam-
philo 37.§.propositum.ff.de legatis* 3. docuit post
*Bart. & alios, Ruin.*in relato *conf.15. num. 10.
lib.2.* quantò magis hoc erit dicendum in casu
nostro, in quo nedum testator amicos,& testes
in testamento convocavit, verùm etiam Nota-
rium de testamenti scriptura rogavit.

Cum igitur ipse Testator habuerit suam di-
spositionem pro absoluta, & perfecta, quamvis
22 dixerit,se velle dictum eius patruum hæredem
institutum consulere, ne ægrè ferret absque il-
lius intervento testamentum stipulari,non ideo
ex voluntatis defectu testamentum vitiabatur,
prout ita nominatim declarando consilium
*Pauli Castrens.*450.*lib.*2.tradidit *Conf. Paschal.
in d.cap.8.n.66.*

Insuper fuerat probatum per testes tres, in
eorum depositionibus contestes,testatorem ea-
dem nocte, qua infirmitate gravabatur, con-
questum fuisse, atque Gabriali eius famulo for-
malia verba dixisse:*ohimè moro, e non hò fatto
stipulara il mio testamento*,inter quos adest idem
23 Gabriel; etsi per indicia probentur testatorem
in eadem voluntate perseverare velle, ut docet
Bart.in l.fideicommissa 11. §. si rem ff. de legatis
24 3.à fortiori per duos testes probari poterit, &
regulariter declaratio coniecturatæ voluntatis
testatoris per duos testes probatur, ut per *Ale-
xandr. & alios* pro regula constituit *Vrsil. ad
Afflict.in decis.44.num.21.& Surd.in conf.*414.
25 *n.67.lib.3.* & quòd etiam ex dictis extra testa-
mentum testatoris voluntas declaretur, & pro-
betur, firmant *Ruin.in conf.53.num.12. ad me-
dium lib 4.* alijque relati per *Mascard. de pro-
bat.conclus.1422.num.38.* tùm etiam ex Testa-
toris maxima dilectione erga Leonardum hæ-
redem institutum, voluntatis perseverantia
deducitur;cum pluriès in vita dixerit testator,
se illum habere pro dilectione omnium con-
sanguineorum, eumque velle hæredem testa-
mento relinquere, ut ex testium paulò ante
commemoratorum depositionibus plenè con-
26 stabat;neque novum est coniecturam volunta-
tis testatoris potissimam ex affectione desumi,
ut per *Roman.in conf.179.n.21.* & per *Reg.Ro-
vit.in conf.40.num.17.lib.1.*

De Notarij autem depositione nulla erat ha-
benda ratio,dum dicit testatorem dixisse:*venite
demani matina, che ci voglio pensar meglio que-
sta notte*,ex quo videbatur, nõ habuisse testato-
rem hanc suam voluntatem pro perfecta,& ab-
soluta;nam ad hoc.Primò respondebatur,quòd
etsi testator dixerit,se cogitare velle, intelli-
gendum erat pro validitate testamenti non
habuisse intentionem addendi, vel detrahen-
di circa substantiam,& hæredis institutionem;
sed circa legata, & alias dispositiones, quod
potuisse etiam per Codicillos testatorem agere,
est indubitatum, quo casu, quamvis expresè
dixisset, quòd cras reverterentur, quia volebat
27 aliquid addere, vel detrahere, nihilominus
tanquàm perfecta voluntas sustinetur, ut iam
diximus, ex *Ruine, alijsque* de magis communi
testantibus.

Secundò, quia cum testator non cogitans se
fore nocte illa decessurum, neque aliud impe-
dimentum evenire posse credens, Notario, at-
que testibus dixisset:*che tanta prescia, volete che
mora questa notte*, cumque Notarius iterum te-
statorem pertinaciter interrogasset, an stipula-
ti vellet, iam quòd aderant testes in numero
opportuno? ut illius molestiam testator effu-
geret, iterum coactus fuit respondere:*venite do-
mani matina, che ci voglio pensar meglio questa
notte*, ut ex eiusdem Notarij depositione clarè
liquebat.

Tertiò,cum ex alijs testibus fuerit plenè pro-
batum principalem differendæ stipulationis
causam, fuisse absentiam hæredis instituti;
quamvis postea testator dixisset, se cogitare
28 velle, non intelligebatur incontinenti suam
correxisse voluntatem, contra *l.non ad ea 48.ff.
de condit.& demonstrat.*

Quartò, cum Notarius in hoc dicto fuerit
unicus, ex quo nullus alius dicit,tale quid au-
divisse à Testatore, nihil probat, ut *in cap. ve-
niens ad nos 10.& in cap.licet universis 23.extra*
29 *de testib.*& unicus testis nullam inducit pro-
30 bationem, quamvis præclaræ Curiæ præfulge-
at honore, sunt verba *text.in l.Iurisiurandi 9.*
31 *C.de testib.*Notarium verò testem unicum nihil
probare ad arguendum voluntatis imperfe-
ctionem in testamento, docuit in puncto *Rota
Romana* apud *Gratian.lib.3. discept. forens.cap.*
32 550.*num.*54.vel ad plus dictum unius Notarij
æquivaleret dicto duorum testium, ut per *Grã-
matic.in decis.60.num.11.* & alios per *Farinac.
in tract.de testib.q.65.p.3.num.185.*cum tamen
contra Notarium octo testes de contraria te-
statoris voluntate deponerent, & cum adfuis-
sent alij testes in numero opportuno, & Nota-
33 rius contradicens, non erat unus ex testibus
necessarijs ad testamentum, non obstante illius
contradictione, standum erat dicto plurium, ut
est *glossa in l.1.§.si quis neget, ff. quemadmod.te-
stam.aperiant.* & post *Bart.& alios* declarant
Surd.in consil.414.num.29. in fine lib.3. Meno-

chius

ebius de Arbitrar. Iudic. casu 105. *num.* 11.

Quatenus verò Notarius deponebat, scriptura testamenti confecta, tempore, quo faciēda erat illius stipulatio, numeratis testibus unum defecisse, quem postea vocaverunt, non concludebat, numerum opportunum, tempore quo scriptura conficiebatur, defecisse, dum octo testes de testamento deponentes à proprio testatoris ore hæredis institutionem, cæteraque legata audivisse referebant.

Decimus etiam testis non contradicebat, ex quo testatorem trium luminum causa, quæ sibi fuerant ante oculos allata, dixiste asserit: *levate, levate queste candele; che hò da morire questa notte? poi lo faremo dimani*, neque enim ex hoc imperfectam testatoris voluntatem, quinimò perfectissimam ostendebat, nec aliorum depositionibus adversabatur, qui dilatæ stipulationis causam absentiæ hæredis instituti testatorem tribuisse affirmabant; cum etiam verum sit,
34 testes concordandos esse etiam per multiplicationem actuum, atque ita præsumendo pluralitatem factorum ad inducendam probationem, & ne videatur sibi contradicere, ut de communi *DD. sententia*, testatur *Farinac. in relato tract. de testib. q.* 65. *p.* 2. *num.* 38. *&* 88.
35 Sumenda igitur erat interpetratio pro conservatione, & validitate testamenti, tanquàm
36 favorabilior, & in qua publica utilitas versatur, ut dicit *Ruin. in sæpè citato cons.* 15. *nu.* 17. *lib.* 2. plenè per *Surd in cons.* 414. *num.* 101. *vol.* 3. & per *Menoch. in cons.* 224. *n.* 32. *lib.* 3.

Nihilominus sub die 5. Iunij Anni 1635. fuit
37 in S.C. Neap. declaratum, contra ponderata, hæreditatem spectavisse, & spectare Aureliæ Romanæ testatoris matri ab intestato, nulla
38 habita ratione prætensi testamenti, ad relationem *D. Hectoris Capye. Latro Regij Consiliarij*, & Æquitis omni laude dignissimi, postea ad officium Regentis Regij Collateralis Consilij promoti, & Marchionis titulo Terræ Torelli decorati. Actuarius Solarius.

Potissima decisionis causa esse potuit, quia testator animum ostenderat, se omninò voluisse, testamenti stipulationem adhibere, quo ca-
39 su nulla redditur dispositio, deficiente stipulatione: quamvis enim testator potuisset absque hac solemnitate testari, quia tamen illam
40 adhibere voluit, constare videbatur, non habuisse voluntatem suam pro perfecta, & abso-
41 luta, sed potius se preparavisse ad testandum, ad quod optimè conferunt tradita per *Paul. Castrens. in cons.* 75. *lib.* 1. per *Decium in cons.* 159. *num.* 4. *lib.* 1. per *Surd. in decis. Mantuana* 292. aliosque longa manu recollectos per *D. Revit.* quem postea vidimus *in* 2. *vol. consilior. nuper impresso in cons.* 41. *num.* 9. quæ si vera sunt, pro ut
42 verissima sunt omninò affirmanda, iustissima fuit Sacri Consilij decisio, pro ut eam noviter defendit idem *D. Capye. Latr. in doctissimis eius decisionib.* postea impressis *decis.* 7. in hac eadem causa edita, quam postea sequitur *Consil. Hodierna in add. ad decis. Surdi* 292. *in fine.*
43 Quibus accedit solemnitatem ineptè servatam, quæ tangit vires actus, nullum reddere actum, licèt non fuisset ab initio requisita, iuxta not. in *l. fin. §. sin autem aliquis hoc fecerit, C. de Iure delib.* & *in l. fin. C. de pact. convent.* ut per *Felyn. in cap. cum ordinem, num.* 2. *& seqq. de rescript. Caccheran. in decis. Pedemont.* 101. *nu.* 32. *Præsid. de Franch. in decis.* 560. *Cons. Staiban. in lib.* 1. *resol. forens. cap.* 68. *num.* 40. *& seqq.* ubi
44 etiam *num.* 45. loquitur in specie de testamento in scriptis præparato, ut non possit absque stipulatione, tanquàm nuncupativum sustine-
45 ri, neque tunc actum valere posse, ultra intentionem agentis plenè probat *Cancer. in lib.* 2. *variar. resol. cap.* 6. *num.* 14. *& seqq.* & in præcedenti *lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 211.

Ex hoc aliàs in facti contingentia inferebatur Notarium, qui contrahentium personas expressit, sibi cognitas esse ex relatione ab altero ex contrahentibus habita, in cuius beneficium contractus resultabat, & quia ita se cognominari fecerunt nullitèr fuisse stipulatum, quamvis hoc absque illa expressione facere
46 potuisset, cum regularitèr non teneatur Notarius, sicut testis cognoscere contrahentes, & sufficiat illos cognoscere, quia in ipso instrumenti tempore, se ita vocari faciant, ut per *Præs. de Franch. decis.* 262. *num.* 1. *Surd. in cons.* 473. *à num.* 18. *lib.* 4. *Gratian. in lib.* 3. *discept. forens. cap.* 497. *num.* 4. *& in decis. Rota Marchions.* 216. quorum aliquos recenset *Tasson. super prag. de antephato vers.* 91. *observat.* 3. *num.* 35. & ex alijs comprobant *Dom. Consiliar. Petra super Ritib. M. C. V. tom.* 2. *rit.* 166. *num.* 24. *D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observ.* 116. *num.* 2. *cum seqq. & D. Romaguera in addit. ad Conciol. super Statut. Civit. Eugubij, lib.* 2. *rubr.* 35.
47 *num.* 23. ita Iudex qui non tenetur in sententia causam exprimere, si illam exprimat, sed ineptam, aut falsam, sententia irritatur, ut ex *Innocentio, & alijs in cap. in præsentia de renunciat.* probat *Felyn. in d. cap. cum ordinem nu.* 2. etiam
48 si vera in parte sit, & in parte falsa, dummodò
49 fuerit in sententia expressa, ad differentiam decreti, quod ex falsa causa, etiam non expressa vitiatur, ut post *Bart. in l. Sola* 26. *num.* 3. probat *Consil. Arias de Mesa in lib.* 1. *variar. resol. cap.* 7. *num.* 8. ubi etiam *num.* 9. infert ad indi-
50 cationem factam pro quantitate plus debiti petita in totum corruere, de quo ultra quam plurimos ab eo relatos *Capye. in decis.* 51. *num.* 1. *&* 2. *Reg. Revit. in pragm.* 2. *de appellat. num.* 2. *& Reg. Sanfelic. in praxi iudic. sect.* 60. *num.* 45. ra-
51 tione individuitatis, cuius causa utile per inutile vitiatur, ut post *Intrigliol. in decis.* 46. *num.* 1. *& seqq.* alios adducit *Consil. Hodierna in addit. ad Surd. in decis.* 14. *n.* 2.
52 Sed ubi duplex causa exprimitur in sententia, vel actu, altera ipsarum deficiens, quæ

principalis est, alia similitèr principali causa manente, actum deficere non facit, ut in sententia loquitur *text. in cap. per tuas 12. qui filij*
53 *sint legitimi*, & in sententia, rescripto, atque
libello, *D. Staiban. in d. lib. 1. resol. forens. cap. 4.*
54 *num. 35. & seqq.* dummodò causa, quæ remanet
sit ad actum sufficiens, ut declarat *Reg. Capyc. Latr. in decis. 149. num. 11. & 44. lib. 2.* quidquid
55 aliud sit, si principali causa deficiente, accesso-
ria remanserit, ex *Tiraquello in tract. cessante causa cessat effectus, limit. 22. num. eodem*, cum igitur duplex causa fuisset à Notario expressa, & altera non sufficeret, alia verò æquè principalis valida esset, quod ita contrahentes cognominari se fecerint, validum fuisse contractum, videbatur esse affirmandum.

RERUM SUMMA.

1 *Pestis fera depascens, atque depopulans Civitates, ex* Galeno.
Flagellum Dei, & pro peccatis pœna est, n. 2.
Prælium enim inter Deum, & homines esse dicitur, n. 3.
4 *Argumentum valet à bello ad pestem.*
Imo pestis tanquàm Dei hostilitas, humano bello fortior reputatur, n. 5.
6 *Pestis, unicum est fuga remedium ad remotas Regiones, ubi laudatur* Dom. Io: Leonardus Rodoerius.
Vt Medici consulant, citò, ac longè fugere, tardèque redire, n. 8.
Neque enim corporis infirmitas, vel diligens valetudinis cura prodesse poterunt, n. 7.
9 *Pestiferatum locum inhabitans, Deum tentare videtur.*
10 *Pestis timor à contumacia, pœna, mora, & alijs excusat.*
11 *Testamentum, pestis tempore confectum septem testium interventum requirere, plures affirmant.*
Alij quinque sufficere, veriorem, receptiorem, & communiorem dicunt esse sententiam, n. 12.
Dummodò pestis magna sit, & notabilis, in qua verisimilitèr testium copia non possit haberi, n. 14. 18. 21. & 23.
Quidquid Clarus *dicat requiri, quod sit à pestiferato confectum, n. 22.*
Et Thesaurus *filius, quod fuerit à publico Notario receptum, n. 24.*
Existimant alij, duos tantùm sufficere testes, num. 25.
Quam sententiam in Supremis Senatibus receptum fuisse testantur, n. 26.
Et æquiorem esse, atque tenendam, n. 27.
Tametsi Iudex, non ita de facili hoc admittere moneatur, ne detur occasio falsitati, n. 28.
13 *Testamentum à rusticanis validè fit coràm quinque testibus..*
15 *Levis febricula, non facit servum morbosum.*
Neque levis quartana excusat à contumacia, n. 16.
17 *Minima, aut modica non considerantur.*
19 *Pestis, quæ de anno 1656. Neapolim vexavit, memoratur.*
Eiusque discessus à Sanctorum Protectorum intercessione obtentus, n. 20.
29 *Fœmina, testes esse possunt in testamento, pestis tempore condito.*
Si virorum copia, neque actu, neque potentia fuerit, n. 30.
31 *Testes testamentarij, nisi testatorem viderint, minimè probant.*
Quæ solemnitas in testamento pestis tempore condito, non requiritur, n. 32.
Sed quod multò magis in eo requiratur, ad fraudes evitandas, alij voluerunt, n. 33.
Et hæc sententia vera est, & communis, non obstante clausula codicillari, ut n. 34.
Melius enim est, quòd venientes ab intestato succedant, quàm ut solemnia remittantur, unde falsitas committi possit, n. 35.
Cautela itaque est, quòd testantes in viam publicam, vel fenestram, sivè ad scalarum caput ducantur, n. 36.
Ibi enim testes, atque Notarium habebunt, parum longè aspicientes, atque dispositionem audientes, n. 37.

CAPUT XXXVI.

De Pestis tempore à pluribus excusante, præsertim in confectione testamentorum, ad *text. in l. casus 8. C. de testamentis.*

1 PEstis morbum, veluti feram quamdam esse, ab aeris putredine exortam, per inspirationem influentem, non unum tantùm, aùt alterum hominem, sed multas quoque Civitates depascentem, vastantem, atque depopulantem, *Galen.* scribit in *lib. de Theriaca ad Pisonem*, quem refert *Petr. Gregor. in lib. 31. sintagm. Iur. cap. 21. num. 1.* ubi *num. 3.*
2 ex pluribus Sacræ Scripturæ locis, flagellum
Dei esse ostendit, ac pœnam pro peccatis im-
3 positam: prælium enim est inter Deum, & ho-
4 mines, ut nedum à bello ad pestem, validum
5 sit argumentum; sed hæc tanquàm Dei hostili-
tas fortior, quam illa hominum reputetur, ut
ex *Bart. in l. naturalitèr, nu. 23. in fine ff. de usucap.* alijsque tradidit *Barbosa in tract. de locis*
6 *argument. cap. 13.* cuius morbi, unicum tantùm
esse remedium, fugam arripere in remotis Regionibus, notat novissimè doctissimus causarum Patronus *Dom. Io: Leonardus Rodoerius in consil. 5. num. 3.* & prius dixit eruditus *Annaeus Robert. in lib. 2. rer. iudicat. cap. 10. Senecam* adducens in *lib. 3. de ira, cap. 5.* affirmantem, adver-

7 versus pestilentiam, nihil corporis infirmita-
tem prodesse, aùt diligeotem valetudinis cu-
ram; promiscuè enim imbecilla, robustaque
8 eam invadere; unde medicorum esse consilium,
citò, ac longè aufugere, tardèque redire, no-
vissimè retulit *Zacchias* Medicus *in lib.3.quæst.*
Medico-legalium, tit.3.q.4.num.6. & ex notatis
Iurisconsultis Ripa in tract. de peste, in tit. de re-
med. ad curand. pestem, num. 53. Mascard. in
tract. de probat. concl. 20. num. 30. ubi ex eodem
Ripa in p.1.q.4. subiungit, quòd nititur tenta-
9 re Deum, prætendens in pestiferato loco inha-
bitare, & *nu. 6.* huius morbi timorem à contu-
10 macia, à pœna, à mora, & à pluribus alijs ex-
cusare, quæ *Ripa* enumerat in *d. tract. p.2.*

11 Testamentum verò pestis tempore condi-
tum, quamvis alij coràm septem testibus fa-
ciendum esse probaverint, ut sustineri possit, ex
l. casus 8. C. de testam. ubi aliquid de Iure summo
laxari Imperatores decreverunt, imminente
contagionis timore, qui testes deterret, non
autem prorsus aliquam testamentorum solem-
nitatem remitti, & hoc in specie affirmaverint
plures apud *Philibert. Marchin. in tract. de*
Bello Divino p.8. cap.1. & *Borrell. in summa de-*
cis. p.3. tit.20. num. 190. & 191. à *Ciarlinia* re-
latus in *cap.109. controv. forens. num.61.* atta-
12 men alij quinque testes sufficere, variùs esse
dicunt, quorum numero sunt præcæteris *Vas-*
quius hanc veriorem, & receptiorem affirmans
in *tract. de successiom. creat. p.1. lib.3. §.22. limitat.*
16. Gabriel in lib.4. commun. conclus. conclus.10.
Vivius in sylva commun. opinion. lib.3. opin.890.
num.3. qui veriorem, communiorem, & æquio-
rem eam esse, censet *Thesaur. in decis.180.* ubi
magis communem, & pluries à Senatu Pede-
mont. receptam fatetur, secundùm quam in Lu-
sitano Senatu iudicatum quoque fuisse testator,
licèt se renuente, *Gama in decis.210. in fine*, se-
quitur *Vrsill. ad Afflict. decis.25. num.8. & 9.* ubi
13 validum esse dicit testamentum pestis tempore
confectum, cum numero quinque testium, sicut
quando fit à rusticanis, ut disponitur in *l. fin. C.*
de testament. neque contradicere S.C. Neap. de-
cisionem in contrarium ab *Afflicto* relatam, quæ
ob defectum verificationis processit, ut ex eo-
dem *Afflicto* ibi *n.3. in fine* colligitur, dummo-
14 dò pestis magna sit, & valdè in loco sæviens,
ita ut verisimilitèr testium copia haberi non
possit, ita declarat *Ripa in relato tract. de peste,*
in tit. de privileg. ultim. volunt. in causa pestis, nu.
11. & seqq. intelligitur enim privilegium se-
cundum cum de peste notabili, quia levis non
15 excusat, quemadmodum levis febricula non
facit servum morbosum, *l.1 §. proinde ff. de ædi-*
16 *litio edicto*, nec levis quartana præbet excusa-
tionem à contumacia, *l. quæsitum ff. de re iudi-*
17 *cat.* minima enim, aùt modica non sunt in
consideratione, *l. scio 4. ff. de in integr. rest.* & *l. in*
rebus 18. §. possunt, ff. commodati, cum alijs ad-
ductis per *Barbos. in axiom. Iur. cap.150. & seq.*
& ita loquitur *Spino in speculo testament. in glos-*
sa Rubrica p.3. num.6. scilicèt causam esse iustis-
simam, ut cum minore testium solemnitate
18 valeat testamentum, si in aliquo loco, vel ter-
ra dira lues, & pestis invadens omnia consu-
meret, ita ut mortuis civibus, alijsque fuga
salutem quærentibus, Patria desolata remane-
ret, cadaveribus passim inhumatis, per vias,
montes, sylvasque jacentibus, quod nostris tem-
19 poribus in Civitate Neapolis, pluribusque Re-
gni Neapolitani locis evenisse vidimus in pe-
ste nimis sęva de anno 1656. grassante, à qua
20 Omnipotens Deus, Sanctorum Protectorum
intercessione, brevissimo quatuor mensium
spatio, nos incolumes reddidit; & hanc *Ripæ*
21 distinctionem sequuntur *Boer.* qui secundùm
eam refert, fuisse à Burdegalensi Senatu iudi-
catum in *decis.228. num.11. Mascard. in tract.*
de probat. in conclus.1358. num.23. alijque relati
per *Peregrin. in decis.80. num.1. versic. Alia verò*
Faber in Codice in Rub. de testament. def.5. Tho-
rus in compend. decis. Regni Neap. p.1. in verbo.
Testamentum 14. licèt *Clarus in lib.3. recept. sen-*
tent. in §. testamentum, q.56. num.3. aliud requi-
22 ri addat, quòd testamentum sit à pestiferato
confectum, sequitur *Calà in tract. de modo arti-*
23 *culandi in glossa unica §.2. num.24.* hoc tamen
Ripæ distinctioni repugnare dicit *Mascard. in*
d. conclus.1358. num.24. sicut etiam eidem di-
stinctioni contradicit, quod voluit *Thesaur. fi-*
lius in addit. ad præd. decis. genitoris sui 180.
24 privilegium prædictum procedere, dummodò
testamentum sit per publicum Notarium re-
25 ceptum; quinimo sunt, qui existimant, duos
tantùm testes in hoc testamento sufficere, quos
plenè refert *Altograd. in relato cons.71.* & se-
26 cundum hanc sententiam in Senatu Gratio-
nopolitano servari, vidisse testatur *Guido Papa*
in decis.543. in fine, & in Burdegalensi *Boer. in*
præallegata decis.228. num.11. & in Patavino
Senatu, durante sævitia pestis, *Peregrin. in d.*
decis.80. num.1. in fine, in Lusitania quoque
Gama in decis.81. num.1. & 2. & in Camera
Imperiali in peste nimiopere grassante *Gyllus*
in lib.2. practic. observat. observ.118. num.18. &
27 *seq.* ubi hanc æquiorem testatur, & esse tenen-
dam, quamvis à *Claro* improbetur in *d. q.56.*
dicunt *Riccius in add. ad Afflict. in decis.134.*
& ante eum *Crassus in tract. de successionibus*
in §. testamentum q.54. num.5. in fine, ubi ta-
28 men Iudicem monet, ut non facilè hoc ad-
mittat, ne detur occasio falsitati.

Secundum speciale in testamento pestis tem-
pore condito esse dicunt, quòd possunt loco
29 fœminæ testes esse, si tamen constiterit viro-
30 rum copiam non fuisse, neque actu, neque po-
tentia, secundùm *Ripam in loco relato num.21.*
quem sequuntur *Mascard. in tract. de probatio-*
nib. in conclus.763. nu.14. & post alios *Farinac.*
in tract. de testib. q.59. casu 3. n.73. & seqq. de
quo *Anna in sing.505.*

Ter-

Tertium nonnulli adduot speciale io testa-
mento tempore pestis condito, quòd etsi aliàs
31 in testameotis propter fraudis timorem recep-
tum sit, necesse esse, quòd testes viderint testa-
torem, ex *l.si non speciali 9.C.de testament.* cum
alijs per *Mascard.in d.tract.concl.1358. nu.56.*
32 *& seqq.* hanc tamen sulemnitatem in huiusmo-
di testamento remitti, & sufficere, quòd testa-
toris vocem, eis notam testes audiant, licèt ob
interiectum paritem, vel cortinam, eum vide-
re non potuerint, ut post *Providellum in tract.
de peste in tit.de testament. in §. testamentum in
scriptis, per totum; Rolund. in cons.81.num.24.
lib.1.& consil.43.num.39.lib.2.Marchinum, &
alios* firmat *Altogradus in cons.73.n.5.*

Sed contra, quòd hæc sulemnitas sit multo
33 magis eo tempore requisita, quo propter im-
minentis periculi timorem pauci repeiiuntur
penès infirmos; illos enim evitare omnes co-
nantur, ex *Alciato, Menoch.& alijs* probat *Fa-
rinac.in d.tract.de testib.q.69.num.185.in fine*
sequitur *Ciarlin.in relato cap.109. num.37. &
seq.& num.40.& 62.* ubi veram, & communem
34 esse sententiam profitetur, non obstante clau-
sula codicillari; cum etiam in codicillis, & do-
nationibus causa mortis eadem sulemnitas
35 exigatur: melius enim est, quòd venientes ab
intestato succedant, quàm ut remittantur so-
lemnia, unde falsitas committi facilè possit;
maximè in infirmo, cuius vox facilè est imita-
bilis, nec certa eius cognitio potest in teste
36 præsumi; quare pestiferatos quosdam ductos
fuisse in viam publicam, vel ad fenestram, aùt
37 ad caput scalarum, ut coram testibus, & Nota-
rio, eos parum longè videntibus, atque audi-
entibus validè testarentur, ut de Domina Aqui-
lia uxore Domini Sigoorelli de Homodeis
Mediolanense, refert *Fulgos.in l.fin. C. de testa-
ment.* & de alio eodem pestifero morbo grava-
to, testatur *Corn.in cons.77.n.7.*

RERUM SUMMA.

1 *Alienationis probibitio, heredi sine causa facta, & fiae alterius contemplatione, non inducit fideicommissum.*

Sed nudum tantùm consilium, sive praceptum, num.2.

Quòd amplintur, ut neque clausula inter heredes adiecta, ne in extraneos alienent, sed
nous alteri, *fideicommissum inter eos inducat, num.3.*

Limitatur, si postea fideicommissum ad alterius beneficium subijciatur, nu.4.

Ex quo probibitio vestitur, & efficax redditur, num.5.

Censetur enim una dispositio facta propter aliam, num.6.

Pracedens scilicèt probibitio propter subsequens fideicommissum, non è converso, n.7.

Nam probibitio est modus conservandi bona pro fideicommisso, num.8.

9 *Dictio, & naturam babet copulandi, utramque dispositionem.*

Et pracedentia cum sequentibus, n.10.

Atque subsequentia nectit untecedentibus, eaque uniformitèr iungit, n.11.

12 *Incontinenti, quasiunt, unum alteri censetur inesse.*

13 *Alienationis probibitio, licèt personalis, & personalissima ex vi rationis extenditur.*

In omnes in fideicommisso vocatos, n.14.

15 *Repetitio qualitatis in prima oratione expressæ, facta censetur in fideicommisso correspectivo, & continuativo, de una persona in aliam.*

Maximè in qualitate nongravante, sed augente dispositionem, n.16.

27 *Alienatio in extraneus personas à testatore probibita, in unum ex pluribus vocatis permissa censetur.*

28 *Alienatio à testatore permissa, post expressum alienandi probibitionem, non inducit alienandi licentiam in tacita probibitione ex fideicommisso resultante.*

Intellige in fideicommisso à patre ordinato, & probibitione alienandi à filijs conventa, n.19.

Secundò intellige in probibitione temporali alienandi super fideicommisso in perpetuum ordinato, n.20.

Per quam non censetur à priori fideicommisso recessum, n.21.

Aliud est, quando probibitio ex vi subsequentis fideicommissi ad omnes fideicommissi casus, & personas repetita censetur, n.22.

Quia tunc prasumitur cum eadem alienandi licentia repetita, n.23.

24 *Exitus causa.*

25 *Dominus* D. Ioannes de Rogerio *Iurisconsultus laudatur.*

Et Ioannes Thomas *eius pater, n.26.*

Ac Ioannes Laurentius avus *Preceptor Authoris, n.27.*

CAPUT XXXVII.

De Alienationis prohibitione absque causa facta in simplex consilium, nudumque præceptum regularitèr resolvenda, ad *text.in l.filius familias 117.§.Divi, ff.de legatis 1.*

2 PRohibitio alicuationis hæ-
redi per testatorem iniun-
cta absque causa, aut alte-
rius favore, tanquàm nu-
da, nullum inducit fidei-
commissum; sed tantùm in
3 nudum consilium, sive præ-
ceptum resolvitur, per *text. in l.filius familias
117.*

117. §. *Divi, ff. de legatis* 1. cum alijs latè addu-
ctis per *Fusar. in tract. de substit. q.* 685. neque
3 clausula in uno ex pluribus hæredibus adiecta,
ne in extraneos alienet, sed unus alteri, nudam
hanc prohibitionem validare potest, ad effe-
ctum induendi reciprocum saltèm inter eos
fideicommissum, secundùm magis receptam
DD. sententiam, de qua per *Oddum in cons.* 66.
num. 4. *Fusar. in loco relato num.* 41. *Gratian. in
lib.* 2. *discept. forens. cap.* 280. *num.* 15. *Bursat. in
consil.* 157. *num.* 37. *vol.* 2. post *Alex. in consil.* 55.
num. 4. *versic. Et tanto magis, vol.* 3. & latissimè
Surd. in decis. Mantuana 238. *à nu.* 2. & signan-
tèr *n.* 12.
4 Subsequens verò fideicommissum, in casu
mortis, ad alterius beneficium, hanc vestire
5 prohibitionem, & efficacem reddere, ex *Paulo
Castrensi, Angelo*, & alijs declarat *Fusar. in præ-
6 citata q.* 685. *num.* 26. censetur enim una dispo-
7 sitio facta propter aliam, præcedens scilicèt
prohibitio propter subsequens fideicommis-
sum; non verò fideicommissum propter pro-
8 hibitionem, quia prohibitio est modus conser-
vandi bona, ut fideicommissum sortiatur effe-
ctum; ita alijs relatis ostendunt *Hieronym. Ga-
briel in cons.* 132. *num.* 21. *lib.* 1. *Fusar. in d. tract.
q.* 683. *num.* 6. & 8. cum alijs à nobis adductis in
sequenti *cap.* 43. *n.* 39. & *seqq.*

Cum itaque plures habens filios quondam
Antonellus de Rogerio Civitatis Salerni, eos
hæredes instituisset universales, & particulares
in bonis quibusdam stabilibus, hæc verba po-
stea subijciens: *Item voluit, & mandavit dictis
eius filijs, & heredibus, ut supra institutis, quòd
bona stabilia supradicta illis relicta, & prælegata
nullo futuro tempore, nec in perpetuum possint
vendere, nec alienare, donare, aut in alienum
dominium transferre, ad extraneas personas, ni-
si unus alteri, & alter alteri, & voluit, & man-
davit, quòd bona prædicta semper conserventur in
hereditate prædicta, & in posse dictorum filiorum,
& eorum heredum, & successorum, in infinitum
masculini sexus, & non alitèr, nec alio modo, om-
ni meliori modo.* Ex hoc subsequenti fideicom-
missoin successorum masculini sexus benefi-
cium ordinato, præcedentem prohibitionem
validatam fuisse dicebamus; eoque magis con-
9 currente dictione copulativa, & geminatè post
prohibitionem adiecta, dum dicitur, *& voluit,
& mandavit*, naturam habente copulandi utrã-
10 que dispositionem, & præcedentia cum se-
quentibus, *l. & quia* 6. iuncta *l. præcedenti, ff. de
Iurisd. omnium Iudic.* & notant *D. Marcian.
consil.* 29. *num.* 12. *lib.* 2. *D. Rodoer.* nel *Reg. de Ma-
rinis tom.* 1. *quotid. resol. cap.* 10. *num.* 39. cum
alijs latè adductis, per *Odd. in cons.* 44. *num.* 29.
Barbos. in tract. de dictionib. dict. 110. ubi etiam
11 *num.* 4. & 5. quòd subsequentia nectit antece-
dentibus, eaque uniformitèr iungit, ex *Meno-
ch. in cons.* 497. *num.* 17. *lib.* 5. & alijs, cum etiam
12 eorum, quæ incontinenti fiunt, unum alteri
censeatur inesse, ut in *L. lecta* 40. *ff. si cert. petat.*
cum concord. apud *Gabriel. in lib.* 1. *commun.
conclus. in tit. de præsumpt. conclus.* 13. *Barbos. in
axiom. Iuris* 122.
13 Quàvis igitur personalis, & personalissima fu-
isset prohibitio; adhuc tamen ex vi rationis,
propter quã facta fuerat, scilicèt fideicõmissi in
14 successorum masculini sexus beneficium ordi-
nati, eos omnes comprehendebat, ut per eun-
dem *Fusar. in relato tract. q.* 673. *num.* 6. & 7. &
q. 679. *num.* 27. & *q.* 680. *nu.* 4. *Peregrin. in tract.
de fideicommiss. artic.* 1. *num.* 18. *Consil. Theodor.
in alleg.* 79. *num.* 22. & *Reg. de Tappia in decis.* 56.
S. C. Neap. *n.* 6. & 7.

Data autem pro vera prohibitionis repeti-
tione in omnibus masculini sexus descenden-
tibus, ad fideicommissum vocatis, repetita quo-
que intelligebatur alienationis permissio in-
15 ter vocatos, tanquàm qualitas in prima ora-
tione expressa in fideicommisso correspectivo,
& continuativo de una persona in aliam re-
petita censeatur, ut per *Odd. in cons.* 95. *nu.* 83.
Gratian. in lib. 4. *discept. forens.* 773. *num.* 29. præ-
16 sertim, quia versamur in qualitate non gra-
vante, sed augente dispositionem, ex traditis
per *Peregrin. in d. tract. de fideicommiss. artic.* 16.
num. 68.

Unde licuisse ostendebamus, D. Marco Anto-
nio de Rogerio, ex uno filiorum testatoris de-
scendentis, & ultimo successori in fideicom-
misso prædicto, cum absque filijs decederet, uni
tantùm ex vocatis omnia fideicommissi bona
post eius mortem relinquere, exclusis alijs in
17 pari gradu existentibus, cum etiam fuisset à
testatore alienatio in extraneas personas pro-
hibita, non autem in unum ex vocatis, iuxtà
notata in d. *l. filius familias* 117. §. *cum pater, ff.
de legat.* 1. & in *l. pater filium* 36. §. *quindecim,
ff. de legatis* 3. & per *Ruin. in cons.* 114. *num.* 9.
lib. 1.

Neque refragari subiungebamus tradita per
Odd. in cons. 48. *num.* 5. & 6. dicentem, ex licen-
18 tia alienandi expressè prohibitioni adiecta
per testatorem, non resultare alienandi facul-
tatem in alia tacita prohibitione, ex legis di-
spositione oriente per fideicommissum ab eo-
19 dem testatore ordinatum: siquidem procede-
re possunt in casu per eum relato fideicommissi
à patre ordinati, & prohibitionis alienãdi à fi-
lijs conventæ, ut ibi; Insuper DD. omnes ab eo
20 relati loquuntur in prohibitione temporali fa-
cta super fideicommisso in perpetuum ordina-
21 to, per quam non censeri à priori fideicommis-
so recessum affirmant, de quo etiam *Consil. Ho-
dierna in add. ad decis. Surd.* 75. & 85. *n.* 4. aliud
22 autem est, quando prohibitio alienationis ex
vi subsequentis fideicommissi ad omnes fidei-
commissi casus, & personas extenditur, atque
23 repetita censetur, quo casu cum omnibus qua-
litatibus suis, & sic cum eadem alienandi li-
centia repetita censetur, ut diximus.

24 Causa

24 Causa non fuit per Iuris tramites definita, sed amicabili compositione inter sanguine coniunctos terminata, ut retulit Dominus *Don*
25 *Ioannes de Rogerio*, lepidissimus Iurisconsultus, ac insimul eruditissimus (ad cuius requisitionem, hæc fuerunt in causa eius propria à
26 nobis observata) vir quidem *Ioannis Thomæ*
27 patris, & *Ioannis Laurentij* avi, filius, atque nepos non indignus, quorum uterque in hac Parthenopæa Civitate emicuit, ille Advocatus in foro celeberrimus, hic in Cathedra Vespertinæ lectionis Antecessor Primarius, & Preceptor noster in ordinarijs Iuris lecturis.

RERUM SUMMA.

1 *Conditio impossibilis in ultima voluntate adiecta, habetur pro non scripta.*
Firma remanente dispositione, ac si fuisset purè concepta, n.2.
3 *Conditio impossibilis, dicitur à natura, à Iure, à facto, & à perplexitate.*
4 *Conditio impossibilis à Iure est, quæ ab illo adimpleri non posse præsumitur.*
Sive contra bonos mores esset, eam adimplere, num.5.
Nempè si patrem ab hostibus non redemeris, aut alia similis, n.6.
Hæc tamen impossibilis propriè non est, cum in se non sit impossibilis adimpleri, n.7.
Sed ad instar impossibilium conditionum habetur ad effectum acquisitionis legati, vel emolumenti sub ea relicti, n.8.
9 *Conditiones turpes, pro non adiectis habentur.*
Inter quas conditio Iuris iurandi, numeratur, num.10.
Ob hominum in iurando facilitatem, cum Religionis contemptu, n.11.
12 *Conditio turpis, & inhonesta, & quæ honestè adimpleri non potest, reijcitur, & pro non scripta habetur.*
13 *Conditio in legato adiecta non valet, si ad turpem causam referatur.*
Vel ad diffamationem, & specialem infamiam legatarij, n.14.
15 *Conditio impossibilis à Iure, sive turpis, maximè reijcitur, quando impossibilitas, vel turpitudo, non adijcitur per modum principalis dispositionis, sed per modum conditionis.*
Nec eius substantiæ, sed tantùm qualitati resistit, perfecta remanente voluntate in principali dispositione, n.16.
Tunc enim; reiecta conditione, firma remanet dispositio, n.17.
18 *Symonia est studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.*
A Symone Mago nuncupata, qui voluit ab Apostolis emere potestatem dandi Spiritum Sanctum, n.19.
Quod mortale peccatum est, & contra iustitiam atque legem Divinam, & humanam ea vendere, quæ nullo sunt pretio vendibilia, num. 20. & 21.
Et hoc maximè procedit in Sacramentis novæ legis, quæ sunt maximè spiritualia, in quantum causa sunt spiritualis gratiæ, pretio non redimibilis, n.22.23. & 24.
25 *Legatum factum Monasterio sub conditione si* talem puellam receperit, *purè debetur, conditione tanquam turpi reiecta.*
Cum per eam invitetur Monasterium ad illam in Religione recipiendam, n.26.
Quæ res est spiritualis, ac symoniam inducit, num.27.
Sed contra, quòd valida sit conditio, & omninò adimplenda, ut locum habeat dispositio sub ea concepta, n.32.
Non enim ex ea symonia, sed pietas inducitur, atque coactio, sed allectio ad meliorem vitam, n.33.34. & 35.
28 *Symonia non est, cum aliquid alteri promittitur, sive traditur, si tale opus spirituale sibi ipsi præstiterit.*
Etiam quòd recipiens obligetur ad restituendum acceptum, nisi præstiterit, n.29.
Licitum enim est aliquem, per temporalia beneficia provocare ad devotionem Monasterij, ut ex hoc inclinetur ad illius ingressum, n.30.
Quamvis non liceat ex pacto reciproco aliquid ad hoc dare, vel accipere, n.31.
Est enim licitum dare pecuniam, ut quis desistat à malo, & faciat bonum, n.36.
Vel ut convertatur ad Fidem, n.37.
Dummodò gratia liberalitatis fiat, ut ille ad Fidem alliciatur, n.38.
Non tamen ex pacto reciproco, n.39.
Et dummodò Paganus ille, aùt infidelis ad fidem venire timeat ob paupertatem, n.40.
Atque illam amplecti velit, pro animæ salute, non pro pecuniæ aviditate, n.41.
Ut proinde intentio inspici debeat, an sit infecta, num. 42.
43 *Matrimonium, ut quis contrahat cum certa persona, potest sub spe præmij allici, & incitari.*
44 *D.* Io: Dominicus Coscia *Authoris Præceptor commendatur.*
45 *Matrimonij Sacramentum liberum esse debet.*
Nec metu pænæ quis valet ad illud contrahendum induci, n.46.
47 *Utile per inutile non vitiatur.*
48 *Conditio cum est honesta, sed ad illam invitari spe lucri, turpe est, & inhonestum, tota dispositio sub ea concepta est nulla.*
49 *Legatum Monasterio relictum, si aliquam receperit in monialem, est in totum nullum.*
Non quia turpis sit, vel inhonesta conditio, nec de genere prohibitorum, aliquam in monialem recipere, n.50.
Sed ad hoc spe lucri Monasterium invitari, inhonestum, & turpe est, n.51.

Nisi

Nisi redditus Monasterij, sumptibus non sufficiant, n.52.
Tunc enim legatum, & conditio sustinetur, num.53.

54 *Impossibilitas in substantia dispositionis, non autem in conditione, vitiat dispositionem.*

55 *Haredis institutio sub conditione;* si hæres iostitutus ralem hæredem fecerit, *ut captatoria vitiatur.*
Quia turpitudo non est in conditione, sed in dispositione, n.56.
Ideò non vitiatur conditio, sed dispositio, n.57.
Sive à sciente turpitudinem, sive ab ignorante facta fuerit, n.58. & 59.

60 *Conditio turpis, seu à Iure impossibilis, reijcitur à dispositione, & pro non scripta habetur.*
Si eam disponens apposuit, sciens inhonestam, & à Iure improbatam, n.61. & 62.

63 *Testator scivisse prasumitur conditionem à se adiectam, de Iure impossibilem.*
Pracipuè si commoratur in loco, in quo est copia Iurisconsultorum, quos consulere potuit, num.64.

65 *Ignorantia Iuris in dubio non prasumitur.*
Nam omnes homines natura scire desiderant, num.66.
Et contra naturam est, non consulere Peritiores, num.67.
Nec parci debet his, qui contra naturam peccaverunt, n.68.

69 *Fœmina non excusatur à Iuris ignorantia.*
Sed imo Ius scire prasumitur, n.70.
Si non ex se, saltem ex consilio Peritorum, n.71.
Dummodò eos consulere potuerit, n.72.
Vt in dubio prasumitur, cum eorum habet copiam in loco eius habitationis, n.73.

74 *Mulier, & rusticus tenentur consulere peritiores.*
Quibus in eorum loco non existentibus, ire debent ad loca vicina, ubi adsunt, n.75.
Nisi valdè remota sint, nec facilis adea detur, vel tutus accessus, n.76.
Et nisi alio iusto impedimento, infirmitatis, vindemiarum, alteriusve legitima causa detineantur, n.77.
Sicut enim mulieres vadunt ad Civitates pro indulgentijs, & rustici ad nemora pro lignis; ita debent ire ad Civitates pro consilijs, n.78.
Licèt hanc rationem in Rustico, non esse tutam, dicat Farinac. *n.79. & 80.*
In itinere autem ad Civitatem pro habendo consilio Peritorum non idem est, n.81. & 82.
Nec in muliere par est ratio accedendi pro Indulgentijs ad Ecclesias, & in domo Advocati pro consilio, n.83.

84 *Conditio impossibilis, quam testator putabat esse possibilem in dispositione ad pias causas adiecta non vitiat dispositionem.*

85 *Caduca relicta pia causa debentur, & si regulariter pro non scriptis habeantur.*

86 *Conditio abstinendi à nuptijs in legato virgini facto non reijcitur, tanquàm turpis à dispositione, si in eius defectum pia causa, vel Ecclesia vocetur, & n.87. & 88.*

CAPVT XXXVIII.

De Conditione impossibili in ultima voluntate adiecta, pro non scripta habenda, ex *textu in l.obtinuit 3.ff. de conditionibus, & demonstrationibus.*

1 IMpossibiles conditiones,
in oltimis voluotatibos,
adiectas pro ooo scriptis
haberi, firma remaoente
2 dispositione, ac si fuisset
purè coocepta, *Vlpian. Iurisconsultus* respoodit in
l.obtinuit 3. ff. de condit. &
demonstrat. atqoe *Iustinianus Imperator* confirmavit in *§.impossibilis in tit.instit.de hered.instit.*
obi *glossa* quatuor species distingoit impossibi-
3 liom conditionom, scilicet à Natura, à Iure,
4 à Facto, & à Perplexitate; & impossibilem à
Iore esse dicit, quæ ab illo, adimpleri noo pos-
5 se præsumitur, sive contra booos mores esset,
6 nempè *si patrem ab hostibus non redemeris*, aùt
similis, *l.conditiones 9. ff. de condit. & demon-*
7 *strat.* haoc verò impossibilem propriè oon esse,
cum io se ooo sit impossibilis, sed ad iostàr im-
8 possibilium cooditiooom haberi, ad effectum
acqoisitionis legati, vel emolumeoti sub ea
relicti, firmat *Ripolla in l.3. num.8. & seq. ff. eod.*
tit. de condit. & demonstrat. per *text. in l. conditiones 14. ff. de condit. instit.* ubi dicitor: *Conditiones contra Ædicta Imperatorum, aùt contra leges, aùt qua legis vicem obtinent scripta, vel qua contra bonos mores, vel derisoria sunt, aùt huiusmodi, quas Pratores improbaverunt, pro non scriptis habentur, & perinde, ac si conditio hereditati, sive legato, adiecta non esset, hereditas legatumve capitur,* & in sequenti *l.filius 15. eod. tit.* statoitur; *Qua facta ladunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & generalitèr, qua contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse*
9 *credendum est.* Hioc torpes conditiones pro
noo adiectis haberi dispooitur in *l.reprehendenda 5. C. de institut. & substitut.* & io *l.non dubitamus 20. ff. de condit. & demonstrat.* obi ioter
10 conditiones torpes, illa iorisiorandi oumera-
11 tor, ob homioum io iuraodo facilitatem cum
Religioois contemptu, *l.qua sub conditione 8.*
12 *ff. de condit. institut.* turpem igitor, & inhonestam cooditiooem, & quæ honestè adimpleri
noo potest, reijci, & pro noo scripta haberi,
probat post *Pani. de Castro*, & alios, *Fusar. in tract. de substitut. q.454. num.90. & seq.* oec vale-
13 re, quæ ad turpem causam referuntur, vel ad
14 diffamationem, & specialem infamiam lega-

R ta-

tarij, per *l.turpia 57.ff.de legatis 1.* & *l.Quintus Mutius 7.in fine, ff.de annuis legatis*, tradit *Simon de Pratis in tract.de interpetrat. ultim. volunt.lib.2.interpetrat.& dubit.2.num.72. & 73.*
15 maximè quando impossibilitas Iuris, sive turpitudo non adijcitur, per modum principalis dispositionis, sed per conditionis modum; nec
16 eius substantiæ, sed tantùm qualitati resistit, perfecta nihilominùs remanente voluntate in
17 principali dispositione; tunc enim reiecta conditione, firma remanet dispositio, ex traditis per *Gulielm.de Benedictis in repetit. cap.Raynutius de testament. in verbo Reliquit num. 14. & Spino in speculo testamentor. glos. 24. num. 155. & seqq.*

Ex quibus in facti contingentia respondendum esse videbatur, conditionem prælegato adiectam, quòd prælegatarius in prima die Dominica cuiuslibet mensis accipere debeat Sanctissimæ Eucharistiæ, & Pænitentiæ Sacramenta, impossibilem à Iure censeri, ac propterea pro non scripta habendam, firmo, & puro prælegato remanente; tanquàm Simoniæ speciem omninò veritæ, contineret, vendere scilicèt pro pecunia Sacramentorum acceptio-
18 nem: Est enim Simonia studiosa voluntas emendi, aùt vendendi aliquid spirituale, vel
19 spirituali annexum à *Simone Mago* nuncupata, qui voluit ab Apostolis emere potestatem
20 dandi Spiritum Sanctum; idque mortale peccatum est, & contra iustitiam, atque legem Divinam, & humanam, ea vendere, quæ nullo sũt
21 pretio vendibilia. Vnde Divus Petrus ei dixit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam Donum Dei, existimasti pecunia possideri*, ut habetur in *Actibus Apostolorum cap. 8.* & refert *Divus Thomas in 2. 2. q. 100. artic. 1. & in se-*
22 *quenti artic.2.* ubi hoc magis procedere ait in Sacramentis novæ legis, quæ sunt maximè spiritualia, in quantum causa sunt spiritualis gra-
23 tiæ, pretio non æstimabilis, eiusque rationi repugnare, quòd non gratuitè dentur, confirmat ex pluribus *Sebastian.de Medicis in Summa peccatorum capitalium, tit.6. q.114. & 117.*
24 nec enim unquam legimus, Domini Discipulos, vel eorum ministerio conversos, quempiam ad Dei cultum, muneris interventu provocasse, ut in *cap.quam pio 1.q.2.* cuius propria verba refert *D. Episcopus Maranta in Margarita decreti in verbo.Simonia 13.* qua ratione legatum
25 Monasterio factum sub conditione: *si talem puellam in monialem receperit*, deberi æquè, ac si pure fuisset relictum, conditione reiecta, ut
26 turpi, cum per eam invitetur Monasterium ad illam in Religione recipiendum, quæ res est
27 spiritualis; idque Simonia est, ut ex *cap.non satis 8. de simonia*, tenuit *Bart. in l.2. num.3. C.de instit.& substit.* cuius sententiam esse magis communitèr receptam, ex *Iasone* ibi *num.3.* & *Natta in cons.619.num.11.* testatur *Crassus in tract.de successionib.in §.legatum q.55.* & legatum puellæ relictum sub conditione ingrediendi Monasterium, conditione reiecta, ut Simoniam inducente, purè deberi consulvit *Bart.in cons.184.lib.1.* quem plures alij sequuntur à *Riminaldo iuniore* adducti *in cons.215. à n.174.lib.2.*

Sed re ipsa diligentiùs considerata, contrariã amplexi fuimus sententiam, validam scilicèt fuisse conditionem prælegato adiectam, quam post alios in terminis edocuit *Bonacina in tomo 1.eius operum in tract.seu disput. de Simonia q.4.*
28 *§.7.num.3. & 4.* ubi Simoniam non esse ait; cum aliquid alteri promittitur, sive traditur, si tale opus spirituale sibi ipsi præstiterit, etiam
29 quòd recipiens obligetur ad restituendum acceptum, nisi spirituale opus præstiterit: lici-
30 tum enim est, aliquem per temporalia beneficia provocare ad devotionem Monasterij, ut ex hoc inclinetur ad illius ingressum, & si non
31 liceat ex pacto reciproco, aliquid illi dare, nec eidem recipere, ut ingrediatur Monasterium, ut ex relato *cap. quam pio* firmat *Divus Thomas in præcitata q. 100.artic.3. in responsione ad 4 argumentum Summa Angelica.in verbo.Simonia 4.* & alij quos refert *Medicis in d.summa peccatorum capitalium tit.6.q.120. in vers.octa-*
32 *vò infertur*; validas autem esse, nec reijciendas sed omninò adimplendas, huiusmodi conditiones ingrediendi Monasterium, ut dispositio sub eis concepta locum habeat, cum ex eis non
33 simonia, sed pietas inducatur; neque coactio, sed allectio ad meliorem vitam, contra *Bartolum* sustinuerunt *Gabriel in cons.131.lib.1. Covarr.variar.resol.lib.1.cap.19. num.10.* & alij, quos refert, & sequitur *Gratian.in lib.2. discept. forens.cap.254.num.27.& seq.* confirmant *Magon.in decis.Lucensi 28.num.6.& 7. Peregrin.in tract.de fideicommis. artic.28. num.72. Capiblanc.in tract.de Baronib.pragm.9. num.38.* eo-
34 que magis, quia pro temporali re, sive pecunia, non obligat testator hæredem, aut legatarium, ut sibi, vel alteri suo nomine, det ali-
35 quid spirituale, quod esset propriè Simonia; sed ut sibi ipsi consulat, salutaria amplectendo, ut benè considerat *Lessius in tract.de iust.& Iure lib.2.cap.35.dubit.12.num.66.& 67.in fine*,
36 & licitum esse dare pecuniam, ut quis desistat à malo, & faciat bonum, vel ut convertatur ad
37 Fidem, *glos.* voluit in *cap.dilectus 30.in verbo*
38 *Invitari, de Simonia*, dummodò gratia liberalitatis fiat, ut ille ad fidem alliciatur, non tamen
39 ex pacto reciproco, ut ibi declarant *Abbas Panormitan.& Ioannes Andreas* uterque *num. 7.Decian.in tract.criminali lib.5.cap.79. nu.17.*
40 *&* 18. ac dummodò Paganus ille, aùt Infidelis qui ad fidem invitatur, ad eam venire timeat
41 ob paupertatem, etsi velit illam amplecti pro animæ salute, non pro pecuniæ aviditate, ut probant idem *Panormitan.in cap. cum. Ecclesia num.7.de Simonia, Felin.in d. cap. Dilectus nu.2. in fine, de Medicis in d.tit.6.q.119. versic. similitèr*

42 ter licitum est, & proinde, intentionem esse in-
spiciendam, an sit infecta? post Divum Anto-
ninum, Decian. affirmat in d. lib. 5. cap. 84. nu 4.
43 & ita quem posse ad matrimonium cum certa
persona contrahendum sub spe praemij allici,
& incitari, ex l. cum ita legatum 62. ff. de condit.
& demonstrat. firmavit post alios D. Ioannes
44 Dominicus Cescia recolendae memoriae Cathe-
draticus primae classis huius Parthenopeae Ci-
vitatis, & in universa Iurisprudentia peritissi-
mus, quem habuimus in primis Iuris elementis
Praeceptorem, in suis Iurium dissertationibus
lib. 1 resol. 9. nu. 32. & seqq. tametsi matrimonij
45 Sacramentum liberum esse debere, ut nec me-
46 tu poenae quis valeat ad illud contrahendum
induci, Summus Pontifex in cap. Gemma mulier
29. de sponsalibus edixit, & nos infra dicemus
in cap. 50. num. 22.

Praeterea cum in testamento, de quo agebatur, fuisset expressè dispositum, quòd praelegatario conditionem non adimplente, praelegatum missarum celebratione applicetur pro animabus in Purgatorij poenis detentis, stante conditionis defectu, ex quo eius adimplementum in statutis, quibusque temporibus non producebatur, substitutioni locum esse dicebamus; etenim conditio, ut supra apposita, non est impossibilis à Iure, vel turpis, ut reijci debeat firma remanente dispositione, per regulam, quòd
47 utile per inutile non vitiatur, de qua in cap.
utile 37. de reg. Iur. in 6. cum concord. per Bar-
bos. in axiom. Iur. 231. imò honesta in se est, at-
que à Iure possibilis, & laudabilis, quòd quia
Sacramenta semel in mense suscipiat; turpè ve-
rò, & inhonestum esse videtur, quòd ad hoc
faciendum pretio invitetur (& si neque hoc esse
illicitum, jam supra fuerit indicatum) cum
48 verò conditio est honesta, sed ad illam invita-
ri spe lucri turpe est, & inhonestum; tota dispo-
sitio sub ea concepta, est nulla, ut per text. in l.
ille autem 71. ff. de heredib. instituend. firmat
Bart. in l. Titio centum §. 1. ff. de condit. & demon-
49 strat. ex hoc inferens, legatum Monasterio reli-
ctum, si aliquam receperit in monialem, in to-
50 tum esse nullum: non enim est turpis, vel in-
honesta conditio, nec de genere prohibitorum,
aliquam in monialem recipere; sed ad hoc spe
51 lucri Monasterium invitari, inhonestum, &
52 turpe est, nisi redditus Monasterij sumptibus
non sufficiant: tunc enim legatum, & conditio-
53 nem sustineri, communem esse DD. sententiam,
ex glos. Abbate, & alijs in cap. non satis, de simon.
fatetur Alban. in lucubrationib. ad Bart. in repet.
l. Barbarius, ff. de Officio Praetoris n. 18. & cum
54 est impossibilitas in substantia dispositionis,
non autem in conditione, vitiatur dispositio,
ex eodem Bart. in l. 1. num. 3. ff. de heredib. insti-
tuend. ubi Imola num. 9. & 11. Covarr. in cap. cum
tibi num. 18. vers. hac tamen, de testament. Surdo
in decis. 68. num 7. in fine, & seqq. ubi loquitur
55 in haeredis institutione sub hac forma concep-
ta: institue te, si talem feceris haeredem; quam
56 uti captatoriam vitiari ait, quia turpitudo nō
est in conditione: non enim turpe est, nec de
Iure, vel facto impossibile, quòd tu alium insti-
tuas; sed est in mea dispositione turpitudo,
qua te, metu poenae allicere volo ad illum in-
57 stituendum; ideo non vitiatur conditio, sed
dispositio, sequuntur post alios Fusar. in tract.
de substitut. q. 503. n. 1. & 4. ubi hanc sententiam
communem esse testatur, & ab ea non esse re-
cedendum, & Cons. Hedierna in add. ad dictam
Surdi decis. 68. num. 10. & 12. cum seqq. & num.
36. hoc ampliat cum eodem Surdo ibidem, sive
58 à sciente turpitudinem, sive ab ignorante fa-
59 cta fuerit: ubi enim Ius resistit, locum non
habet scientiae, vel ignorantiae distinctio; quid-
60 quid aliud sit in conditione in se turpi, seu à
Iure impossibili, quam reijci diximus à dispo-
sitione, & pro non scripta haberi; quod intel-
61 ligendum, si eam testator apposuisset, sciens
inhonestam, & à Iure improbatam: nàm si eam
62 testator credidisset honestam, & à Iure possibi-
lem; nullam in totum reddere dispositionem,
ex l. servo manumisso 58. ff. de condit. indebiti, ad-
notavit Ripolla in d. l. 3. num. 163. & seqq. ff. de
conditionib. & demonstrat. & communem esse
DD. sententiam profitetur Gomes. in lib. 5. va-
riar. resol. cap. 12. num. 75. vers. confirmatur, Cras-
sus in relato §. legatum q. 50. num. 2. Magon. in
d. decis. Lucensi 28. nu. 5. Fusar. in d. tract. de sub-
63 stitut. q. 454. num. 98. & nihilominus praesumi-
tur testator scivisse conditionem de Iure im-
64 possibilem, praecipuè cum in eo commoratur
loco, in quo est Iurisconsultorum copia, eosque
consulere potuit, ut post Imol. & Ruin. docet
Mantica in tract. de coniect. ultim. volunt. lib. 3.
65 tit. 10. nu. 8. subdens Iuris ignorantiam in du-
bio non praesumi, ex Bart. alijsque ibi relatis;
66 nam omnes homines natura scire desiderant,
67 ut contra naturam sit, non consulere peritio-
68 res, nec parci debeat his, qui contra naturam
peccaverunt, ut post Bald. in cap. fin. num. 15. de
confessis, scribit Tiraquell. in tract. de utroq. re-
tractu tit. de retractu convent. §. 4. glos. 7. num. 19.
69 adeo ut nec muliebri sexu, foemina excusetur à
70 Iuris ignorantia, sed imò Ius scire praesumatur
71 si non ex se, saltèm ex consilio peritorum ad
ea, quae per text. in l. bona 3. ff. de bonor. possession.
post Raphaelem, & Felyn. tradit Mantic. in tract.
de tacit. & ambig. conventionib. lib. 3. tit. 7. num.
72 28. dummodò consulere potuerit peritiores,
73 ut in dubio praesumitur, cum eorum habet co-
piam in loco eius habitationis, ut post Salycet.
in l. Iuris ignorantia C. qui admitti, tenet Sfortia
Odd. in tract. de restitut. in integr. q. 10. num. 25.
74 tenetur enim mulier, sicut & rusticus peritiores
consulere, quibus non existentibus in eorum
75 loco ire debent ad loca vicinia, ubi adsunt; ni-
76 si valdè remota sint, nec facilis ad ea detur, vel
77 tutus accessus; & nisi alio iusto impedimento,
detineantur, infirmitatis, vindemiarum, alte-

rinsvè legitimæ causæ, ut ex *Tiraquello*, & alijs
firmat *Farinac in 2.p.fragment. crimin.in verbo*
*Ignorantia Iuris, num.*303. & sicut vaduot mu-
78 lieres ad Civitates pro indulgentijs, & rustici
ad nemora pro lignis; ita debent ad Civitatea
ire pro consilijs, ut post *Bald.Roman.* & alios
probat *Tiraquell. in tract. de utroq. retractu in*
tit.de retractu convention. §.4. *glos.7. num.*20.
79 licèt hanc rationem in rustico non esse totam
80 dicat *Farinac.* in loco relato *n.*301. nam pro li-
gnia ad sylvam accedit, quia frigoris, & coquen-
di carnem necessitas, & alia faciendi ad victum
81 necessaria ipsum cogit, & impellit; non sic in
itinere ad Civitatem, pro habendo peritorum
82 consilio, cuius perquirendi necessitatem, nul-
lam habere credit Iuris ignorantia excusatus,
83 & in muliere neque par est ratio accedendi
pro indulgentijs ad Ecclesias, & in domo Ad-
vocati pro consilio.

Remanebat deniqoè firmandum, cessante,
quòad prælegatarium prælegato, non tamen
causæ piæ respectu, cessare dispositionem, quio
debeant ex testatricis dispositione, missarum
sacrificia celebrari: nam & causa pia hoc habet
in specie privilegium, ut non corruat, quòad
84 eam dispositio ob conditionem impossibilem
illi adiectam, quam testator putabat esse pos-
sibilem, ut per *text.in l.cum tale* 71. §.*falsam*
conditionem, ff.de conditionib. & demonstrat.
post *glos.* ibi, & alios docuerunt *Tiraquel. in*
*tract.de privileg.pia causa privileg.*75. *Intrigliol.*
*in singul.*97.*num.*72.*lib.*3. *Thomas.in tract.de*
*disposit.ad pias causas tit.*2.*cap.*91. quibus acce-
85 dunt alia piæ causæ privilegia, quòd caduca
relicta pia, & quæ pro non scripta habentur,
illi nihilominus debeantur, ut per eumdem
*Tiraquell.privileg.*38. aliosque per *Thomas.in*
86 *loco relato cap.*189. & quòd conditio abstinen-
di à nuptijs in legato virgini facto, apposita,
quamvis turpis non reijcitur à dispositione, si
87 in eius defectum pia causa, vel Ecclesia voce-
tur, ex eisdem *Tiraquello in privileg.*18. & *Tho-*
88 *masio cap.*150. ubi ex alijs, communem esse
sententiam testatur, licèt ei contradicat *Ge-*
*nuens.in practicabilib.Ecclesiasticis q.*339.

R E R V M S V M M A.

1 *Testatoris dispositio est pro lege servanda.*
Si res ita se habent, ut fuerunt à testatore reli-
*cta, n.*2.*&* 3.
Etiam ex ijs, quæ ex post facto, mortuo testatore,
*evenerint, n.*4.
5 *Testatoris animus declaratur, & quid ipse*
retro senserit, ex evenientibus post eius mor-
tem.
6 *Testatoris dispositio à verisimili eius mente reci-*
pit interpetrationem.
Et ab eo, quod ipse interrogatus, verisimilitèr
*respondisset, n.*7.
8 *Dos à testatore taxata augeri potest ex verisi-*
mili eius mente.
*Etiam in bonis fideicommisso suppositis, n.*9.
*Aut alienari prohibitis, ut n.*10.
11 *Dotes fuerunt ex temporis progressu aucta.*
Vt quæ olim magna & opulenta habebantur, ho-
*die parva, ac tenues indicentur, n.*12.
Cum in coniugijs de dote potiùs, quam de mori-
*bus nunc agatur, n.*13.
Et hodie cessent, quæ priùs dicebantur, dotem
mille florenorum esse, re, & nomine magnam,
*num.*14.
Atque etiam Comiti congruam esse dotem, au-
*reorum mille, n.*15.
Hæc enim ætas aliam vitam, aliosque mores
*requirit, n.*16.
Nam dos mille ducatorum, cuilibet pauperi, &
*ignobili mulieri datur, n.*18.
Et quilibet artifex modò petit in dotem mille
*florenos, n.*19.
Dum dos mille, & quincentum scutorum est
*mulieribus, etiam ignobilibus congrua, n.*20.
*Nec excessiva reputatur, n.*21.
Quinimò viles etiam mercatores, audent petere
*dotes duorum millium scutorum, n.*22.
17 *Pretia rerum ex temporum qualitate, & com-*
muni usu mutantur.
23 *Casus omissus, pro omisso habetur.*
Fallit primò, quando aliquid sequitur, ex eo,
*quod fuit expressum, n.*24.*&* 25.
Secundò fallit in casu, qui similis sit expresso,
*num.*26.
Præsertim in ultimis voluntatibus, num. 27.
& 28.
Tertiò fallit, quando adest coniecturata mens
testatoris, quòd ita disponere voluerit, num.
29.*&* 30.
Quartò limitatur, si in expresso, & omisso, ea-
dem æquitas, & omnimoda similitudo concur-
*rant, n.*31.*&* 32.
*Quintè fallit ex identitate rationis, n.*42.
33 *Testatoris voluntas dispositiva dicitur, aùt vim*
habens dispositiva, cum aliquod verbum ex-
pressit, ex quo eius voluntas comprehenditur.
*Saltèm largè, seu etiam impropriè, n.*34.
Quamvis ad aliam dispositionem non transierit,
*num.*35.
36 *Testatoris voluntas magis est spectanda, quàm*
verba.
Et sicut animus corpori præfertur, ita mens ver-
*bis, n.*37.
*Quæ etiam ex coniecturis colligitur, n.*38.
39 *Testatoris singula verba sunt inspicienda, &*
cautè consideranda.
*More venatoris leporem sectantis, n.*40.
43 *Testatoris voluntas si sit ambigua recurrere*
debemus ad rationem, quæ movit fuit ad di-
sponendum.
Sive sit expressa, sive tacita, & in mente reten-
*ta, num.*43.
Et ubi de ratione expressa, vel tacita, non con-
stat, est consideranda naturalis ratio, quæ po-
*tuit moveri, n.*44.

Aut

Aut, quasi non ex mente, ex actu deducitur, num.45.

Vel persona est contemplanda, erga quam dispositio facta fuerit, n.46.

47 *Testatoris voluntas ex ratione, & ex personis, in quas disposuit est interpetranda.*

Et ex totius testamenti contextu colligitur, num.48.

49 *Testamenti pars una per aliam declaratur, & ex proemio ipsius.*

50 *Genus per speciem declaratur, certumque redditur.*

51 *Testatoris mens, ex una parte testamenti colligitur in alia.*

Quantumvis separata fuerint dispositiones, num.52.

53 *Testatoris voluntas, cum in aliquem dirigitur, parum interest, quòd cum alio loquatur.*

CAPVT XXXIX.

De Dote à testatore taxata pro temporum mutatione augenda, ex eo, quòd interrogatus verisimilitèr respondisset, ex *textu in l. Titius 25. §. Lucius, ff. de liberis, & posthumis.*

1 TEstatoris dispositio est pro
lege servanda, per §. *disponat auth. de nuptijs*, si ta-
2 men res ita se habeant, pro
ut fuerunt à testatore relictæ: earum enim statu im-
3 mutato, licitum est à di-
sponentis voluntate recedere, etiam ex hijs, quæ
4 ex post facto, mortuo iam testatore, evenerint,
5 ex quibus testatoris animus declaratur, & quid
ipse retro senserit, ut ex *l. fin. ff. de instit. & substit.* & *l. in confirmando 13. ff. de confirm. tut.* plenè
deducit *Mantica in tract. de coniect. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 19. & 20. & tit. 11. num. 22.*
& conferunt, quæ novitèr tradit *D. Rodoerius in consil. 5. ex n. 17.*
6 A verisimili igitùr testatoris mente recipit
interpetrationem illius dispositio, & ab eo,
7 quod ipse verisimilitèr respondisset, si de hoc
fuisset interrogatus, quod pro disposito habendum est, ut in *l. Titius 25. §. lucius*, ubi notant *Bart.* & alij, *ff. de liber. & posthum.* cum concordantib. apùd *Gabriel. in lib. 6. commun. concl. in tit. de reg. Iu. conclus. 10. n. 6.*

Vnde cum ex annorum quinquaginta duorum intervallo ab anno 1613. conditi testamenti per quondam Fabritium Saggesium, & Montis per eum fundati pro maritagijs puellarum de familia, ex cuius redditibus ducatos octuaginta reliquit cuilibet ex puellis à quondam Io: Baptista Saggesio descendentibus pro dotium subsidio, & augmento, mutatis temporibus, dotium constitutiones excreverint; verisimile esse dicebamus, quòd si testator, temporis mutationem cogitavisset, ampliores dotes fuisset constituturus illis, quas testamenti tempore limitavit, atque taxavit, sufficere credens, & proinde non tantùm ipsos ducatos octuaginta, sed integram quantitatem ex Montis fructibus cumulatam, esse pro dotibus applicandam, Annæ Saggesiæ filiæ Ioseph descendentis à quondam Ioanne Baptista, tanquam unicæ existentis ex familia testatoris, ob præsumptam eius voluntatem, illam taxationem faciendi, rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus,
8 quo immutato, licere à disponentis voluntate
recedere, ex verisimili eius mente, in terminis
dotis à testatore taxatæ, benè probat *Cravetta in cons. 291. num. 4. versic. 5. vol. 2.* ubi loquitur
9 etiam in bonis fideicommisso suppositis, aut
10 aliàs alienari prohibitis, ex quibus detrahi
posse firmat augmentum dotium, ultra quantitatem à testatore taxatam, pro temporis mutatione faciendam, sequuntur plures alij apùd *Caroc. in decis. 16. num. 7. & seq.* ubi *num. 16. in fine* ita pluries decisum vidisse, atque audivisse testatur; idem confirmant *Peregrin. in tract. de fideicom. artic. 42. num. 33. Rota Romana in decis. 110. num. 4. in collectis* per *Merlin.* post eius *tract. de legitima, Amat. in decis. Rota Marchiæ 28. Visconte in conclusionib. in verbo Bona*, & post omnes *Consiliar. Hodierna* super *l. hac edictali, C. de secund. nupt. q. 26. n. 35.*
11 Neque in dubium revocari potest, dotes fu-
isse ex temporis progressu auctas, ut quæ ma-
12 gnæ, & opulentæ, olim habebantur, hodiè
parvæ, ac nimis tenues iudicentur, ex traditis
per *Menoch. in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. casu*
13 *149. num. 40.* cum in coniugijs potiùs de dote,
quàm de moribus nunc agatur, ut ex *Plauto*, &
alijs refert *Petr. Gregor. in p. 2. sintagm. Iur. lib. 9.*
14 *cap. 17.* cessant enim, quæ prius dicebantur, do-
tem mille florenorum esse re, & nomine ma-
gnam, ut *Bald.* dixit *in cons. 455. in fine lib. 2.* &
15 etiam Comiti congruam esse dotem aureorum
mille, ex *Fulgos. in cons. 22.* ait *Dec. in cons. 26. n.*
16 *3. lib. 1.* cum ætas hæc aliam vitam, aliosque
mores expostulet, & pretia rerum ex tempo-
17 rum qualitate, & communi usu immutentur,
ut per *l. pretia rerum 63. ff. ad leg. Falcid. Thesau.*
innuit in *decis. Pedemont. 192. num. 6.* subdens,
18 dotem mille ducatorum, cuilibet ignobili, &
19 pauperi mulieri, dari, & modò quilibet artifex
petit in dotem mille florenos, ut per *Simon. de Pretis in tract. de interpetrat. ultim. volunt. lib. 4. interpetrat. 1. dubitat. 10. num. 24.* dos autem
20 mille, & quingentum scutorum est mulieribus
etiam ignobilibus congrua, neque excessiva
21 reputatur, sed modica, ut dicit *Stephan. Gratian. in lib. 5. discept. forens. cap. 984. nu. 15.* quem
refert *Reg. Capyc. Latr. in decis. 22. num. 32. lib. 1.*

22 qui-

22 quinimò viles etiam mercatorea audent pete-
re dotes duorum millium scutorum, ex *Rolando
à Valle in conf.25.n.19.lib.4.*

23 Quod si objiciatur de regula, quæ casum
omissum pro omisso haberi dicit, ut in *l.commo-
dissimè 10.ff.de liber. & posthum.* cum alijs con-
cordantibus; responsio in promptu est, eam
24 non procedere, quando aliquid sequitur ex eo,
25 quod iam fuit expresse dispositum, quia tunc
casus omissus pro expresso habetur, *Mantica de
coniect.ultim.volunt.lib.3.tit.19. num.15.* quod
ex pluribus confirmat *Casanata in conf.60.num.*
26 *7.* casus enim omissus non dicitur, quando si-
milis est expresso, ut plenè per *Tiraquell.in re-
petit.l.si unquam, C.de revocand.donat.in verbo
libertis n.45. Menoch.in conf.452. num.28.lib.*
27 *5. Casanata in conf.47.num.52.* præsertim in
ultimis voluntatibus, in quibus taciti, & ex-
28 pressi idem est iudicium, & proinde casus omis-
sus habetur pro expresso, ita ex *l.fin.C.de posthu-
mis hæred.instituend.* & alijs probat *Simon Bar-
bosa in principijs locor. commun.in verbo casus
omissus* 1.in fine, & *in verbo Taciti, & expressi*
29 *circa finem.* Præterea locum non habet regula,
quando adest coniecturata mens testatoris,
quòd ita disponere voluerit, ex pluribus à *Me-
nochio* relatis in *d.conf.452.num.27.* quos tran-
scribit *Casanata in d.conf.47.num.50.* etenim
30 casus omissus non habetur pro omisso, quando
obstat verisimilis mens testatoris, ut ex *Valen-
zuela in conf.159.num.36.tomo* 2.declarat *Au-
gustin.Barbosa in axiom.Iuris 39.num.5. in fi-*
31 *ne*, vel cum in expresso, & omisso, eadem æqui-
tas, omnimoda similitudo, eadem disponentis
32 mens, eadem ratio, & coniecturæ concurrunt,
ut post *Alex.in conf.130. in fine lib.* 2.aliosque
docet *Simon de Prat.in pracit. tract. de interpe-
trat.ultim.volunt.lib.2.interpetrat.3. dubitat.1.*
33 *solut.3.nu.164.* quandoquidem dispositiva te-
statoris voluntas dicitur, aut saltèm vim ha-
bens dispositivæ, quoties aliquod verbum ex-
34 pressit, ex quo saltèm largè, seu etiam impro-
priè eius voluntas comprehendi possit, quam-
35 vis ad aliam dispositionem non transierit, ut
ex *Baldo in l.unica num.10. C.de his, qui ante
apertas tabulas*, alijsque confirmat *Molina in
tract.de Hyspan.primogen. lib.1.cap.4. num.28.*
quem sequitur *Reg.Rovit.in conf.40.num.4. lib.*
36 1.subijciens *n.6.* magis voluntatem, quàm ver-
37 ba esse spectandam, & sicut animus corpori
38 præfertur; ita mentem, quæ etiam ex conie-
cturis colligitur, esse verbis præferendam, & *n.*
39 5.singula testatoris verba, dicit esse inspicien-
da, & cautè consideranda, more venatoris le-
40 porem sectantis, ut *Bald.* docuit in *l.quidam
num.2.C.de necessarijs servis hæred.instit.* ac nu-
per memorat *D.Rodoerius in consil.19.num.20.*
& *num.7.cum seqq* probat *Reg.Rovit.* in ambi-
41 gua, sive dubia testatoris voluntate recurrere
42 nos debere ad rationem, qua testator motus
fuit ad disponendum, ut casus omissus pro ex-
43 presso habeatur, quamvis ratio tacita sit, & in
44 mente retenta, & ubi de ratione expressa, vel
tacita non constat considerandam esse natura-
lem rationem, qua moveri potuit, aut quæ si
45 non ex mente, ex actu ipso deducitur; contem-
46 plandam quoque esse personam, erga quam
dispositio facta fuit: nam & ex ratione, & ex
47 personis, quibus est relictum, testatoris volun-
tatem interpetrari, scribit post alios *Mantica
de conject.ultim.volunt.lib.6.tit.11.& 14.*

Verisimilis itaque præfati testatoris volun-
tas, tum ex ratione, qua ipse motus fuit osten-
debatur, & ex affectione erga consanguineus,
in quos disposuit, tum etiam ex illis, quæ in eo-
dem testamento expressit; instituta enim uxo-
re hærede usufructuaria, eique prælegatis bo-
nis mobilibus, atque ducatis quincentum pro
dotibus, alijsque iuribus; eam rogavit, ut con-
tenta remaneret, quatenus aliud prætendere
potuisset, attento, quòd ipse testator de suis
bonis dispositorus erat ad Dei gloriam, in auxi-
lium proximi, atque pauperum, ut infra, quod
legitur in primo testamenti capite, cum tamen
48 ex totius testamenti contextu voluntas testa-
49 toris colligatur, & ex procemio, & una testa-
menti parte, alia declaretur, ut per *Mantic.in
eod.lib.6.tit.13. Simon de Prat. in relata solut.3.
num.36. & seqq. Mascard.in tract. de probat.
concl.1422.n.26.& seqq.*

50 Hæc verò generalitas in procemio expressa
per specierum enumerationem postea additam
declaratur, & magis certa redditur, *l.sed & si
adijciatur 13.ff pro socio*, cum alijs per *Marant.
in respons.25.nu.42.& seq.lib.5.* Montem enim
in proprietate reliquit hæredem, quem denu-
minari iussit ab ipsius testatoris nomine in ca-
pite secundo testamenti, ex cuius redditibus
ultra legata, quædam pia exoluenda, expensas
consanguineis pro Doctoratu, subministrari
mandavit, & pro redemptione in casu captivi-
taris à manibus infidelium, atque pro filijs ea-
rum in matrimonio carnali, vel spirituali collo-
candis, in capite 17.usque ad 22. unde colligi-
51 tur ex una parte testamenti mens testatoris in
52 alia, quantumvis separatæ fuerint dispositio-
nes, ex *Fusar.in consil.41.num.112. & in consil.
183.n.7.& 8.*

Rogavit deniquè testator uxorem, hæredem
in usufructu relictam, ut eius consanguineas
auxiliari vellet ad nubendum Cœlesti sponso,
vel humano, declarans, rem sibi magis gratam
efficere non posse, quàm auxiliari ipsis eius cõ-
sanguineis de familia Saggesia, & præcisè pro
earum filiabus, ut supra collocandis, in cap.33.
53 testamenti, ubi licèt cum uxore loquatur, non
oportet quæri, cum quo testator fuerit allocu-
tus, sed in quem voluntatis intentionem dire-
xerit, *l.cum pater 79.§.donationis, ff. de legat.2.
Mantica de coniect.ultim.volunt.lib.3.tit.19.post
num.9.*

RE-

RERUM SUMMA.

1 *Fabrica Sancti Petri de Urbe privilegia.*
Cum portionis piorum legatorum applicatione, nu.2.
Et legatorum incertorum ad pias causas relictorum, n.3.
Atque Tribunalis separati in hoc Regno Neapolis erectione, n.4.
Regio exequatur munita, ut n.6.
De cuius erectionis origine, remissivè n.7.
5 *Sententia dua conformes Tribunalis Fabrica exequuntur, non obstante appellatione.*
8 *Iudices Tribunalis Fabrica Sancti Petri de Urbe cognoscere possunt, an eorum sit Iurisdictio in legato aliquo, tanquàm pio procedere.*
Neque dicuntur in causa propria iudicare, num.9.
Cum ad eos non pertineat emolumentum, sive damnum, n.10.
Ad instar iudicum Regia, vel Apostolica Camera, ut n.11.
Qui non sibi ipsis, sed Regi, atque Pontifici lucra ferunt, n.12.
13 *Iudicis est cognoscere, an sua sit Iurisdictio?*
Limitatur in Iudice respectu certarum rerum, vel personarum, n.14.
15 *Consiliarius Regius Regni Neapolis, cum creatur Praeses Sacri Consilij, vel Locumtenens Regia Camera, retinet Iurisdictionem sibi commissam causarum Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe.*
Et gabellarum, redemptionum, ac similium, num.16.
Pro ut sic fuit in persona Præsid. de Franchis *servatum, n.17.*
18 *Dignitas maior non mutat personæ substantiam.*
Neque conditionem, n.19.
20 *Officialis ex uno officio ad aliud maioris dignitatis assumptus, duplicata gagia, & emolumenta consequitur.*
De quo tamen Freccia *dubitavit, n.21.*
Et contrarium hodie apud nos servatur, n.22.
Unum tantùm deberi portionem ad maiorem dignitatem spectantem, n.23.
24 *Tribunal Fabrica Sancti Petri de Urbe, fuit cum Iurisdictione, & clausula privativa, atque abdicativa ad ordinarios locorum erectum & n.27. & 28.*
25 *Fabrica Sancti Petri de Urbe est exequutrix piarum dispositionum ex concessione Summorum Pontificum.*
26 *Episcopi sunt de Iure communi exequutores piarum dispositionum.*
29 *Testator non potest facere, quin leges, & Sacri Canones in eius testamento locum habeant.*
Neque disponere, quòd Episcopus, & Reverenda Fabrica non se intromittant in legatis pije ab eo relictis, n.30. & 31.
32 *Causa piarum dispositionum est mixti fori.*
In qua locum habet praeventio inter Iudicem secularem, & Ecclesiasticum, nu.33.
34 *Commissiones causarum fieri prohibentur in Fabrica praeiudicium.*
35 *Legata pia incerta ad Fabricam Sancti Petri ex concessione Summorum Pontificum devolvuntur, & num.48.*
Ad quem effectum incerta dicuntur recusata per legatarios, n.36. & 43.
37 *Legata pia ob legatariorum recusationem deficientia, sunt in alium pium usum convertenda.*
38 *Legatorum piorum commutatio fuit novissimè Ordinarijs locorum, alijsque interdicta.*
39 *Testatoris dispositio potest per aequipollens servari.*
40 *Legatum pro celebratione missarum in certo loco relictum potest in alio loco adimpleri.*
Nisi locum illum in specie testator prospexerit, eiusque contemplatione legatum reliquerit, num.41.
41 *Unio Ecclesiarum per collationem unius ad alteram, operatur, quòd unum corpus efficiantur.*
44 *Declarationes Facultatum Reverenda Fabrica Sancti Petri de Urbe à Deputatis facta tenaciter observantur in Regno Neapolis.*
45 *Decisio Sacra Congregationis Reverenda Fabrica Sancti Petri in Urbe existentis.*
46 *Legatum pro exoneratione conscientia pium dicitur.*
Et quando est incertum, Fabrica Sancti Petri applicatur, n.48.
Ad instar legati pro male ablatis relicti, n.47.
49 *Confessionis sigillum revelare non licet Confessario.*
Neque alteri, sigillum secreti, ut n.50.
Nisi vigore monitoriarum, ut n.51.
Et mortaliter peccant uterque, si Confessionis, vel secreti sigillum revelaverint, n.52.
53 *Legatum pium haeredis avaritia non adimpletum, obsque exequutoris negligentia, non devolvitur ad Episcopum.*
54 *Legatum pro male ablatis solvendis Confessario relictum, debet exequi per Confessarium, consulto Episcopo.*
55 *Militum violentia particularibus illata, inter casus fortuitos connumerantur.*
Ut pro eis, non teneantur alij cives contribuere, num.56.
57 *Legatum incertis personis, de certis relictum, validum est in omnium personarum beneficium.*
Nisi numerus certorum sit validè magnus, quo casu in beneficium incertorum, de incertis, factum fuisse dicitur, n.58.
59 *Militaria damna, uni Pago, vel Oppido illata, ubi ignoratur, quibus sint reficienda, in pauperum beneficium, erit refectio facienda.*
60 *Pauperes incertos Reverenda Fabrica repraesentat, ex Summorum Pontificum concessione.*

61 *Le-*

61 *Legatum pro male ablatis relictum,& in aliam causam non convertendum, si maioris quantitatis fuerit illa, ad quam ascendunt ablata, est pro superfluo haredi restituendum.*

Sed si absque eo, quod in aliam causam non convertatur, fuerit relictum, quod superest in pauperes est erogandum, ut n. 62.

63 *Confessarijs, & curam animarum habentibus, lex multum confidit.*

64 *Advocato, & Medico, sicut, & Confessori est dicenda veritas.*

65 *Medico detegendum est vulnus pro habenda medela.*

66. *Testis vacillans in eius depositione, suspectus redditur.*

97 *Testium duorum in ore, vel trium stat omne verbum.*

68 *Testes etiam singulares in re occulta, atque difficilis probationis plenè probant, saltem alijs iunctis adminiculis.*

69 *Testium singularitas, adminiculativa dicitur, cum eorum dicta ad eumdem finem tendunt.*

Quo casu regularitèr coniunguntur, & probant, num. 70.

Semiplenè tamen, & quandocumque plus, quàm semiplenè, n. 71.

72 *Testis unius inhabilitas ex alterius habilitate suppletur.*

Circa personas, & dictum, n. 73. 74. & 75.

76 *Testes de auditu proprio, non autem alieno plenè probant.*

Maxime in his, qua sunt difficilis probationis, num. 77.

Et is, à quo testis audivit est ille, qui actu gessit, num. 78.

79 *Excommunicatio est iusta, vel iniusta timenda.*

80 *Testis etiam privilegiatus in facto occulto cogitur revelare ad comminationem excommunicationis.*

Si alitèr in eo, veritas haberi non potest, maximè in causa civili, n. 81.

82 *Testis cogi potest ad furem revelandum, nisi ab eodem fure habuerit furti notitiam.*

83 *Testis cogitur crimen, quamvis occultum revelare, ubi de anima periculo agitur.*

84 *Testis unicus non probat.*

Nisi de re ageretur occulta, in qua difficile esset plures habere testes, ut n. 86. & 99.

Vel alia concurrerent prasumptiones, n. 87.

Tunc enim probat, etiam si de auditu deponat, num. 88.

85 *Vox unius, vox nullius.*

89 D. Antonius Caracciolus, Regiam Cancellariam Regens *laudatur*.

90 *Decisio Tribunalis Reverenda Fabrica refertur.*

91 Author, Advocatus, & Relator causarum Tribunalis Reverendæ Fabricæ *Neapoli existentis.*

Et de anno 1653. fuit in Æconomum, & Secretarium eiusdem Tribunalis interim electus de motu proprio Sacra Congregationis in Urbe existentis, n. 92.

93 *Æquites Hierosolymitani in praiudicium Religionis testari non possunt.*

Intellige de bonis proprijs, possunt autem de alienis in dominorum beneficium disponere, n. 94.

95 *Male ablata deducuntur tanquam es alienum.*

Et filiorum legitimam minuunt, n. 96.

Etiam ea, qua fuerunt solùm testamento relicta, num. 97.

98 *Confessio ad exonerationem conscientia, parte etiam absente facta, plenè probat.*

100 *Indicia sufficiunt, cum de conscientia probatione agitur.*

101 *Hominum nemo scit, qua sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in homine.*

101 *Deus scit abscondita cordis.*

Qui solus renes, & corda scrutatur, n. 103.

104 *Malè ablatorum confessio tertio non nocet, in cuius fraudem facta fuit.*

105 *Fraus non prasumitur in ultima voluntate.*

Pracipuè in morti proximo, qui non est credendus aterna salutis immemor, n. 106.

Maximè quando sumus in Religioso viro, num. 108.

Nec de eius commodo, vel incommodo agitur, num. 109.

107 *Bonus quilibet prasumitur.*

110 *Male ablata ad Reverendam Fabricam spectant, exclusis omnibus antea privilegiatis.*

111 *Prior in tempore, potior in iure, etiam in Principis concessionibus, atque privilegijs.*

Nisi Principem voluisse constet posterius privilegium pravalere, n. 115.

Quod tamen in dubio non prasumitur, n. 116.

112 *Princeps debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & tanquàm polus in Cœlo.*

Unde si revocat, etiam proprio motu, quod prius fecerat, circumventus fuisse prasumitur, n. 113.

Idque ex prasumptione Iuris, & de Iure, contra quam probatio in contrarium non admittitur, num. 114.

117 *Clausula*, non obstantibus, *privilegio specialem mentionem requirenti, non derogat.*

Præsertim in tertij praiudicium, cui Princeps praiudicare voluisse, non creditur, nisi specificè expresserit, n. 118.

119 *Clausula* ex certa scientia, *vel* de plenitudine potestatis, *sive* motus proprij, *& similes, in Principis concessione, non operantur in tertij praiudicium, & n. 120.*

121 *Clausula derogatoria in Summi Pontificis concessione apposita, amplissimis etiam verbis concepta, Ius ab eo ignoratum non comprehendit.*

Cuius erat generalis, & expressa mentio pro derogatione facienda, ut n. 122.

Vel quando illi non fuisset verisimilitèr ab eo derogatum, n. 123.

CAPVT XL.

De Legatis pijs incertis ad beneficium Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Vrbe applicandis, ad facultates eidem Fabricæ concessas.

1 BAsilica Divi Petri de Urbe
Romana constructa, tan-
quàm Domus Principis
Apostolorum, quam plu-
rimis fuit privilegijs, fa-
cultatibus, atque indul-
gentijs, ex Romanorum
Pontificum concessione
dotata, ut ex eorum emolumentis reædificata,
constructa, atque ampliata conservaretur; quod
piumopus à *Iulio II.* felicis recordationis insti-
tutum, *Beatissimi Leo X. Clemens VII. Paulus*
III.& IV. Iulius III. Pius V. in Anno 1569. sum-
ma quidem fuerunt pietate prosequuti; præser-
2 tim verò ultra portionem legatorum pijs locis
relictorum, quæ infra annum exigere non cu-
3 taverunt. Legata pia incerta integrè fuerunt
Fabricæ Basilicæ prædictæ applicata, & pro
exequendis facultatibus eidem concessis, ex
conventione habita inter Sedem Apostolicam,
& Regiam Catholicam Maiestatem, Tribunal
4 separatum fuit in hoc Regno constitutum ex
Commissario Generali, Ecclesiastica persona
à Summo Pontifice electa, & Regijs Ministris
Secularibus, tanquàm Regijs Consultoribus à
D. Prorege creatis in prima, secunda, & tertia
instantia; unus enim ex eis in prima; alter in
secunda; alter in tertia assistunt instantia; sed
primò duo de Sacro Consilio, ut plurimum eli-
gi solent; pro tertia verò instantia, unus ex
Dominis Regiam Cancellariam Regentibus,
Revisor tertiatum causarum nuncupatus, qui
ut plurimum post sententiarum exequutionem
5 procedit; ex privilegio duabus sententijs con-
formibus concesso, quòd exequantur appella-
tionis causa, absque præiudicio exequutionis
cōmittenda, ex *Bulla Pij V.* quæ incipit. *Et si om-*
6 *nium litium finem*, Regio exequatur roborata;
& prædictis Commissario, & Consultoribus
fuit etiam dubiorum decisio circa facultates
Fabricæ competentes commissa, litterarum ta-
mèn Fabricæ interpetratione Deputatis in Vr-
be Romæ reservata, ut constat ex privilegio
exequutoriationis in Regia Cancellaria exi-
stente super prædictorum omnium confirma-
tione, de quo meminerunt *Reg. Revit. in pragm.*
1. de legat. pijs, num. 2. Tasson. in observationib. Iu-
risdict. super pragm. de antephato, vers. 3. observ. 3.
num. 395. Thor. in voto decisivo 71. num. 31.
lib. 2. ac etiam *Reg. Capyc. Latro in decis. 180.*
7 *num. 1. & seqq. lib. 2.* De cuius Tribunalis ere-
ctione, atque origine loquuntur *Ic: Aloys. Ric-*
cius Viciaquens. Episcop. in Praxi variar. resol.
fori Ecclesiast. p. 2. resol. 374. & *Carol. Maranta*
Episcop. Iuvenacens. in controversa respons. 24. nu.
13. & seq. p. 1. ubi etiam ex *num. 20.* pluribus
8 comprobavit, posse Iudices illius cognoscere,
an eorum sit Iurisdictio in legato aliquo tan-
9 quàm pio procedere? neque propterea censen-
dos esse in causa propria iudicare, cum nullum
10 ad eos pertineat emolumentum, sive dam-
11 num, ad similitudinem Iudicum Regiæ Came-
12 ræ, aut Cameræ Apostolicæ, qui non sibi ipsis,
sed Regi, ac Summo Pontifici, eiusque Cameræ
13 lucra ferunt; Iudicis verò est cognoscere, an
sua sit Iurisdictio? *l. 1. §. sed si dubitetur*, & *l. si*
quis alienam 5. ff. de iudic. licèt hoc limitari in
14 Iudice respectu certarum rerum, vel persona-
rum, post alios affirment *Reg. de Ponte*, & *San-*
felic. ille *in decis. 33. num. 4.* & hic *in add. ad eius*
praxim iudiciar. sect. 19. n. 5.
15 Quod si aliquis ex Regijs Consiliarijs Con-
sultor electus, causarum Tribunalis prædicti,
creatus fuerit Regiam Cancellariam Regens,
Præses Sacri Consilij, aut Locumtenens Regiæ
Cameræ Summariæ, adhùc retinet Iurisdictio-
nem sibi cōmissam causarum eiusdem Tribuna-
16 lis Reverendæ Fabricæ; sicut neque privatur
delegatione, quam forsàn habebat, gabella-
17 rum, redemptionum, hijsque similium, ut fuis-
se in eius persona servatum, cum de Regio Cō-
siliatio fuisset ad Præsidis Sacri Consilij munus
promotus, testatur *Præs. de Franch. in decis. 445.*
18 nam dignitas maior non immutat personæ
19 substantiam, neque conditionem, ex *l. pen. ff.*
de Senatorib. & *l. falsa demonstratio 33. §. 1. ff. de*
condit. & demonstrat. ut proinde eidem Officia-
20 li ad maiorem dignitatem assumpto, deberi
duplicatum sal, ceram, & cartam huiusmodi
Officialibus dari consuetam in Regno nostro
Neapolis, affirmet *Amend. in add. ad præd. de-*
cis. Præsid. de Franch. post *Frecc. in tract. de sub-*
feud. lib. 2. in tit. Quid dicatur Comes, nu. 52. qui
21 tamen super hoc alijs reliquit cogitandum,
cum *Rebuffo in l. iubemus, C. de proximis sacror.*
scrinior. lib. 12. & quidem ex resultatione Re-
22 giæ Visitationis fuit hoc temporibus nostris
abolitum, ut audivimus, atque observatum,
23 unam tantùm deberi portionem ad maiorem
dignitatem spectantem.
24 Fuit autem erectum hoc Tribunal cum Iuris-
dictione, & exemptione Officialium ipsius, at-
que clausula privativa, & abdicativa ad ordi-
narios locorum, ut in facultatibus *Leonis X.*
Clementis VII. Pauli III. atque Iulij III. Pontifi-
cum latè continetur, de quibus multa apud
Marantam in contrav. respons. 68. p. 3. Vnde re-
25 mansit Fabrica Sancti Petri de Vrbe piarū dis-
positionum exequutrix, ut pium defuncti, al-
teriusve propositum, hæredum, sive aliorum
negligentia, vel mora non exequutum adim-
26 pleatur, Episcoporum loco, quibus etiam Iure

commuoi Romanorum iofpecto, fuit piorum
relictorum exequutio commiffa, ut in *cap.3.de testament.* & in *l.nulli 9.C.de Episcop. & Cleric.*
quod etfi non fuiffet exceptum à *Trident. Concil.in cap.8.sess.22.* dum Epifcopis piarum di-
fpofitionum exequutio committitur, oon ani-
madverfa de Iurifdictione abdicativè, feù pri-
vativè Tribunali Reverendæ Fabricæ conceßa;
27 per quam omois poteftas circa prædicta io-
telligebatur ab ordinarijs adempta, ut per *Capyc.in decis.122.num.6. Praes.de Franch. decis.
417.num.7. & 8.*quos refert *Anna in cons.107.
num.6.lib.2.* Fuerunt nihilominus per aliam
Bullam Pij V. in anoo 1569. privilegia Reve-
28 reodæ Fabricæ exprefsè confirmata, non ob-
ftantibus Apoftolicis, & in Provincialibus, &
Synodalibus Coocilijs æditis, geoeralibus, vel
fpecialibus Conftitutionibus, & ordioarioni-
bus; ut cantant verba: *Motus proprij* fuper hoc
29 æditi. Neque poteft teftator facere, quod le-
ges, & Sacri Canones in eius teftamento oon
30 ferventur difponendo, quòd Epifcopos, aut
Reverenda Fabrica non fe intromittant in le-
31 gatorum piorum exequutione, quamvis dixe-
rit, quòd aliter pro ooo factis habeantur, ex
*l.nemo potest 58.ff. de legat.1. & cap.requisivisti
15.de testament.* probant in individuo *Molfes.in comment.ad Consuetud.Neap.p.3.q.1.n.num.
7. & seqq. Novar.in q.forensi 91. num.18.p.1.
Tasson.in d.pragm.de antephato,vers.3. observ.3.
n.395.in fine.*
32 Sed piarum difpofitionum exequutionem
mixti fori effe, probatur io *l.hereditas 53.§.si
defuncto in fine,ff.de petit.heredit.*cum coocord.
à *Tiraquello* relatis io *tract. de privileg.piæ cau-
33 sa privileg.149.& seq.*propterea prævenitioni lo-
cum effe dicendum eft, ut caufa coràm Eccle-
fiaftico Iudice prævenota, coram eo terminari
debeat, ex reg. *l.ubi acceptum 30.ff.de Iudic.* ut
in fpecie notat *Thor.in singul.9. piar. causar.*
quòd magis in Tribunali Reverendæ Fabricæ
procedit ftante præcifa expreffione io Regio
34 beneplacito, ut commiffiones caufarum fieri
non poffint in præiudicium Fabricæ, ubi de eius
intereffe agitur, fecundùm *Episcop. Marant.
in respons.24.num.14. lib.1.* & ex Iuris etiam
commuois difpofitione, firmant poft alios *Reg.
Capyc.Latro in relata decis.180. num.10.*
35 Cum verò incerta legata ad pias caufas re-
licta, fuiffent ad Fabricæ beneficium, ut fupra
36 applicata, fub illorum appellatione, etiam le-
gata pia per legatarios recufata, comprehendi,
fuit per Domioos Deputatos Collegij Fabricæ
prædictæ in Romana Urbe exiftentis declara-
tum, in Anoo 1589. etiam vigore iotetpretta-
tionis facultatum fibi ipfis exprefsè refervatæ,
37 cum enim ex caufa recufationis, & denegatæ
illorum aditioois, legata fiant incerta, & ex
privilegio piæ caufæ omninò fint in alium pi-
um ufum coovertenda, ut probat *text.in eod.
cap.3. de testament.*ubi plenè *Covarr.num.9. &
seq.*& in *d.l.nulli, C.de Episcop.& Cleric.* ex Bea-
tiffimorum Pootificum conceffiooe, fueruot in
pium Fabricæ prædictæ opus generalitèr con-
verfa.
38 Vnde fuit legatorum ad pias caufas relicto-
rum, commutatio in alium pium ufum Ordina-
rijs Iocorum, atque omoibus alijs confequentèr
interdicta in præiudicium facultatum Reve-
reodæ Fabricæ, ut exprefsè declarat Breve
Apoftolicū io Anoo 1598.à *Beatissimo Clemente VIII.*emanatum, atque Regio exequatur io-
ter perfonas Ecclefiafticas fub eodem tempore
muoitum.
Ex quibus omoibus vana deprehendebatur
prætenfa commutatio, five translatio (ut ad-
verfariorum opioioni fatisfaciamus) quæ per
Monafterium Sanctæ Mariæ de Carmelo huius
Civitatis Neapolis, cum confenfu eorum Pa-
tris Generalis, atque hæredum quoodam Fran-
Pro ut neque impeditur hypotheca constitutio, num.21.

Sed promissor tantùm ad interesse tenetur, num.19.

17 Dominia rerum, citra rei traditionem de uno in alium transferri non possunt, & n.18.

22 Hæres, conditionaliter gravatus, pendẽte conditione, validè transfert, rerum hæreditariarum dominium.

23 Principis gratia non intelligitur, in tertij præiudicium.

24 Successoris appellatione in feudalibus ille venit, qui ex natura feudi, vel Constitutionis providentia succedit.

25 Succedere, est in locum alterius subintrare.

Sed in propria natura successionem denotat ab intestato, n.26.

Vel pro verbo ultimæ voluntatis accipitur ab intestato, & ex testamento, n.27.

Nisi ex adiunctis, & subiecta materia apparerei, ad actum inter vivos referri, nu.28.

Aut singulari rei, non Universitati bonorum, adijciatur, n.29.

30 Feudum est Universitas bonorum, propter bona, quæ continet multiplicis speciei.

An tamen Universitas sit facti, vel Iuris? remissivè, n.31.

32 Conditio voluntaria, adimpleri debet in forma specifica.

Necessaria verò etiam per æquipollens potest adimpleri, n.33.

Et voluntaria dicitur, quæ inest ex pura voluntate testatoris, aut contrahentium, n.34.

35 Conditio potestativa natura casum deficiens habetur pro impleta.

Mixta verò conditio, etiam casu deficiens, deficere facit dispositionem, n.36.

Idem si tertij facto deficiat, n.37.

38 Fideicommissum simplex, & absolutum ex reali prohibitione alienationis oritur.

Nisi in certis tantùm casibus, & personis fuerit expressum, quas non egreditur, n.39.

40 Ordo intellectus, potiùs, quàm scriptura, est attendendus.

41 Alienandi prohibitio à præcedenti fideicommisso regulatur, atque restringitur.

Ita etiam à fideicommisso, vel substitutione subsequentibus, n.42.

43 Dictio, sed, licèt adversativa, continuationem inducit præcedentis sermonis.

44 Agnationis ratio habita, perpetuum fideicommissum inducit in tota familia.

Nisi fuerit in certis tantùm gradibus expressa, & contemplata, n.45.

46 Dictio, videlicet, declarat, atque determinat præcedentem dispositionem.

Sed tamen illam restringit, non ampliat, n.48.

Et quando demonstrativè, vel restrictivè stare dicatur? n.52.

47 Interpetratio sumenda est, ne verba sint superflua.

Hoc verò superfluitatis argumentum tenue est, ut n.49. & 50.

51 Dispositio declarans, est intelligenda secundùm terminos declaratæ dispositionis.

53 Geminata verba magis enixam voluntatẽ ostendunt.

Non tamen augent dispositionem, n.54.

Neque mutant negotij substantiam, n.55.

56 Fideicommissum ex generali ratione adiecta, conservandi bona in familia, ampliatur, atque restringitur, & n.57. & 58.

59 Fideicommissum absolutum, tàm in casu alienationis, quàm in casu mortis, quando resultat, & n.68. 70. & 75.

60 Alienare prohibitus, hæredem extraneum instituendo, alienare videtur.

61 Verbum, perpetuo, in ratione conservationis bonorum in familia adiectum, perpetuum inducit fideicommissum.

Nisi possit in personis expressis verificari, absque eo, quòd novum fideicommissum inducat, num.76.

Vel fuerit cum verbis restrictivis, in familia prædicta, positum, ut n.77.

62 Hæredum nomine in fideicommissis, hæredes sanguinis, non extranei continentur.

63 Familiæ nomine, transversales agnati comprehenduntur in descendentium defectum.

64 Familia contentiva, vel effectiva, quæ dicatur?

65 Monasterium non succedit Monaco in bonis fideicommisso gravatis pro familia.

Licèt aliàs loco filij habeatur, nu.66.

67 Fideicommissum perpetuum inducitur ex alienandi prohibitione adiecta rei, familiæ splendorem conservantis.

Cum declarationibus, n.80. & 81.

69 Expressio eorum, quæ tacitè insunt, sæpè toleratur, ut novam non inducat dispositionem.

71 Masculorum appellatione, veniunt masculi, ex fœminis descendentes.

Nisi agnationis ratio fuerit expressè, & generaliter habita, n.72.

73 Dictiones, prædicta, & ut supra, sunt restrictivæ.

Et relationem faciunt ad præcedentia, cum omnibus qualitatibus suis, n.74.

78 Textus verba in l. cum ita 33. §. in fideicommisso, ff. de legatis 3.

Eiusque plures intellectus remissivè, n.79.

82 Suorum appellatione, hæredes etiam extranei continentur.

83 Successio legitima dicitur, quæ ex legis dispositione defertur.

84 Singula, quæ non prosunt, iuncta iuvant.

Ubi quodlibet eorum est in suo genere perfectum, num.85.

86 Verisimilis testatoris mens est attendenda, & quòd ipse verisimiliter respondisset.

Sed intellige, ut n.87. usque ad n.90.

91 Pri-

91 *Privilegium, in Regno est exequutoriandum infra annum, aliàs nullum redditur.*
92 *Privilegium amittitur per non usum decennij. Vel per actum contrarium, licèt unicum, n. 93.*
94 *Verbum,* succedant, *intelligi debet, cum effectu, non autem in spe, & potentia.*
95 *Decisio Sacri Consilij refertur.*
96 D. Marcus Antonius Cioffi Regius Consiliarius *laudatur.*

CAPUT XLIII.

De Fideicommisso in dubio non præsumendo, ad *text. in l. cohæredi 41. §. cum filio, ff. de vulgari substitutione.*

1 Fideicommissum, tanquàm odiosum, in dubio non præsumi, & illud allegantis, probationis onus incumbere, ex *l. cohæredi 41. §. cum filio ff. de de vulg. subst.* post alios probat *Annæ in consil. 28. num. 7. vol. 1.*
2 propter onus restitutionis, ex quo libera ingenuis hominibus aufertur alienandi potestas; id quod iniquum esse affirmat *Iurisconsult. in l. non usque adeo 2. ff. si à parente quis fuerit manumissus,* & libertati à natura hominibus concessæ resistit, de rebus eorum, pro libito disponendi, ut in *l. in re mandata 21. C. mandati.* Propte-
3 (see above)
4 rea semper obijci posse, de te non loquitur fideicommissum, sive substitutio, ex *Ioanne Andrea ad Speculat.* alijsque pluribus docet *Peregrin. in tract. de fideicomm. artic. 1. num. 26. & artic. 11. num. 27.* neque sufficit, ex proprio Marte,
5 aùt divinando fideicommissum inferre, cum nō sit ex nostro capite somniandum, ut per *Soccin. sen. in consil. 62. num. 4. vol. 3.* aliosque per *Reg. Rovit. in consil. 7. num. 5. lib. 2.* & contra fideicommissum, est in dubio iudicandum, ex *Decio in consil. 593. num. 5. lib. 2. Menoch. in consil. 376. num. 35.* alijsque multis, per ultumqoe *Annam* relatis in *sing. 628.* atque *Lanario in consil. 63. num. 6.*
6 præsertim, ubi de fideicommisso agitur inducendo, quo casu inspicitur persona gravati, eiusque respectu onus, & odium continet, ne-
7 que de persona ad personam extenditur, ut in *l. cum pater 79. §. liberi, ff. de legatis 2.* cum alijs per *Peregrin. in d. artic. 1. num. 3. & in artic. 25.*
8 *num. 2.* etiam si concurrat identitas rationis, ut *Menochio, Surdo, Peregrino, atque Fusario* relatis docuit *Reg. Merlin. in suis controvers. forens. cap. 72. n. 10. lib. 1.*
9 Quòd enim dicitur fideicommissum ad favorem agnationis relictum esse favorabile, & ampliandum, procedit, ubi agitur de fideicommisso iàm inducto declarando, in quo substituti persona inspicitur, eiusque respectu favorabile dicitur; non quando tractatur de fideicommisso, in alijs personis inducendo, ut ex *Menoch. in lib. 4. præsumpt. cap. 67. num. 26.* qui alios refert *Petra, & Rogerio,* deducit *Ludovic. Casanate in consil. 4. n. 40.*

Hæc omnia magis locum habent in fideicommisso, quod fuit in contractu constitutum;
10 strictior enim in contractibus, quàm in ultima voluntate fit interpretatio, ex regula *l. in testamentis 12. ff. de reg. Iur.* quia scilicèt in cōtracti-
11 bus, tanquàm ultro, citroque obligatorijs, de utriusque contrahentis agitur præiudicio, iuxta *l. Labeo 19. §. contractum, ff. de verb. signific.* &
12 stipulatori imputatur, quare non latiùs verba concepetit, *l. veteribus 40. ff. de pactis,* & *l. quidquid astringendæ 99. ff. de verb. oblig.* in ultimis
13 verò voluntatibus quæ à voluntate testatoris solùm pendent, non potest hæredi, vel substitutori imputari, quòd non fecerit, ut apertiùs testator loqueretur, ad ea, quæ post *Alberic. Iason* consideràt in *l. beneficium, num. 19. ff. de Consti-*
14 *tut. Princip.* propterea strictiùs esse in contractibus procedendum, ut verba tantùm disponunt, quantùm fuit expressum, & non ultra, docuerunt alij omissis *Bald. in l. pactum, quod dotale q. 9. C. de collationib. Gabriel. consil. 140. num. 33. lib. 1. Roland. consil. 59. n. 22. lib. 3. Menoch. cōsil. 111. n. 23. lib. 2.* neq; statum coniecturalē in eis
15 admitti, post *Consil. Petram,* affirmat *Cancer. in lib. 2. variar. resol. cap. 7. n. 236.*
16 Insuper alienandi prohibitio in contractu apposita, impedire non potest dominij translationem, atque alienationem, ex dispositione *l. si quæsita 135. §. ea lege, ff. de verb. obligat. & l. ea lege 3. C. de condit. ob causam,* cum rerum do-
17 minia citra rei traditionem, transire non possint de uno in alium, *l. traditionibus 20. C. de*
18 *pact.* ita postquàm semel fuerunt per traditionem translata, non possunt absque traditione retransferri, ex *l. ab emptione 59. ff. de pact. & l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* sed solùm ad
19 interesse promissor tenetur, tanquàm in obligationibus facti, ex *glossa in d. §. ea lege in verbo alienat* de qua latè *Peregrin. in relato tract. de fideicom. artic. 51. num. 72. & seqq.* ubi etiam *nu.*
20 77. neque generalem hypothecam pro contractus observantia adiectam, impedire posse dominij translationem, affirmat ex receptiori DD. sententia, quam communem, & veram esse profitetur, non obstante iuramento *Præs. de Franch.*
21 *decis. 355. num. 5.* ita neque hypothecæ constitutionem impedire, quæ à pari procedit, cum dominij translatione, patet ex traditis per *Soccin. sen. in consil. 75. n. 10. lib. 1.*

Unde inferebamus in facti contingentia, fideicommissum ab Illustri quondam D. Antonio Ursino Gravinensium Duce, & fratribus pro exequutione assertæ volūtatis paternæ constitutum, super Palatio in Platea Montis Oliveti, quod fuit quondam Illustris Ducis D. Ferdinandi senioris communis patris non esse, ultra

ca-

casum, in quo loquebator protrahendum, & propterea ultimum vocarum, qui licèt sub con-
22 ditiooe gravarur, liberè ioterim potvir rem fideicommisso suppositam alienare, vel obligare, eiusque domioium revocabilitèr traosferre, donec evenieote casu fideicommissi, revocetur ex *l.fin.§.fin autem, C.commun.de legat.* & *Peregr.in d.tract.de fideicomm. artic.22. nu. 75.Fusar.in tract.de substit.q.318.num.*108. ubi alios allegat, tanquàm fideicummissi casus postea cessaverit, legitimè, & irrevncabilitèr alienavisse; si quidem io facto constabat, filios masculoa primogenitos D. Antooij, & desceodentium ab eis masculorum primogeoitorum, solùm fuisse voearos, quioimò illoa taotùm, qui succederent in Docatu Gravinæ; Unde legitimo Iure Actori obijci poterat, de re oon loquitur fideicommissum, stantibus etiam sequétibus verbia. *Et dicti tales &c. vocati censeantur, & non alij, &c.* quæ magia aliorum exclusionem operaotur: qualitas enim filij, vel desceodentia ex D.Aotonio primogeniro, oon aderar in Illustr.D.Ferdinando Actore, cum ex quartogenito desceoderet; minus aderat in eo alia qualitas omninò ex fideicommisso requisita successoris io Ducaru Gravinæ per illa verba videlicèr: *illi, qui succederent in Ducatu Gravinæ masculi tantum, ut supra de familia tamen Vrsina*, non eoim in Ducatu Gravioæ successerat ab iotestato, vel ex testamento, quia fuerat ab Illustri D.Felice Maria Vrsina Dueißa Surmooetæ, sorore D.Michaelis Aotooij proximiore ultimi morieotis exclusus, sed ab eadem titulo refutatioois Ducatom prædictum obtiouerat, & super ea refutatione, tanquàm in remoriorem facta, atque in gradu onn successibilem oporroit Regium Assensum obtinere, solutis Regiæ Curiæ duc.octingentum pro gratia, illum obtinendi, com eisdem antiquitate, & prærogativa; quæ tamen gratia à Rege obteota non intelligebatur Ius tertio quæsitum, creditoribus scilicèr abstulisse: licèt enim graria
23 Priocipis plenam recipiar interpetratiooem, attamen in dubin, non in tertij præiudicium intelligitur ex *l.2.§.si quis à Principe, & §.merito, ff.ne quid in loco publico*, ut per *glos.Bart.& scribentes omnes in l.Gallus, §. & quid si tantum, ff.de liber.& posthum.* aliosque refert *Peregrin. in tract.de Iure fisci, lib.5.tit.2.num.*54 cum adductia per *D.Rodoer.ad Reg.de Marinis tom.*1. *quotid.resol.cap.68.n.8.*

Etenim verba prædicta, intelligi minimè poteraot de sucessore, qui noo sit proximua, & immediatua successor, & quem alius proximior
24 in gradu præcedit; successoria enim appellatiooe in feudalibua, solum ille intelligitur, qui habilis est ad soccedendum ex oatura feudi, vel ex provideoria Constirutionis, secundùm *Bald.in cap.1.col.6. do prohib. feudi alienat.per Federic.* & post eum *Frece. de subfeud. lib.2.9.12.n.6.in quæstionib.de assensu*, iovetisi-
25 mile autem est de omoi successore, latgissimè sumpto, testatorem, eiusque filios, cogitavisse, verbo *succedere* pro *subintrare* io locum alterius accepto, iuxta *l.si hæreditas* 10.*§.qui filium ubi glossa, ff.de testament.tutela*, ex tradiris per *Alex.in cons.1.num.2.*in fine, *vol.1.* & io *consil.*100.*num.4.vol.7. Peregrin.de fideicomm. artic.*
26 20.*num.*10.*in fine*, sed potiùs diceodum erat, fuisse successoris nomen consideratum, io sua propria oatura, quæ successionem ab ioresraro deootat, *l.3.§.de illo, ff.pro socio*, vel saltèm la-
27 tiùs pro verbo ultimæ voluntatis, quod successionem iofert ab iotestato, vel ex restameoto, ex *l.in successione 9.C.de legitim.hæredib.* & *l.1. & 2.l.servus 4.* & per totum *C. communia de success.* ut per *Soccin.cons.150.num.32.lib.1.Ruin.cons.126.num.1.lib.1.& cons.72.num.17. lib.3.Cephal.cons.254.num.11.* obi *num.14.& 15.*
28 dicit, quòd si ex adiooctis, & subiecta materia, clarè non apparear, referri ad actum inter vivos, oon esset recedendum à natura, & propria sigoificatione vocaboli. Hæc omnia refert *Ca-*
29 *sanato cons.45.num.9.* & licèt verbum succedat adiectum rei singulari, oon aotem Vniversitati bonorum, vel quotæ oon deootet titulum hæreditariom, ot ex *l.cogi 16.§.generalitèr, ff.ad Trebell.* probat *Surd.cons.8.num.16.lib.1.* feu-
30 dum tamen, propter bona, quæ continet multiplicis speciei, dicitur Vniversitatis bonorum, ot per *Andream in cap.1.num.14. circa finem*,
31 quid sit Investitora, sive Uoiversitar, facti sit, sive Iuris, de quo per *Camer.in cap.Imperialem, fol.38.lit.A.& Pras. Merlin.controv.90.nu.35. lib.1.*

Neque refragatur, qoòd effectus titoli Ducatua Gravinæ fuerit à contrahenribus consideratus, ut ille, qui ex familia Ducatum haberet, Palatio frueretur, qoi tamen effectos sufficit, quòd sit quovis modo sequutus: sumus
32 eoim in condirione voluotaria, in qua desideratur adimplemeotom in forma specifica, oeque sufficir per æquipolleos, or per *Bart.in l. Gallus, §.& quid si tantum, num.3. versic. aut casus omissus, ff.de liber.& posthum.* cuius doctrioam communitèr à DD. approbari, dicit *Rolan. à Valle cons.59.num.20. vol.3.* quidquid aliud
33 io conditione necessaria lucum habear, quam per æquipollens adimpleri sufficit, ex ootaris in *l.mulier 22. ff.ad S.C. Trebell.in l.si mater 3. C.de instit.& substit.* & sunt ad hunc effectum
34 voluntariæ cooditiooer, quæ iosunt ex pura ordinarioue testatoris, sive cootrahentium, nō oecessariæ ad actum fideicommissi, vel ad effectum, ut fideicommissum debeatur, ut per *Soccin.cons.76. vol.3.* & ex mulris declarat *Peregrin.de fideicomm.artic.31.n.22.*
35 Quòd verò dicebatur, cooditionem prædictam, tanquàm in ea parte, in qua ex vocatorum voluntare dependet, haberi pro impleta, quamvis naturæ casu defecerit; io coodirione merè potestativa procedebat, ex *Peregrino in ar-*

tic.

tic.16.num.130.mixta verò conditio, etiam ca-
36 su deficiens, deficere facit fideicommissum, ut
ex l.Titio centum 70.§.Titio genero, versic. ante
nuptias, ff.de condit. & demonstrat. cum alijs
concordantibus, receptam esse DD.sententiam
refert Peregrin.eod artic.16.num.139. idem est
37 si facto tertij deficiat, quòd iustum sit, vel fue-
rit causa remota, quod conditio non implea-
tur, ut ibidem nu.152. & seq. similitèr ex com-
muni sententia probatur, & confert D.Sceppa
in observat.ad decis.Gratian.observat.153.

Sed, & quæ pro fideicommisso induci pote-
rant coniecturæ facillimè reijciebantur, & in
primis, ex reali alienandi prohibitione, per illa
verba adiecta: Cum conditione tamen, & lege,
quòd nullo unquàm futuro tempore Palatium
prædictum, & bona in totum, aut in partem ven-
38 di, seu alitèr alienari possint: nullum inferri po-
terant ultra vocatos fideicommissum: quamvis
enim realis prohibitio, tanquàm in rem con-
cepta, simplex, & absolutum inducat fideicom-
missum, ad notata in l.pete 71 §.fratre, ff.de le-
gat.2.cum alijs per Fusar.in tract. de substit.p.2.
in tit.de probib.alienat.q.679. num. 20. ubi ta-
39 mèn expressum fideicommissum in certis casi-
bus, & personis subsequitur, præcedens pro-
hibitio ad terminos fideicommissi restringitur,
neque personas in eo contentas egreditur; cen-
setur enim una dispositio facta, propter aliam
præcedens, scilicèt prohibitio, propter subse-
quentem substitutionem, non autem substitu-
tio propter prohibitionem: quia prohibitio est
modus conservandi bona, ut fideicommissum
sortiatur effectum, ita egregiè tradiderunt alijs
relatis Hieronymus Gabriel in cons.132.num.
21.lib.1. Menoch.in cons.642. num.3.lib.7. Ro-
ta Rom.apud Peregrin.in decis.134.nu.33.Sfor-
tia Odd.in tract.de fideicom.q.14.num.134. Fu-
sar.in tract.de substit.q.683.num.6. & 8. versic.
40 sunt etiam alij. intelligitur enim, in ordine
intellectus, prius facta substitutio, & fideicom-
missum, quàm prohibitio alienationis; propte-
rea ordinem intellectus, potiùs, quàm scriptu-
ræ, attendere debemus, ex notatis in l.cum pa-
ter 79.§.fidei tua, ff.de leg.2. ut post Bart.in l.ita
tamen §.qui suspectam, num.2. ff.ad Trebell. de-
clarat Fusar in loco relato n 7. quemadmodum
41 enim sequens alienandi prohibitio à præce-
denti fideicommisso regulatur, atque restringi-
tur, ex Decio in cons.636. cuius opinionem ve-
riorem esse, quam plurimis alijs allegatis affir-
mat Peregrin.de fideicomm. artic.14. num.47.
42 ita præcedens prohibitio debet à sequenti sub-
stitutione restringi: non enim est vis in ordi-
ne, sed in coniunctione prohibitionis, ut præ-
citati DD.affirmant, & hoc magis locum habet
propter sequentia verba: Sed in eisdem Palatio,
& bonis succedant, &c. dictio enim illa, sed,
43 quamvis adversativa, stat nihilominùs con-
iunctivè, & continuationem inducit præce-
dentis sermonis, ut per Bald. in l.omnes populi
num.71.ff.de Iust.& Iure, quam sequitur Dec.
in cons.336.n.3.lib.1.

Secunda, quæ desumi poterat coniectura, ex
filiorum masculorum primogenitorum D. An-
tonij, vocatione, & descendentium ab eis ma-
sculorum primogenitorum, exclusis fœminis,
44 quæ masculinitatis, & primogenitorum ex-
pressio, & fœminarum exclusio, agnationis
prospectum fuisse demonstrare videntur, &
perpetuum inter primogenitos masculos, ex
familia descendentes induxisse fideicommis-
sum, ut ex Baldo, & alijs pluribus probat Moli-
na in tract.de Hyspan.primogen.lib.1.cap.5.num.
36. & 39. minus paritèr obstabat; quia licèt
45 agnationis ratio substitutiones extendat; ni-
hilominùs, quando non simplicitèr, & abso-
lutè, sed in certis tantùm gradibus, & perso-
nis, reperitur expressa, & contemplata, restrin-
gitur, & limitatur ad personas nominatas, ut
ex Peregrino de fideicomm.artic.29.num.39.ali-
jsque innumeris deducit Casanate in cons.4. nu.
217.& 221.Reg.de Ponte in decis.39.num.1.&
seqq. Reg.Rovit.in cons.34.num.6. lib.1. quòd
etiam expressè fatetur idem Molina in loco re-
lato num.37. & lib.3.cap.5.num.10.19. & 20.
per text.in l.qua conditio 39 ff.de condit. & de-
monstrat.

Tertia, quæ oriri videbatur ex alijs subse-
quentibus verbis coniectura, dum dicitur: vide-
licèt illi, qui succederent in Ducatu Gravina ma-
sculi tantum, ut supra de familia tamen Ursina
descendente ex dicto quond. Duce Ferdinando:
46 probari videbatur ex natura dictionis, videli-
cet, quæ declarat, atque determinat præceden-
tem dispositionem, ex notatis per Gratian.in
tract.de dictionib.cap.283.superflua enim fuisset
additio, de familia Ursina descendente ex Duce
Ferdinando, si ad filios tantùm, atque descen-
dentes D.Antonij fuisset vocatio restricta, quia
expressis descendentibus ex D.Antonio, iam
illos ex Duce Ferdinando, ipsius D. Antonij
patre descendentes esse constabat, & nihilo-
47 minùs neque una quidem syllaba in ultimis
præsertim voluntatibus, & in alia qualibet ma-
teria stare debet otiosa, ex notatis in l.si quan-
do 212.ff.de legat.1.cum alijs per Gratian.in lib.
5.discept.forens.cap.995.n.9.
48 Sed tamen dictio, videlicet, restringit, atque
declarat, non ampliat præcedentem disposi-
tionem, ut loquuntur Grat.& omnes ab eo rela-
ti, præsertim ex nostris Præs. de Franch. decis.
216.num.17.ubi allegat text.in l. videlicet 27.
ff.de pact. Maranta in suo speculo p.3.num.105.
49 superfluitatis verò argumentum tenue, & in-
firmum esse dicit Alciat.in l.3.num.3. ff.de le-
gat.1.neque procedit, ubi fit expressio eorum,
quæ tacitè insunt, quia fieri intelligitur ex
abundanti ad maiorem voluntatis declaratio-
nem, non quòd aliquid operentur, ut in l.3.ff.de
legat.2.ubi DD. & per Surd.in decis.119. num.
28. & 182. num. 8. Bursat.in consil. 32.num.
61.

61. & consil. 40. num. 44. lib. 1.
Minus pariter obstabat dicere, præceden-
tem fideicommissi vocationem esse dividen-
dam à dictione, *videlicet*, eique subseqnentia
verba esse aggreganda, per quæ dicitur, & di-
cti tales vocati censeantur, & non alij, cum verius
sit à dictione, *videlicet*, esse sequentia verba prio-
51 ri orationi referenda: semper enim dispositio
declarans, secundùm terminos declaratæ di-
spositionis, est interpretanda, ex l. nihil 2. ubi
Bart. ff. de coniungend. cum emancipato liberis,
alijsque relatis, per Ramonium in cons. 100. num.
499. ubi præ cæteris allegat Surd. in cons. 393. n.
52 17. lib. 3. & quamvis dictio, *videlicet*, stet quan-
doque demonstrativè, illud est, cum in exposi-
tione idem est, quod in vocabulo exposito, quo
casu vim habet demonstrandi, exemplificandi,
& quid simile agendi; cum verò minus vo-
cabulo exposito complectitur limitationis, non
demonstrationis vim habere, tradunt latè post
alios Ruin. in cons. 97. num. 13. & 15. vol. 2. Me-
noch. in cons. 706. n. 11. lib. 8.
Quartum desumi poterat fideicommissi ar-
53 gumentum, ex geminatione verborum, de fa-
milia ex D. Ferdinando descendente, loquen-
tium, quæ magis eoixam voluntatem osten-
dunt, ex notatis in l. Balista 32. ff. ad S. C. Tre-
bell. cum alijs plenè de geminationis effectu,
congestis per Crassum in tract. de except. except.
54 14. num. 24. & seqq. sed geminata verba non
augere dispositionem, habetur in l. qui bis idem
18. ff. de verb. oblig. & per quamcumque ge-
55 minationem, & multiplicationem verborum
negotij substantia non mutatur, ut ex Manti-
ca de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 32. num.
14. probat Gratian. in lib. 5. discept. forens. cap.
674. n. 35.
Quinta colligi videbatur coniectura ex po-
stremis fideicommissi verbis: *ad hoc ut Palatium
ipsum perpetuò conservetur in familiam prædi-
ctam Ursinam descendentem ex dicto quond. D.
Duce Ferdinando, ut supra*, hæc ratio generalis
56 fideicommisso adiecta, ampliare videbatur
præcedens fideicommissum, quod ex ratione
in eo expressa ampliatur, atque restringitur, ex
regula text. in l. cum ita legatur 33. §. in fideicom.
misso, ff. de legat. 2. ut plenè tradiderunt Molina
de Hisp. primogen. lib. 1. cap 4. num. 13. cum seqq.
Fusar. de substit. q. 351. ubi num. 25. in ratione
57 post alienationis prohibitionem adiecta, cum
tamen iam esset vestita, & validata prohibitio;
58 magis admittendum esse ait, ne ratio stet sine
effectu, atque superflua reddatur; in quo con-
veniunt plures alij, quos congerit Reg. de Ponte
in cons. 46. num. 26. lib. 1. Thor. in compend. decis.
Regni p. 2. in verbo Fideicommissum simplex, &
59 absolutum; unde purum tunc, & absolutum
resultare fideicommissum, nedum in casu alie-
nationis, verum etiam in casu mortis, commu-
nem esse DD. sententiam affirmant Gabriel in
lib. 1. commun. opin. in tit. de fideicomm. conclus. 9.
num. 42. pro qua alios adducit Barbat. in tract.
de fideicomm. & maioratu p. 1. cap. 8. num. 117.
60 licèt hæredem extraneum in morte instituere,
sit etiam alienare, ut per l. post 71. §. frater, ff. de
legat. 2. ait Paul. Castrens. in singul. 20. inter sin-
61 gularia DD. stante præsertim dictione illa, *per-
petuò*, quæ perpetuum inter omnes de familia
inducere videtur fideicommissum, ex Gabriele
in d. conclus. 9. num. 12. Peregrino in tract. de fi-
deicomm. artic. 11 nu. 54. Thesaur. in lib. 3. quæst.
forens. q. 117. num. 15. ad quod plures adducunt
Fusar. in d. tract. q. 688. num. 17. & seqq. Mol-
fes. in Comment. ad Consuetud. Neap. tome 2. p. 4.
q. 36. in tit. de successionib. ab intest. Barbat. in d.
cap. 8. num. 113. & D. Roderic. ad Reg. de Marinis
tom. 1. quotid. resolut. cap. 131. nu. 14.
Hoc adeo verum esse DD. existimant, quòd
etsi alienandi prohibitio facta fuerit filijs, eo-
rumque hæredibus in perpetuum ad hoc ut bo-
na inter eos perpetuò conserventur, verba illa,
62 de hæredibus loquentia, de sanguinis hære-
dibus intelligenda esse dicunt, ut locum ha-
beat fideicommissum; non autem de hæredi-
bus extraneis, inter quos fideicommissum per-
petuum, & successivum subsistere non potest,
ex pluribus à Peregrino adductis in d. tract. qu.
32. num. 32. 35. & 43. in fine, & à Consiliar. Ro-
dierna in add. ad Surdi decis. 85. nu. 16. & seqq.
63 ubi refert iudicatum in S. C. ex conservatione
contemplata bonorum in familia, etiam trans-
64 versales vocati censentur, qui de familia sunt
contentiva in defectum descendentium, à qui-
bus effectiva familia conservatur, ut per l. pro-
nunciatio 195. §. familiæ appellatio, in versic. com-
muni iure, & in fine, ff. de verb. significat. pssim
DD. admittere sine controversia probat Reg. de
Marin. in lib. 1. resol. Iuris cap. 132. num. 1. ubi
65 plura adducit Dom. Rodericus in addit. non ta-
mèn tunc succedit Monasterium, in quo gra-
vatus professionem omisit, licèt aliàs loco filij
66 habeatur, stante bonorum conservatione in fa-
milia, quam testator consideravit, & Reg. de
Tappia in Comment. super Auth. ingressi, C. de Sa-
cros. Eccles. in verbo sua cap. 12. num. 41. Præs. de
Franchis in decis. 29. & alios quos allegat Mol-
fes. in 2. tomo Comment. ad Consuetud. Neap. p. 4.
q. 65. n. 15.
67 Quibus etiam accedebat, quòd ageretur in
præmissa facti specie de Palatio familiæ splen-
dorem conservante, & lapideam continente
inscriptionem pro suis, & amicis esse funda-
tum, ad ea, quæ post gloss. & alios tradidit Od-
dus in tract. de fideicom. q. 3. artic. 7.
Verumtamen hæc, & alia in diversa facti
specie procedebant, quòd enim dicitur ratio-
68 nem adiectam, conservandi bona in familia,
novum inducere fideicommissum, ut aliquid
operetur, locum habet, nisi adiectio illa potest
esse posita, causa dubitationis tollendæ, & ad
maiorem declarationem, ut per Peregrin. de fi-
69 deicomm. artic. 14. num. 21. ubi quòd sæpè tole-
X ra-

tatur, ut aliquid exprimatur, quod etiam tacitè
inerat, ex *Curtio Iun. Ruino*, & alijs sequitur *Fu-*
sar. in proximè relata *q.688.num.*125. ubi, quòd
70 inducitur fideicommissum in tota familia, si
ratio non esset omninò superflua, sed aliquid
operaretur, cum autè, paulò antea fuissent fœmi-
71 næ à fideicommisso Palatij exclusæ, non autem
masculi descendentes ex fœminis, & in dubio
ex rigore verborum, masculi ex fœminis de-
scendentes, veniunt masculorum appellatione,
72 nisi agnationis ratio fuerit expressè, & gene-
raliter habita, ex traditis per *Surd. in cons.* 308.
lib.3. Peregrin. de fideicomm. artic.26. ad evitan-
dam igitur omnem dubitationem, & ne dubi-
tari in futurum contingeret de masculorum ex
fœminis descendentium exclusione, qui fuis-
sent de aliena familia, subiuncta fuit ratio con-
servationis bonorum in familia; sed clarius
additum fuit verbum, *prædictam*, dum dicitur: *ad*
hoc ut conserventur in familiam prædictam Vr-
sinam descendentem ex d. quond. Duce Ferdinan-
73 *do, ut supra* dictiones enim, *prædicta*, & *ut supra*
74 sunt restrictivæ, & faciunt relationem ad præ-
cedentia, cum omnibus qualitatibus suis, ut
plenè per *Gratum in tract. de dictionib. cap.* 179.
& 300. ecce igitur, quòd ratio adiecta non
egreditur familiam in fideicommisso vocatam,
quæ fuit filiorum masculorum, & descenden-
tium primogenitorum D. Antonij; unde frustra
allegatur fuisse rationem generalem fideicom-
misso adiectam, quæ tamen familiam prædi-
ctam nominatam solùm continet, neque am-
plius ultra progreditur; cum etiam ratio con-
75 servationis bonorum in familia, illativè, & cõ-
tinuativè posita non egrediatur personas in fi-
deicommisso vocatas, ut probat *Reg. Merlin. in*
*relata controv.72.num.*15. ubi allegat *Bart. in*
l. pater filium §. fundum, ff. de legatis 3. *Petram*
in tract. de fideicom. q.5. num.36. Peregrin. in eod.
*tract. artic.*11. *num.*56. qui loquitur in ratione
subiuncta per verbum, *ad hoc*, ut in casu nostro,
& refert *Seccin. iun. in cons.*163. *num.* 5. *&* 12.
*lib.2. Alciat. cons.*35. *sub n.*22. *lib.9.* hoc idem
affirmantes.

76 Et verbum, *perpetuò*, in ratione conservatio-
nis bonorum in familia superadditum, sufficit,
quòd verificetur in familia, & descendentia
D. Antonij expressa, absque eo, quòd novum in-
ter alios inducat fideicommissum, ut latè pro-
bat *Surd. in cons.*448. *num.*26. *lib.*3. quem sequi-
tur *Rota Rom.* apud *Peregrin. in decis.*134. *num.*
77 21. cum verò perpetuatio fuisset solum in fa-
milia prædicta considerata per verbum restri-
ctivum, *prædictam*, verba perpetuitatis non in-
ducunt fideicommissi extentionem, ultra per-
sonas, & casus expressos, ut ex *Menoch. in cons.*
982. *num.*3. & alijs, affirmat *Fusar. in q.*580. *nu.*
65. *in tract. de substit. Reg. Merlin. controv. fo-*
*rens. lib.*1. *cap.*72. *num.*16. ubi etiam *nu.*9. quod
verbum *perpetuò*, tunc accipitur pro vita du-
rante vocatorum.

78 Neque prædictis obstat dispositio *text. in d.*
l. cum ita legatur 33. *§. in fideicommisso, ff. de leg.* 2.
ubi dicitur: *in fideicommisso, quod familiæ relin-*
quitur, ij ad petitionē eius admitti possunt, qui no-
minati sunt; aut post omnes extinctos, qui ex no-
mine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator
moreretur, & qui ex his primo gradu procreati
sunt, nisi specialitèr defunctus ad ulteriores vo-
luntatem suam extenderit siquidem ille *text.*
79 varios habet intellectus ex repugnantia ver-
borum de fideicommisso familiæ relicto loquē-
tium, atque de nominatis in eodem fideicom-
misso, ut est videre ex *glos. ibidem in versic. nomi-*
nati sunt, ultra ea, quæ per *Bart. Bald.* & alios
ibi traduntur, ac refert *Molina in relato cap.*40.
*num.*34. *& seqq.* ut super hoc *Modestini* re-
sponso, atque pluribus illius intellectibus inte-
grum tractatum ediderit inter moderniores,
Horatius Barbat. de fideicomm. seu Maioratu,
cuius titulus alius est: *Modestinus Elucida-*
tus.

Respectù verò qualitatis rei fideicommisso
80 subiectæ non sufficit, quòd Palatium pulchrū
sit, & iucundum habeat aspectum, ut ex alie-
nandi prohibitione perpetuo fideicommisso,
suppositum esse censeatur, sed tantum locum
habet, ubi alienandi prohibitio esset nuda, &
81 sine causa facta, & nihilominus requiritur,
quòd fuerit maiorum, & ex eius alienatione fa-
miliæ splendor, atque nobilitas diminuatur, ex
l. pater filiam 36. *§. Iulius Agrippa*, *& l. Lucius*
Titius 91. *ff. de legat.* 3. ut ex *Curtio*, *& Socc. Iun.*
alijsque probant *Sfortia Odd.* in relato *artic.*7.
*num.*90. *cum duob. seqq. Fusar. in tract. de substit.*
*q.*685. *num.*3. propterea minus oberat lapidea
inscriptio, Palatium pro suis, & amicis esse
82 fundatum: ultra enim, quòd suorum appella-
tio varias habet significationes, & in materia
indifferente, hæredes etiam extraneos compre-
hendit, de quo per *Bald. in cons.*80. *vol.*4. &
alios per *Peregrin. de fideicomm. artic.*22. *nu.*38.
amicorum adiectio magis excludebat fidei-
commissariam vocationem, non enim ad ami-
corum beneficium præsumi potest fideicom-
missum constitutum, & consequentèr suorum
vocatio in lapidea inscriptione contenta, dici
non potest, animo inducendi fideicommissum
facta fuisse.

Reservatio paritèr Iulium fratrum D. Anto-
nij secundogeniti, in casu legitimæ successio-
nis in Palatio fideicommisso subiecto *quando-*
cumque fortè, quod absit casus, eveniret in eodem
fideicommissi contractu, apposita, nedum ali-
quam non inducebat fideicommissi extensio-
nem, sed magis convincebat illius restrictio-
nem in linea D. Antonij Primogeniti; fuit enim
consideratus casus mortis D. Antonij, vel eius
descendentium masculorum absque filijs, per
illa verba, *quandocumque fortè, quod absit casus*
eveniret, quæ mortis casum includunt, & quòd
83 tunc secundo genitis legitima deferretur suc-
ces-

cessio, scilicet ex lege ab intestato, dicitur enim
prupria legitima successio, quæ ex legis dispo-
sitione defertur, non autem quæ ex testamentu,
aut alia hominis dispositione acquiritur, ut in
l.3.§.de illo,ff.pro socio, quòd si fideicommissum
voluissent in omnibus descendentibus Ducis
D.Ferdinandi constituere, inutilis fuisset reser-
vatio, neque dari unquàm potuisset casus legi-
timæ successionis in eorum beneficium, cum ex
fideicommissaria dispositione, & sic hominis,
non legis, vocati perpetuò censerentur.

84 Tandèm coniecturarum pluralitas, & regula,
quòd singula quæ non prosunt collecta iuvant,
de qua in *l.8.ff.de excusat.tut.* & per *Afflict.de-
cis.13.num.84.in fine*, nun ubstant; quia locum
85 habent, quando quælibet coniectura in suo ge-
nere satis est perfecta, non quandu quælibet
per se, & in suu genere est imperfecta, ut per
*Iason.in l.admonendi,nu.253.ff.de Iur.iur.Crav.
de antiquit.tempor.p.1.sect.*incipiente *Vidimus*,
& abundè *num.25.*& alius, per *Casanate in cons.
4.num.265.*Minus etiam refragabatur verisimi-
86 lis testaturis mens, & quòd si de eo casu cogi-
tasset, ita verisimilitèr respondisset, ut in *l.in
conditionibus primum locum 19. ff. de condit. &
demonstrat.& in l.tale pactum 41.§. fin.ff.de pa-
87 ctis*; hoc enim argumentum à verisimili mente
deductum fallacissimum esse, & periculosum
affirmat pust *Roland.à Valle in cons.56.num.84.
vol.3.*& alius multos, *Casanate in relato cons.4.
88 num.191.& num.196.*ubi etiam, quòd sæpe in
perscrutanda voluntate defuncti erramus, &
Prophetarum munus assumimus, affirmando,
quòd nus ita disposuissemus; cum tamen huc
testator minimè forsan voluisset, neque dispo-
suisset, ex *Decio in cons.89.num.1. lib.1. Aymo-
89 no*, & alijs; nun enim sufficit voluisse testaturem
90 nisi disponat, maximè in materia gravaminis,
& fideicommissi inducendi, quod respicit per-
sunam eius, cui fit substitutio, ex notatis per
Bart.in l.Gallus n.9.ff.de liberis,& posthum.

Quud si ad coniectutandam defuncti vo-
luntatem, deducatur privilegium à Serenissimo
Imperatore Carulo Quinto obtentum in An-
no 1539.ut in eius bunis feudalibus succedant
descendentes masculi, etiam in gradu non suc-
cessibiles exclusis fœminis, ex qua voluntate,
etiam nullitèr in precibus declarata, videri
subsequentem illurum vocationem, qui succe-
derent in Ducatu Gravinæ de umnibus mascu-
lis, etiam in gradu nõ successibilibus esse intelli-
gendam, nihil ubstare puteft; sciebant enim,
91 aut scire debebant Illustris D Ferdinandus se-
nior, eiusque filij, privilegium prædictum, tan-
quàm non exequutoriatum in Regno Neapolis
infra annum, nullius remansisse roboris, atque
efficaciæ, ex dispositione *Regiæ Pragmaticę* de
Anno 1517.*sub tit. de privilegijs infra annum
92 exhibendis*, item ex non usu per decennium,
fuisse privilegio derogatum, iuxta *l.1.ff.de nun-
dinis*, & per *Capyc.in decis.134.* stante etiam
actu contrario, licèt unico postea subsequuto,
refutationis factæ per Illustrem Ducissam Sur-
monetæ D.Fælicem Mariam Ursinam, & assen-
sus super ea obtenti, ex traditis per *Annam in
allegat.11.Capiblanc.in prag.8. de Baronib.p.3.
93 num.208.*unde affirmari non poterat, fuisse in
fideicommisso cogitatum de illis, qui attentu
privilegiu prædicto in Ducatu Gravinæ suc-
cessissent, sed de illis, qui realitèr, & cum effe-
ctu succederent in Ducatu prædicto masculi
tamen primogeniti, ut supra; præsertim, quia
94 verbum illud *succederent*, intelligi debet cum
effectu, non autem in spe, & potentia, ut pul-
chrè in proprijs terminis considerat *Roland.à
Valle in cons.59.num.16.& seqq.vol.3.* & pro re-
gula tradunt *Peregrin.de fideicom.artic.38. nu.
3.4.& 5.* & alij plenè relati, per *Casanatam in
cons.15.n.16.*

Ex quibus omnibus constare videbatur de
iustitia creditorum instantium pro declara-
tione extinctionis fideicommissi, ut ad Palatij
venditionem procederent, & ex pretio quan-
titatis eis debitæ exolverentur.

95 Prævaluit nihilominus opinio pro fideicom-
missu, facta relatione, iunctis Aulis sub die 27.
96 Nuvembris 1649.per *D.Consil.Marcum Anto-
nium Cioffi*, virum summæ prudentiæ atque mo-
rum iucunditate conspicuum, qui postea fuit
unius ex Aulis S.C.Præfectus, & Marchionatus
Oliveti titulu decoratus, apud Actuarium Car-
bune, ut demùm hanc decisionem refert *Consil.
Pratus*, qui tunc pro Duce præstitit patroci-
nium, in *lib.3.discept.forens.cap.23.*

RERUM SUMMA.

1 *Filij in conditione positi, an censeantur vocati?
gravis est controversia.*

*Qua magis communitèr fuit pro negativa parte
resoluta, n.2.*

*Nisi per coniecturas de contraria testatoris vo-
luntate appareat, n.3.*

De quibus remissivè, n.4. & 28.

*Et signantèr si non simplicitèr filij fuerint in con-
ditione positi, sed filij legitimi, & naturales,
n.5.& 7.*

Contrarium tenent alij, n.8.

Et in Sacro Consilio referunt iudicatum, n.9.

*Sed prima opinio verior, cum alia concurrit con-
iectura, n.10.*

*Vel cum filij in conditione positi sunt de descen-
dentibus testatoris, n.11.*

*Præsertim, si non solùm filij legitimi, & natura-
les in conditione ponantur, sed addito, quòd sint
ex legitimo matrimonio nati, ut n.12.*

Sive ex corpore legitimè descendentes, ut n.13.

*Secunda adducitur coniectura, ex bonorum alie-
natione prohibita per testatorem, nn.15.*

*Et maximè si prohibitio non sit à causa vestita,
ut bona in familia, vel agnatione conserventur,
n.16.*

Neque intelligi potest favore substitutorum facta,n.17.
Tertia coniectura,ex clausula Codicillari, n.18.
Quarta, ex Falcidia, & Trebellianica prohibitione,n.19.
Quinta, ex compendiosa substitutione,n.20.
Sexta,ex ablativo absoluto circa filios in conditione positos adiecto,n.21.
Septima,ex Commissariorum perpetua deputatione facta,n.22.
Octava, ex remotiorum vocatione in ultimo substitutionis gradu,n.23.
6 *Filij legitimati succedunt ab intestato cum legitimis,& naturalibus.*
14 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum in conditione positorum.*
24 *Coniecturæ leves ad vocationem inducendam sufficiunt filiorum in conditione positorum, si sunt de descendentibus testatoris.*
Aut si plures sint,n.25.
26 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani refertur.*
27 D.Antonij Miroballi Regij Consiliarij,& Regiam Caocellatiam Regentis *laudes.*

CAPVT XLIV.

De Filijs in conditione positis in testamentaria dispositione, quòd regularitèr vocati non censeantur, per *text. in l. ex facto 17. §. si quis autem, ff. ad Senatus Consultum Trebellianum.*

1 Filij io coodítione positl, cū
enrom patri hæreditas, sive
legatum fueruot sub con-
ditione relicta, ut si sioe
filijs decesserit, ea alteri re-
stituere teoeatur; an cen-
seantut dispositivè vocati
ex fideicommisso, vel tanquàm patris hæredes
ab intestato, ot solùm deficere faciaot coodi-
tionem? nno levis fult ioter DD. cootroversis,
quam deniquè pro negativà magis commuoi-
2 tèr firmaverunt, ex *text.in l.ex facto 17.§.si quis
autem, ff. ad Senat.consult.Trebell.* & alijs apud
*Peregrin.in tract.de fideicomm.artic 28. num.5.
& seqq.Annam in alleg.134. num.4.* & *seqq.p.2.
Fusar.in tract.de substit.q.437. num.2.* oisi aliæ
3 concurraot coolecturæ, contrariam testatoris
4 meotem arguentes, de quibos plenè ultra præ
citatos dissernot *Rustic.in proprio tract.an, &
quando liberi in conditione positi vocentur, lib.2.
a cap.2. Anton.Faber de error. Pragmaticor.decad.26.error.1.usque ad 6.& de coniectur.lib.17.
cap.18.& 19.* iunctis alijs pluribus recentiori-
bus.quos sequuntor *D.Altimar.ad Reg. Rovit.
lib.2.consil.7.& lib.3.consil.52.D.Rodoer. in consil.28.& ad Reg.de Marinis tom.1. quotid.resolut.cap.141.D.Scoppa in observat. ad decis. Gratian.observat.81.num.12.D.Remaguera ad Conciol.super Statut.Civitat. Eugub. lib.2.rubr.63.
D.Crespi de Valdaur.observat.19.& 20.*atque
*D.Card.de Luca in theatro veritat.& iustit.tom.
10. in tract.de fideicomm. discurs.21. & 73. &
Reg Capyc.Latr.in decis.1 lib.1.*ubi *num.15.* lo-
5 quitur de filijs ooo simplicitèr in conditione
positis; sed sub nomioe filiorum legitimorum,
& oaturalium,quos ceoseri vocatos, ut causari
possit exclosio filiorum naturalium legitima-
6 torum,qui alioquin ab intestato succederent,
uoà cum filijs legitimis,& oaturalibus,ex *l.si to
parens 5.C.de suis, & legitim.* qoam coniectu-
7 ram, orgentissimam esse, & communitèr recep-
tam alijs relatis affirmat,eumque sequitor *Consiliar. Staiban.in lib. 1.resolut. forens. cap. 58.
num.42.*
8 Licèt verò eidem coniecturæ cootradicaot
alij, quos refert, & seqoitur *Consil.Hodierna in
addit.ad decis.Surdi 162. num.23.* atque idem
*Capyc.Latr.*ibidem *num. 16.* ubi dicit ea non
9 obstaote fuisse in S.C. iudicatum pro oegativa
sententia, vocationem excludente, ex relatis
per *Annam in princ.2. volum. Cons.* qui deter-
minationem refert S. C. *in casu consil.91.* per
eum editi io *lib.1.* & per *Amat.in cons.9.in fi-
10 ne;* Nihilominùs veram esse dicit *num.17.* ut
per se sola non sufficiat, oisi alia coocurrat
11 coniectura, vel nisi filij in conditioe positi
12 siot de desceodēribos testatoris;eoque magis,
cum non simplicitèr dictum foit *si sine filijs legitimis, & naturalibus*, in quibus terminis
emanaverunt decisiones S.C.ab *Anna,& Amato* relatæ, sed additur *ex legitimo matrimonio
natis*, ut optimè probant *Magon. in decis.Florentiæ 73.num.8.Rustic.in relato tract.lib.3.cap.
13 3.num.5.& 6.*vel si additum fuisset, *ex corpore
legitimè descendentibus*,quod idem esse videtur;
ut erat in causa verteote io S.R.C.inter Anto-
niā Pollio,& V.I.D.Andream Seghi coniuges,
cum creditoribus patrimonij qoondam Orlao-
di Pollio,in qua propterea eamdem Antoniam
Orlandi filiam, tanquàm in cooditiooe posi-
tam sub verbis prædictis,censeri dispositivè vo-
14 catam, affirmabamus;nam & filiorum in coo-
ditiooe positorum appellatione, fœminas etiā
veoire, *Socc.iun.in cons.158.num.31. & seqq.*
atque cōmunit.DD. opinio affirmant,ex tradi-
tis per *Petram in tract.de fideicomm. q.9. num.
164.* cum aliæ etiam accederent in causa præ-
dicta coniecturæ.
15 Etenim secuodò ponderabatur, fuisse à Te-
statore precisis verbis prohibitam alieoatio-
nem,in toto, vel in parte, etiam minima eios
bonorum stabilium, & anouorum introituum,
pro qualibet causa, orgenti, urgeotissima, pia,
favorabili,& quomodolibet privilegiata,adeo
quòd alieoatio,vel obligatio sint oullæ,neque
domioium ex eis transferri iotelligatur, quam
sufficientem esse vocationis coniecturam; &
16 ma-

16 maximè, quando prohibitio non est vestita à
causa,ut bona in familia,vel agnationa conser-
vêtur,voluerunt post *Ruin.Socc.sen.*& alios *Me-
noch.in tract.de præsumpt.præsūpt.76.n.41.lib.4.*
alijq;per *R.Capyc.Latr.*relati in *decis.*110.*n.*18.
17 *& seq.lib.*1. neque diei poterat fuisse prohibitā
alienationem favure substiturorum, ultra quos
propterea inducendam non esse vocationem in
filijs in conditione positis, ut post *Oldrad.in
cons.*21. deducit *Consiliar.Hodierna in controv.
forensi* 10.*num.*22. substitutio enim fuerat in
duabus tantùm partibus hæreditatis, ex tribus
quarum altera ad liberam hæredis instituti di-
spositionem relicta fuit; alienatio verò in qua-
libet parte,etiam minima fuit à Testatore in-
terdicta.

18 Propterea clausula Codicillaris in præmisso
testamento adiecta,inducebat quoque vocatio-
nem filiorum in conditione positorum, ex *The-
sauro in decis.Pedemont.*60. *Peregr. in cons.* 91.
19 *num.*42.*lib.*1.sicut etiam Faleidiæ, & Trebel-
lianicæ prohibitio, de qua latè post *Simon.de
Pratis in tract.de interpetrat.ultim.volunt.lib.*3.
*fol.*300.*num.*5.& alios *Reg.Capyc. Latr.in d.de-
cis.*1.*num.*23. & *seqq.*Item compendiosa substi-
20 tutio indefinitis verbis ordinata: *venendo à
morte senza figli*,quæ operari debebat, ut sicut
ex vulgari, in compendiosa contenta, vocari
dicuntur filij in conditione positi, pariter ex
fideicommissaria in eadem compendiosa sub-
stitutione contenta,vocati censeantur, ut ex
Socc.iun. Hended.Menoch. alijsque probat *Fu-
sar.* in supra relata *q.*437.*n.*220.ablativus insu-
21 per absolutus,per quem fuerunt, ut supra filij
in conditione positi eorum vocationem indu-
cebat, ex *Rom.Parisij,Ruini*, & quamplurium
aliorum placitis,deducit idem *Fusar.* ibi, *num.*
22 234.prout etiam perpetua exequutorum desti-
natio, eorumque hæredum, & successorum à
Testatore facta, pro eius voluntate adimplen-
da,ut ex *Dec.in responso* 103.*& nu.*185. aliam
adducit coniecturam in hoc facto concurren-
23 tem, si fuerit in sequenti institutionis gradu,
vocatus extraneus,sive remotior agnatus, qua-
lis erat nepos ex fratre Testatoris, fortiùs anim
Testatoris nepos, aut neptis ex filio tanquàm
magis dilecti vocati censeri debent, ut volue-
runt *Cart.iun.Ruin.* cæterique ab eo relati.

24 Quod etsi posteriores istas coniecturas, vel
earum aliquas *Fusar.*ipse, & alij nonnulli leves
censeant,adhuc tamen eas ubi versamur,in de-
scendentibus testatoris,esse ad vocationem in-
25 ducendam admittendas,vel quando plures es-
sent,etiam leves,ut singulæ, quæ non prosunt,
iunctæ invent, plures affirmant apud *Crassum*
de communi testantem in *lib.*1.*recept.sentent.§.
fideicommissum q.*14.*nu.*7. quem referunt alios
addendo *Fusar.*ibidem *num.*16.*& seq. Reg. Ca-
pyc.Latr.in decis.*1.*nu.*41.*& seq.Rota Rom.* apud
*Reg.de Marin.in lib.*1.*resolut.Iuris cap.*141.*nu.
4.& 9.in fine.*

26 Sed per S.C.die ultimo Maij 1651. fuit con-
tra allegata decisum,quòd liberetur depositum
creditoribus, opposito fideicommisso non ob-
stante, penes Actuarium Figliola, referente *D.*
27 *Consil.Antonio Miroballo*, viro equidem nobi-
litate, atque doctrina perspicuo, qui postea
fuit Regiam Cancellariam Regens electus,bre-
vi tamen tempore, fato extinctus,ut mandana
vicissitudo patitur; quam decisionem etiam re-
fert *Consil.Roccus*, qui fuit in eadem causa cre-
ditorum Advocatus, In *responso* 60. *in fine
tomo* 1.

28 Ultra prædictas aliæ adducuntur coniectu-
ræ, vocationem inducentes filiorum in condi-
tione positorum, quarum aliquas non sufficere,
nisi alijs accedentibus,firmant *Rustic.*in præci-
tato *tract.an,& quando lib.*2.*cap.*2.*usque ad ca-
put* 6.*libri* 5.*Fusar.in d.q.*437. *Cons. Hodierna
in d.addit.ad Surdi decis.*162.

RERVM SVMMA.

1 *Fructus fideicommissi maturati, & non exacti
in vita hæredis gravati, sunt fideicommissario
restituendi.*
*Quod primò ampliatur in omni fructuum ge-
nere,n.* 2.3.*&* 4.
*Secundò ampliatur, quamvis hæres gravatus
pro illis exigendis maximam diligentiam ad-
hibuisset,n.*5.*usque ad* 9.
*Tertiò ampliatur, ut fructus in annuis redditi-
bus consistentes maturati in vita usufructua-
rij, & non exacti, spectent ad proprietarium,
num.*10.*usque ad* 15.
*Limitatur tamen primò,ut in fideicommisso tan-
tùm universali locum habeat, n.*16. *usque ad*
21.*ubi laudatur* Dom.Io:Leonardus Rodoe-
rius.
*Secundò limitatur,ut locum non habeat in resti-
tutione facienda vigore* Neapolitanæ Con-
suetudinis, *bonorum paternorum, proximio-
ribus ex parte patris, & maternorum, proxi-
mioribus ex parte matris, filijs non existenti-
bus,n.*56. *&* 57.
13 Baldus *non erubuit mutare sententiam.*
22 *Dos est nomen universale.*
*Quod intelligitur, in uxoris dotata beneficium,
num.*23.
*Et an respectù mariti, num.*24.*usque ad* 27.
28 *Favore alicuius introductum, non debet in eius
odium retorqueri.*
29 *Doli, aut culpa præmium, nemo ferre debet.*
30 *Dolus, aut fraus nemini debent patrocinari.*
31 *Clausula,*in tali casu,*sive,*eo casu,*dispositionem
restringit ad casum illum.*
*Neque ulterius extensionem admittit,n.*32.
33 *Dictio,*ita che,*est regulariter limitativa, & de-
clarativa præcedentium.*
*Aut etiam illativa, non ampliativa,n.*34.
*Nisi aliunde constet eam fuisse continuativè, &
ampliativè positam, n.*35.

Vel

Vel nisi aliàs verba superaddita, essent superflua, & sine effectu operandi, n.36.

37 Verba non dicuntur superflua, si ponantur ad tollendum dubitationem.

Etiam si exprimant illud, quod tacitè inest, num.38.

39 Contractus strictiùs interpetrantur, quàm ultima voluntates.

40 Verba in contractibus tantùm disponunt, quantùm fuit expressum.

41 Coniectura in contractibus non admittuntur.

42 Dictio, predetta, restrictionem inducit ad rem, de qua sermo est.

Neque ad aliud orationem protrahit, n.43.

44 Clausula in fine posita, ad omnia præcedentia refertur.

Nisi continuativè apponatur ad proximè præcedentia, n.45.& 46.

Eoque magis cum solva ratione recti sermonis relatio fieri non potest ad omnia præcedentia, num.47.

Neque ad præcedentia remota refertur, quæ claram habent, atque determinatam dispositionem, n.49.

Et maximè cum ex tali relatione Iurium correctio resultat, n.50.

48 Numerus singularis pluralem non continet, salva ratione recti sermonis.

51 Ascendentes ab intestato succedunt, deficiente linea descendentium.

42 Æqualitas est inter contrahentes servanda.

Et præsertim inter coniuges, n.53.

54 Pater, & mater non sunt ad imparia iudicandi, in successione filiorum.

Et cum in actu connubij renunciant altrinsecus filiorum successioni, intelliguntur pater maternis, & mater paternis bonis renunciare, num.55.

58 Argumentum validum est à statuto, vel Consuetudine ad pactum.

59 Renunciatio patris filiorum successioni, conditionalis esse intelligitur, quatenùs eorum successio sibi devolvatur.

Neque nocet hæredibus ab intestato, ex propria persona venientibus, n.60.& 61.

Idque procedit, etiam in renunciatione facta per coniuges in matrimonio contracto, secundùm morem nobilium Capuana, & Nidi, nu. 62.usque ad 66.

63 Matrimonium quomodo contrahi dicatur secundùm morem Nobilium Platearum Capuana, & Nidi Neapolist remissivè.

67 Hæreditas solo animo aditur.

Verbis, aùt factis declarato, n.68.

69 Hæreditas adiri censetur, cum in iudicio petitur.

70 Renunciatio hæreditatis facta post Ius ex illius aditione quæsitum, translativè, non extinctivè facta intelligitur.

71 Hæres, qui semel est, desinere non potest esse hæres.

72 Renunciatio per viam repudiationis facta abdicando à se hæreditatem etiam pecunia, vel promissione intercedente, repudiatio verè dicitur.

Neque aditionem inducit, n.73.

Cum declarationibus, de quibus à nu.74. usque ad 87.

80 Cessio, quæ ab Ecclesia fit hæreditatis sibi delata, non indiget solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis.

Tanquàm in Iure, nondum Ecclesiæ incorporato, n.81.

Non obstante momentaneà acquisitione ad effectum validandi cessionem præsupposita, n.82.

Intellige, ut n.83.& seqq.

88 Ius superveniens authori meo, confirmat Ius meum.

Maximè, quando supervenit ex causa, quæ retrotrahitur ad præteritum tempus, n.90.

89 Confirmato Iure dantis, confirmatur Ius accipientis.

91 Ius superveniens, validat actionem in iudicio propositam absque novo libello.

Dummodò debeatur ex causa de præterito, n.92.

Et in libello oblato possit esse comprehensum, num 93.

94 Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.

95 D.Franciscus Roccus Regius Consiliarius cōmendatur.

CAPVT XLV.

De Fructibus maturatis, & non exactis in vita hæredis gravati, ad fideicommissarium spectantibus, ad *text. in l. postulante 44. §. sed in huiusmodi, & l. deducta 58. §. qui post, ff. ad Senat. Consult. Trebellian.*

1 FRuctus fideicommissi maturati in vita hæredis gravati, sed ab illo non percepti, eo mortuo, non ad eius hæredem spectant, sed ad fideicommissarium, ex *l. postulante 44. §. sed in huiusmodi, & l. deducta 58. §. qui post, ff. ad Senat. consult. Trebell.* quorum
2 stuium dispositionem in omni fructuum gene-
3 re locum habere, tàm si naturales sint, quàm civiles, sive industriales, in pentionibus, & an-
4 nuis redditibus consistentes, & cuiuscumque
5 qualitatis, ac etiam si pro eorum perceptione, maximam hæres gravatus, diligentiam adhi-
6 buisset, illos nedum in iudicio petendo, sed
7 condemnationis sententiam obtinendo, ad pecuniæ pro eis debitæ solutionem affirmat, at-

8 que

8 que decisum testatur in S.C.Neap. habita ma-
9 tura discussione; licèt prima facie contrarium
videretur esse iudicandum, *Præs.de Franch.in*
*sua solemni decis.*13. cuius noviter meminerunt
Consil.Staiban.& Hediern. ille *in lib.*1.*resolut.forens.cap.*26.*num.*15. & hic *in addit. ad*
*Surdi decis.*88.*num.*7.*cum seq.* & *in controv. fo-*
10 *rensi* 4. ubi ampliat idem esse in fructibus maturatis, & non perceptis in vita usufructuarij,
atque in annuis redditibus consistentibus, ut
11 mortuo usufructuario sint proprietarij, non
autem hæredis ab usufructuario instituti, licèt
12 contrariæ olim fuisse sententiæ, & pro ea ob-
tinuisse dicat, *Peregrini* distinctione deceptus,
qui aliud in hærede gravato, aliud in usufru-
ctuario esse affirmat *in decis. Patavina* 83. ubi
refert iudicatum; hanc tamen distinctionem
13 erroneam postea agnoscens, non erubuit... di-
cit mutare sententiam, sicuti *Baldum* fecisse
14 ait in *cons.*447.*num.*3. *lib.*4. & quamvis pro
contraria sententia pugnet *Luca in novissimis*
observationibus ad eundem Præs.de Franch. de-
*cis.*168.*num.*6. repellendo *Cons. Hedierna* per-
plexitatem, non benè satisfacit solidissimis
15 eius obiectis, tametsi concordantes adducat,
cum *Peregrino* plures, quibus addi potest *Bar-*
*bos.in tract.de Divis.fructuum p.*2.*cap.*2.*n.*22.

16 Hæc tamen dispositio, in fideicommisso
tantùm universali procedit, in quo, cum de re-
17 stitutione hæreditatis agatur, eius nomen tan-
quàm universale, fructus maturatos, non dum
tamen exactos continet, atque actionem pro
illis competentem, quæ ut hæreditaria, ex de-
functi contractu oriens, transit in fideicom-
missarium hæredis loco, in universum defuncti
ius succedentem, ut colligitur ex *d.§.sed in hu-*
iusmodi, & magis distinctè declarat *Præs.de*
*Franch.decis.*13. & post eum *Peregrin.in tract.*
*de fideicomm.artic.*49.*p.*2.*n.*66.

Quare cum hæsitaretur in S.R.C.Neap. an
idem esset in pacto restitutionis dotium quon-
dam Elisabettæ Massa in beneficium quondam
Petri Massa dotantis, eiusque hæredum, pro-
missa, in casu mortis filiæ dotatæ sine filijs, aut
cum filijs, qui postea ab intestato decederent,
ut casus evenit per Elisabettæ obitum, super-
stite Lucretia Santonia filia, quæ postea ab in-
testato decessit adeo, quòd fructus dotis matu-
rati, & non exacti in vita Lucretiæ, fuissent unà
cum dotibus ipsi dotanti, eiusque hæredibus
restituendi, intrepidè respondimus pro negati-
va sententia; mortua enim dotata cum filijs,
iam pleno iure, fructus illis quæsiti fuere, &
post eorum obitum in hæredes unà cum actio-
ne pro illis spectante transierunt, non autem
18 in dotantem, particularem in dotibus succes-
19 sorem, cum etiam fructus in annuis redditibus
consisterent, super certo corpore venditis, & sic
20 ad hæredem universalem pertinentibus, tan-
quàm principaliter debitis, excluso legatario,
alijsque particularibus successoribus, ut deci-
sum refert in S.C.Neap. *Præs.de Franch. in de-*
*cis.*254. & in Regno Siciliæ decisum testantur
Mastrill.& Castillo a Thoro relati *in compend.de-*
*cis.Regni Neap.p.*1.*in verbo Legatum certæ sum-*
21 *mæ*, licèt aliud sit in usuris ad sortem accessorijs,
& ex mora simplici debitis, ad legatarium sortis
proinde spectantibus, ex eodem *de Franch.d.*
*decis.*254.*num.*8.& 9.*Peregr.d.artic.*49.*p.*1. *nu.*
10.& refert decisum in Senatu Mantuano *Sur-*
*dus decis.*88. quam distinctionem approbat *Reg.*
*de Marinis in lib.*1.*resolut.cap.*10. ubi *in addi-*
tione pulchrè discurrit doctissimus *Io: Leonar-*
dus Rodoerius latè omnia ad rem hanc decla-
rans.

22 Dotis enim nomen, quamvis ut quid uni-
versale consideretur, & hoc intelligi in uxoris
23 dotatæ beneficium, nonnulli voluerint, ut re-
24 spectu mariti, tanquàm aliquid particulare
censeatur, ut voluit *Alex.in l.si marito,§.fin.col.*
pen.ad finem ff.sol.matrim. per text.*in l.fin.§.præ-*
terea,C.de Iur.dot.Negusant.in tract.de pignorib.
4.*membro secunda partis,n.* 50. & 55. alij verò
25 etiam respectu mariti considerari, ut quid uni-
versale censuerunt, ut voluit *Barbos.in Rub.ff.sol.*
26 *matrim.p.*3.*n* 68. Quomodocumque tamèn sit,
hæc specialitas, ut dos aliquid universale intel-
ligatur, egredi non potest uxoris, & mariti per-
27 sonas, nè quod eorum favore fuit introductum,
28 adversus eos, atque dotem ipsam resultet, con-
tra vulgatam regulam, *l.quod favore,C.de legib.*
ut pulchrè considerat *Præs.S.C.Neap. Merlin.*
*controv.forens.cap.*92.*n.*7.*lib.*1.

Præterea neque fructus à dotantis hæredibus
lucrari possunt, quos propria eorum culpa, sive
mora restituere distulerunt, post litem iam diù,
ab eadem Lucretia Santonia, tunc vivente mo-
29 tam, ne doli, aut culpæ præmium ferre dican-
tur, contra notata in *l.ita demum* 26. *ff.de re-*
cept. arbitr. cum concordantibus apud *Tira-*
quell.in tract.de utroq.retractu, in tit.de retractu
30 *convent.§.*1.*glos.*9.*num.*68. dolus enim, atque
fraus nemini debent patrocinari, *l. ne ex dolo*
13. *ff de dolo*, cum alijs à *Barbosa* relatis in
*axiom.*66.*num.*5. ac demùm à *D. Scoppa in ob-*
*servat.ad decis.Gratian.observ.*16.*n.*63.

Neque obstabat fuisse in Capitolis Matri-
monialibus conventum de hæreditatis restitu-
tione facienda in casu dissoluti matrimonij
per mortem Elisabettæ Massa, dotatæ absque
filijs, vel cum filijs, qui postea in pupillari æta-
te, vel ab intestato decederent, quod quidem
pactum ad viri exclusionem à filiorum succes-
sione refertur per hæc verba: *Che so accaderà,*
che detto matrimonio si separasse per morte d'Eli-
sabetta Massa senza figli, ò con figli, quali acca-
desse morire in pupillari etate, ò vero depoi quan-
documque ab intestato, in tali caso.

31 Ecce restitutionis pactum, *in tali casu*, con-
ceptum, quæ sanè clausula, *in tali casu*, sive,
eo casu, dispositionem ad illum tantùm casum
32 restringit, neque ulterius extensionem admit-
tit

tit, *Marta de clauſ.p.3. clauſ.26. Menoch.in
conſ.106.num.324.& ſeqq. lib.2.* qui alibi refe-
runt. Deinde ſequitur: *Tutta la detta dote ſi
habbia da reſtituire, e dare ad eſſi dotanti loro he-
redi, o ſucceſſori.*

Hactenus pactum, dotis taotum reſtitutioni
adiectum; poſtea verò ad excluſionem patris à
filiorum ſucceſſione io pupillari ætate, vel ab
inteſtato decedentium ſubijcitur. *Eſcluſo peni-
tus eſſo Barone Agoſtino dalla ſucceſſione di det-
ta dote, e dall'heredità, o ſucceſſione di detti ſuoi
figli, ut ſupra decedenti, etiam dalla legitima ad
eſſo Iure naturæ debita, alla quol ſucceſſione, he-
redità, legitima eſſo Barone Agoſtino, con giura-
mento per patto ſpeciale, de non ſuccedendo ci
renuncia.*

Exprimitur deniquè cui ſint Iura paternæ
ſucceſſioois in booi dotalibus à patre renun-
ciata, applicanda per hæc verba, *Ita che alla
predetta dote, beni, & heredità ſuccedano, & hab-
biano da ſuccedere eſſi dotanti, loro heredi, o ſuc-
ceſſori, nel caſo predetto.*

Fit igitur de dote reiterata mentio, cum
fuerit io proprium filiorum patrimonium con-
verſa, unà cum boois, & hæreditate ad patrem
ſuperſtitem ſpectantibus: Verba enim illa de
hæreditate loquentia, ad hæreditatem filiorum
patri ſuperexiſtenti quærendam, in dote, alijſ-
que maternis tantum bonis referuntur, ut ab
eis, etiam reſpectu legitimæ, pater in eo caſo
cenſeatur excluſus, non quòd integræ materoæ
hæreditatis reſtitutionem, unà cum dotibus, in
omni caſu pactum comprehendere voluiſſet,
etiam patre filijs præ defuncto, ut potuiſſet hæ-
reditatis nomao fructus etiam ſemper compre-
hendere.
33 Hoc autem primò colligitur ex dictione illa,
ita che, regulariter limitativa, & declarativa,
34 ſive etiam illativa, non autem ampliativa præ-
cedentium, *l.pater filium 36.§.fundum, ff.de leg.
3.l.neganda 39. C. de his qui accuſ. non poſſ.cap.
cum M.Ferrarienſis 9.de Conſtitut.* & *cap.ſignifi-
catum 12. de prebend.* pleoè *Gratus de dictionib.
dict.120.Surd.conſ.315. num.44. & ſeqq.lib.3.*
35 oiſi aliunde conſtet, eam fuiſſe continuativè,
& ampliativè poſitam, ut *Angel.* loquitur in
l.nulla Iuris ratio, ff.de legib. & eum intelli-
gunt *Gabriel conſ.111.num.24.vol.2. Marta de
clauſ.clauſ.85.num.5.p.3.* vel oiſi allàs verba ſu-
36 peraddita, eſſent ſuperflua, & ſine effectu ope-
randi, *Surd.d.conſil.315. num.30.* & alij apud
Coſtam de clauſ.convent. clauſ.25. hic autem
37 verba ſub illa dictioue adiecta omninò ſuper-
flua dici non poſſuot, ne dum, quia tollunt du-
bitationem, quæ ſupereſſe poterat de filiorum
ſucceſſione renunciata per patrem alijs proxi-
mioribus, ex paterna linea, vel dotaoti, io eo
38 caſu applicanda; verùm etiam, quia ſufficit
expreſſiſſe illud, quod tacitè ioerat, ne ſuper-
flua redderentur, ut de utroque *Surd.* poſt *Ioan.
Andr. Abb.* & alios *in d.conſ.315. num.32.* eo

39 magis cum in contractu verſemur, in quo ſtri-
ctior, quàm in ultima voluntate ſit interpreta-
tio, *l.in teſtamentis 12.ff. de reg.Iur.* & verba
40 tantùm diſponunt, quantùm fuit expreſſum,
l.quidquid aſtringenda 99. ff.de verb.oblig. neque
41 ſtatus coniecturalis, io eo admittitur, *Covarr.
lib.3.var.reſol.cap.7.num.236.* ut nos etiam alia
adduximus in præcedenti *cap.43. num.10. &
ſeqq.*

Secundò comprobatur, ex dictionibus illis
relativis, *predetta*, & *predetto* additis, quando
dicitur, *alla predetta dote, beni, & heredità*,
42 Item *nel caſo predetto* vim habentium reſtri-
ctionem ioducendi ad rem, de qua ſermo eſt,
43 non autem ad aliud orationem protrahendi,
*Ripa in l.filius familias, §.Divi 111. ff.de legat.
1.Marta de clauſ.p.3.clauſ.16.num.4.* hæc nam-
que verba: *Alla predetta dote, beni, & heredità
nel caſo predetto* ad proximè relatum caſum tan-
tùm ſunt referenda mortis Eliſabettæ cum
filijs, qui poſtea vivo patre deceſſeriot, non
autem etiam ad alium præcedentem, generali-
tèr poſitum mortis Eliſabettæ abſque filijs, vel
cum filijs, qui poſtea in pupillari ætate, aut ab
44 inteſtato deceſſerint; quamvis enim clauſula
in fine poſita, ſit regularitèr ad omnia præce-
dentia referenda, ex regula, *l.talis ſcriptura 30.
45 §.fin.ff.de legat.1.* Limitatur, ut locum non ha-
beat, ſi ſit appoſita continuativè ad proximè
46 præcedentia, quia tunc ad connexa, non autem
ad præcedeotia remota refertur, ut per *text.in l.
filius familias 27. ff.quando dies legati ced.* vo-
luit *Bart.in d.l.talis ſcriptura §.fin.num.3.* & in
l.fin.ff.de reb.dub. ſequuntur *Afflict.in deciſ.248
num.12.in fine, & ſeq.* & *in Conſtit.Regni. Vt de
ſucceſſionibus, num.64. Anton.Gabriel lib.6.com-
mun.concluſ.in tit.de clauſ. concluſ.9. num.26.
Reg.Rovit.conſ.81.num.1.lib.2.Reg.Galeota con-
trov. Illuſtr.lib.1.cap.4. num.16. & ſeqq.* quòd
47 magis iodubitaoter procedit, cum ſalva ratio-
ne recti ſermoois ad omnia præcedentia rela-
tio fieri noo poteſt, quòd ex *l.ſed & qui 5.§ 1.
ff ex quib.cauſ.maiores*, declaraot *Iaſon.in d.l.
talis ſcriptura, num.40. Afflict.d.Conſt.num.65.
Gabriel in relata concluſ.* ſi quidem verbum in
ſingulari oumero prolatum, *nel caſo predetto*,
quatenus eſſet ad omnia præcedeotia referen-
dum, plures caſus comprehenderet; Primum
Eliſabettæ obitus abſque filijs; Secundum eiuſ-
dem obitus cum filijs, qui poſtea in pupillari
ætate decederent; Tertium cum filijs poſt pu-
pillarem ætatem ab inteſtato decedeotibus,
quòd ſalva ratiooe recti ſermonis fieri non po-
48 teſt, ut ſingularis numerus pluralem contineat,
ex *l.fin.ff.ad Senat.Conſult.Trebell. cum concord.*
probat in terminis *Burſat. conſ.431. num.32.
lib.4.* quibus alia additur limitatio, ut clauſula,
49 & verba in fine poſita oou referantur ad præ-
cedeotia remota, quæ claram habent, atque
determioatam diſpoſitiooem, ita per *l.primam,
§.eum qui, ff.de liber. & poſthum.* aliaſque con-

cordantes post *Bartol.* tradiderunt *Capyc. decis.*
108.*num.*10. & alij plenè relati per *Gabriel. d.*
*conclus.*9.*num.*8.*Peregrin.de fideicom. artic.*16.
*num.*107.erat enim iam antea specialitèr pro-
visum super restitutione dotis in casu mortis
Elisabettæ, cū filijs, aut sine facienda, quòd ita-
que fuit postea additum, de restitutione do-
tium, & hæreditatis filiorum, patri renuncian-
ti acquirendarum, non est ad omnia præce-
dentia iam clarè determinata referendum; ma-
50 ximè cum ex talis relatione Iurium correctio
resultaret, *glossa in l.talis scriptura* 30.§.1.*ff.de*
*legat.*1.*Gabriel in relata conclus.*9.*num.*5. *Mar-*
*ta de claus.p.*4.*claus.*23.*num.*18. ptout Iurium
51 correctio fieret, quæ ascendentes in secundo
ordine vocaverunt ad successionem ab intesta-
to, deficiente linea descendentium, §.*si igitur*
Auth.de hered.ab intest.

Tertiò hoc idem convincitur ex pacto reci-
proco è converso addito in casu mortis pa-
tris, filijs superstitibus, à quorum successione
mater excluditur hac verborum formula: *E co-*
sì pari modo, & forma accadendo detto matrimo-
nio sciorarsi per morte del detto Barone Agostino
senza figli, e quelli dopò morissero in pupillare eta-
te, e minori, ò vero dopò quandocumque ab inte-
stato, in tal caso tutta la sopradetta dote, ut supra
promessa si habbia da restituire, e dare ad essa
Elisabetta nel modo, che si è detto di sopra, la
qual Elisabetta non possa, ne debbia succedere
all'heredità, e beni di esso Agostino, ne alli detti
suoi figli, ut supra decedenti, nec etiam alla legiti-
ma ad essa de Iure natura debita, alle quali suc-
cessioni, heredità, e beni, e legitima essa Elisabetta
rinunza per patto speciale de non petendo, itache
nelli predetti beni, heredità, e legitima del detto
Barone Agostino, e dì detti suoi figli, succedano
li più propinqui, e più prossimiori in grado, & here-
di, e successori di detto Baron' Agostino, esclusa
penitùs la detta Elisabetta, e suoi heredi, e suc-
cessori.

Vnde manifestè deprehenditur contrahen-
tium voluntas fuisse, patris exclusionem indu-
cere, ab hæreditate filiorum, in dotibus, & bo-
nis maternis, & è contra matrem excludere à
successione filiorum in bonis paternis, utrisque
bonis vicissim, proximioribus alijs ex linea, ex
52 qua obvenerunt, reservatis, ratione æqualita-
tis inter contrahentes servandæ, *l.si id quod.*7.
§.*fin.ff.de rescind.vendit.l.pen.in fine, C.commu-*
53 *ni dividundo*, præsertim inter Coniuges, *Auth.*
*æqualitas, C.de pact.convent.Cravetta cons.*70. *n.*
1.*Thesaur.quæst.forens.lib.*2.*q.*9.*num.*12. & 13.
54 neque enim pater, & mater in filiorum succes-
sione sunt ad imparia iudicandi *Præs. Franch.*
55 *decis.*18.*num.* 6.*circa medium*, sed renunciavis-
se altrinsecùs intelliguntur, pater maternis, pa-
ternis verò mater bonis, ita in puncto docuit
Anton.de Alex.in Apost. ad Consuetud. si quis,
vel si qua incip. nata quod renunciatio.
56 Fructus autem in vita filiæ maturati post ta-
men aditam hæreditatem, non materna, sed
propria filiæ bona dicuntur; quare neque sub
dispositione Consuetudinis Neapolitanæ sunt
comprehensi, disponentis, proximiorea ex par-
te matris in maternis bonis succedere, ut sem-
per fuisse in S.C.Neap iudicatum testatur *Præs.*
*de Franch.in decis.*604. *num.*4. quem sequitur
idem iudicatum referens, præsertim in annuis
57 redditibus principalitèr debitis, non tanquàm
accessorijs ad sortem, *Reg.Capyc.Latr.in decis.*
62.*in fine*, & utramque decisionem referunt, at-
que sequuntur *Consil. Moderna in addit.* ad rela-
tam *Surdi decis.*88.*in fine Thor.in* 3.*p. compend.*
*decis.Regni Neap.sect.*1. *in verbo Fructus bono-*
rum antiquorum remansi, & in calce *sectionis* 2.
in compend.decis.Reg.Capyc.Latr. in verbo Fru-
58 *ctus bonorum antiquorum*, & validum est argu-
mentum à statuto, vel consuetudine, ad pa-
ctum *l.fin.*ubi *Bart.*& DD.*C.de fideiussorib. Gra-*
*tian.in lib.*2.*discept.forens.cap.*348. *num.*38. &
alij, quos cōgerit *Barbosa in locis communib.ar-*
gum.loco 25.*num.*1. & *loco* 105. *num. Similitèr*
primò.

Cum verò Augustinus pater filiæ, in matri-
monio procreatæ prædecesserit, iam non su-
mus, in hæreditatis filiæ restitutione facienda,
sed in simplici dotis tantum restitutione, ex
prioribus pactis adhibitis conventa; intelligi-
59 tur enim conditionalis fuisse Augustini re-
nunciatio, quatenùs filiorum successio sibi de-
60 volvatur, alioquin ad successionem veniunt
hæredes ab intestato, non tanquàm patris hæ-
redes, sed ex propria eorum persona, quorum
91 conditio ex facto patris renunciantis deterior
fieri non potest, ad notata per *Bart.* & alios in
l.qui superstitis, ff.de acquir.hæred.Præs.de Fran-
ch.decis 67, *Reg.Capyc.Latr.decis.*4.*num.*6.& 41.
*num.*12.*cum seqq. lib.*5. quemadmodum in ter-
92 minis matrimonij contracti secundùm morem
Nobilium Capuanæ, & Nidi Civitatis Neapo-
63 lis à pacto in præsentibus capitulis adiacto pa-
rum, aut in nihilo in substantia diversum,
ex moris prædicti verbis, ab *Afflicto* relatis *de-*
64 *cis.*237.*num.*1.) fuit in nostro S.C. Neap. iudi-
catum, ut refert *Cons.Provenz.in observ.ad Con-*
suetud.Neap.observ. 25. *super Consuetud.si quis,*
*vel si qua, num.*19.neque dissentit *Anna in cons.*
92.*num.*42.& *in cons.*118.*num.*22. & 23.*lib.*2.
65 ubi matre mortua, filius ex propria persona
veniente admitti, non obstante matris renun-
66 ciatione declarat, secùs ea vivente, ex *Menoch.*
*in cons.*172.*num.*30. & 32.*lib.*2.

Neque refragari dicebamus, quòd secundo
loco principalitèr obijciebatur petitæ fructu-
um restitutioni, Isabellam Santoniam Baronis-
sam Castri Turricellæ actricem, non in totum
Lucretiæ Santoniæ eius nepti ex fratre, & fru-
ctuum dominæ succedere, sed insimul cum
alijs proximioribus ex parte matris in eodem
gradu, cum ipsa existentibus, stante repudia-
tione aviæ paternæ; si quidem repudiatio ab

avia paterna facta, non extinctivè sed translativè fuit lorium in successione oeptis, quibus uti potest pro fructibus prædictis consequendis, stante expressione in transactionis contractu facta, quòd avia receptis ducatis quinque mille translativè renunciat eius iura, & quòd dicit (firma remanente hæreditate penes aviã) idem est, ac si dixisset, remanentibus penes eam omnibus bonis hæreditarijs, cum enim iam avia solo animo, ut iuris est, nepotis hæreditatem
67 adivisset, quam solo animo adiri, verbis, aut
68 factis declarato, ex *l. pro herede 20. & l. gerit 87. ff. de acquir. hered.* latè deducit *Mascard. in tract. de probat. conclus. 42. & 43.* eam in iudicio
69 petens, ex quo aditio præsumitur, ut post *Aretin. cons. 126. in princ.* docet *Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 13.* & postea eius iura in amitam transtulerit, dici non potest, extinctivè repudiasse, ut locum alijs proximioribus faceret; sed translativè hæreditatem
70 cessisse censetur, id quod in renonciatione post ius ex aditione quæsitum facta, redditur indubitatum, ex traditis per *Annam cons. 45 nu. 2. Georg. alleg. 29. num. 18. Cancer. lib. 3. variar.*
71 *resol. cap. 15 n. 166.* quia semel hæres, desinere nõ potest esse hæres, *l. sicut 4. C. de repud. hered.* imò,
72 quamvis renunciatio, per viam repudiationis facta, abdicando à se hæreditatem, etiam pecunia, vel promissione intercedente, repudiatio
73 verè dicatur, neque inducat aditionem, *l. fuit quæsitum 24. ff. de acquir. hered. l. licet 2. ff. si quis omissa causa testam.* hoc locum non habet, si re-
74 nunciatio non simpliciter, sed alicui recipienti facta fuit, erga quem donationis præsumptio
75 appareret, quo casu inducitur ex necessitate
76 aditio, ne dũ ad effectum validandi cessionem, quæ sine aditione sustineri non potest, *l. si avia 6. C. de iure deliberandi Mascard. de probat. conclus. 44. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. num. 98. Præs. de Franch. decis. 89. nu.*
77 *6.* verum etiam, ut cedens possit à creditoribus hæreditarijs conveniri, *de Franch. decis. 32. nu. 11.* ubi refert iudicatum in S. C. Neap. *Surd.*
78 *decis. 70. num. 11.* quidquid contrarium alij senserint, momentaneam illam acquisitionem non habent in consideratione, ut ex ea valeat cedens, uti hæres conveniri, cum cessio non fuerit
79 principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum, sed potius ad renunciandum, firmat *Cancer. in relato cap. 15. nu. 160. cum duob. seqq.* & in *cap. 22. nu. 213. lib. 3.* ex eodem *de Franch. decis. 54.* ubi ex hoc infert in cessione, quæ fit
80 per Ecclesiam, hæreditatis sibi delatæ, non esse adhibendas solemnitates in alienatione re-
81 rum Ecclesiæ requisitas, tanquàm de iure, nondum Ecclesiæ incorporato agatur, non obstan-
82 te momentanea acquisitione, ad effectum validandi cessionem præsupposita, quod intelli-
83 git *num. 26.* si ex eodem actu, qui fit ad renun-
84 ciandum resultat acquisitio; unde secus esse dicit, quando sunt duo actus separati, ut quia
85 cedens primò adivisset, deindè cessisset, etiam,
86 quòd sit in eodem instrumento; tunc enim vi-
87 detur per prius acquirere, & postea cedere, ex *Phanuc. in tract. de lucro dotis gl. 8. in textu vir lucretur, num. 17. & 18.* quem sequuntur *Gratian. in decis. Marchiæ 17. num. 28. & seqq.* alijque relati per *Consiliar. Hodiern. in addit. ad Surdi decis. 70. num. 14.* ipsa verò cedens, quamvis lite inter alios pendente, hæreditatem expressè declarata, iterum alio mediante contractu, hæreditaria iura cessit in actricis beneficium:
88 notissimum autem est iuris axioma ius superveniens auctori meo, confirmare ius meum, &
89 confirmato iure dantis, confirmari ius accipientis, *l. rem alienam 41. ff. de pignorat. act. l. cum vir 42. ff. de usucap.* ut ex communi DD. sententia deducit *Gomes. in lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 35. circa finem*, quem refert *Barbosa in*
90 *axiom. 135. num. 5.* maximè, quando ius auctori supervenit ex causa, quæ retrotrahitur ad tempus præteritum, ut ex *l. pen. in fine, ff. de const. pecunia*, pulchrè declarat *Bart. in d. l. cum vir*
91 *nu. 10.* & quòd ius superveniens validet actionem propositam in iudicio, absque alio libello,
92 dummodò debeatur ex causa de præterito, &
93 in libello oblato possit esse comprehensum, ut singulam declarant post alios *Gallup. in praxi S. C. Neap. p. 2. cap. 3. n. 46. & Consil. Hodierna ad Surd. in decis. 6. n. 2. & 3.*
94 Consona tandèm allegatis fuit S. C. decisio à nobis obtenta, sub die 21. Ianuarij anni 1659. dum explicando provisionem reservatam in decreto eiusdem S. C. à die 10. Martij Anni 1638 interposito, declaratum fuit interesse, & fructus dotis, decursos in vita Lucretiæ Santoniæ, non esse comprehensos in restitutione dotium, & proinde spectare ad hæredes Lucretiæ, salva provisione super alijs capitibus faciendã, ad
95 relationem eruditissimi *Consiliarij D. Francisci Rocco.*

RERVM SVMMA.

1 *Fideicommissaria bona alienari, vel obligari non possunt.*

Sed eorum alienatio quandoque permittitur, num. 2.

Et primò pro dote, vel antephato, si alia libera bona non extant, n. 3.

Vel si ea testator alienari permisisset, pro dote aut antephato, n. 9.

Ampliatur, ut nec possit in subsidium alienatio a testatore prohiberi, pro dotibus, & antephato, num. 4.

Secundò ut procedat alienatio, etiam ob pactum lucrandi dotem, vel donationem propter nuptias, n. 5.

Tertiò etiam, pro impensis fieri consuetis, in festivitatibus, & apparatibus, nuptiarum, n. 6.

Et quas maritus absque verecundia, omittere non posset, n. 7.

Li-

Limitatur, ut locum habeat in bonis hæredi gravato, aut legatario tantùm obvenientis, non autem alteri cohæredi, vel collegatario, n.8.

10 *Argumentum validum est, à dispositione legis, ad dispositionem hominis.*

11 *Consequens qui vult, censetur etiam velle suum necessarium antecedens.*

12 *Fideicommissaria bona pro alimentis, & excarceratione, vel ab hostibus redemptione gravati, aùt eius filiorum, alienari possunt.*

Ampliatur in bonis maioratus, ad primogenitorum de familia, beneficium instituti, n.16.

Pro alimentis tamen, ad quæ maioratus institutor tenebatur, non pro alijs, n.17. & 18.

Secundò ampliatur, pro viro gravato, à carceribus liberando, n.19.

Tertiò pro redimendo patre gravati, etsi propria culpa, vel dolo, in carceribus detento, n.20.

Limitatur, si alimenta fuissent à testatore prohibita alienari, etiam ex causa alimentorum, num.13.

Secundò si fuissent à gravato, legitima, vel Trebellianica malè utendo consumpta, n.14.

Tertiò si fideicommissum non fuerit, ab ascendente constitutum, n.15.

21 *Fideicommissaria bona alienantur pro expensis, in eorum recuperatione, & defensione hæreditatis à creditoribus, & legatarijs.*

Si bona fide, & non temerè, hæres gravatus litigaverit, n.22. & 23.

Hoc limitatur in hærede gravato litigante, & succumbente cum alio pretendente se hæredem, n.24. & 25.

26 *Socius, aùt hæres, à consocio, vel cohærede, repetit impensas in communi lite erogatas.*

Pro rata, quam expendit ultra quantitatem pro se solo solvendam, n.27.

Si tamen sententiam favorabilem obtinuerit, num.28.

Vel ex mandato consocij, litem gesserit, n.29.

C A P V T XLVI.

De Fideicommissarijs bonis, regularitèr non alienandis, ad *text. in l.3. §. sed quia nostra, C. communia de Legatis.*

1 BOna fideicommisso subiecta,
alienari, vel obligari non
possunt, *l.3. §. sed quia nostra*, ubi *DD. C. communia*
2 *de legat.* sed quandoque
permittitur eorum alienatio, vel obligatio, ut in cau-
3 sam dotis, vel antephati illam validè fieri, si
alia libera bona non extant, in sequenti *Auth.*
Res quæ, subijcitur, de cuius dispositione plura
congerunt, eam ampliantes, atque declarantes
Consiliar. Paschal. & Hodierna, ille in *tract. de*
virib. patriæ potest. p.2. cap.7. hic autem in *addit.*
ad Surd. decis.62. & in *controvers. forensi 9. Barbat. in tract. de assistent. gl.5. num.125. & seqq.*
Censal. in addit. ad Peregrin. in tract. de fideicom. artic 42. Capon. in tract. de dote ad l.2. ff. sol. matrim. q.8. & novissimè *D. Altimar. in observat.*
ad D. Regent. Rovit. cons.54.55. & 61. lib.1. ac
D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observat.
19. & 237. & D. Rodoer. in addit. ad Reg. de Marinis tom.1. quotid. resolut. cap.39. ex num.8. ubi
4 procedere affirmant, non obstante expressa testatoris dispositione in contrarium, quòd nec
pro dote valeant alienari, quòd etiam probaverunt *Consil. Roccus in resp.29. num.18. tom.2.*
Andreol. in controver. forensi 259. num.30. lib.4.
& controv.393. nu.6. lib.6. & ad pactum de lu-
5 crando partem dotis, aùt donationis antenuptialis, tàm ex parte viri, quàm uxoris extenditur hæc alienandi promissio, ut communem esse, & probatam conclusionem, post *Soccin. sen.*
in cons.23. num.6. vol.3. & alios ait *Peregrin. in*
in d. cap.42. num.69. sequitur *Anton. Faber in*
Cod. lib.6. tit.23. definit.4. num.17. nedùm verò
pro dote, & antephato permissam esse bonorum fideicommissi alienationem; verum etiam
6 pro impensis, fieri consuetis, in festivitatibus,
& apparatibus nuptiarum, tanquàm appenditijs, atque connexis matrimonij, & quas ma-
7 ritus absque verecundia omittere non posset,
firmaverunt post alios *Reg. Sanfelic. in decis.*
199. lib.2. & *Reg. de Marin. lib.2. resol. Iur. cap.*
17. Consiliar. Prat. in addit. ad Cons. Paschal. in
loco relato ad num.12. idque ex *Gabriele in cons.*
153. lib.2. & alijs ante eos, tradidit *Peregrin. in*
practic. artic.42. num.8. ubi num.55. restringit
Authentica prædictæ dispositionem, ut locum
8 habeat in bonis, hæredi tantùm gravato, sive
legatario obvenientis, sive relictis, non autem alteri cohæredi, vel collegatario, confirmat *Fusar. in tract. de substitut. q.531. num.153. & seq.*
pro qua sententia fuisse in nostro S.C. Neap. iudicatum refert in præallegatis locis *Consil. Hodierna*, & si eam sibi multum dotam videri subiungat.

Dum verò diximus esse permissam, pro dote,
& antephato bonorum fideicommissariorum
alienationem, si tamen alia libera bona non
9 existant, & sic in subsidium; hoc est intelligendum, nisi testator eorum alienationem pro
dote, vel antephato concessisset; eo enim casu,
non in subsidium, sed principalitèr alienatio permissa intelligitur, etiam alijs liberis bonis existentibus, ut ex *Consiliar. Paschale in d.*
cap.7. à num.15. & Reg. de Marin. in d. lib.2. resolut. cap.17. magis communem esse DD. sententiam deducemus in *seq. cap.68. num.37.* quamvis contradicant *Fontanella in tract. de pact. nupt. claus.5. gloss.1. p.2. num.11. Fusar. d. q.531. num.129.* alijque apud *Capon. in relata q.8. num.74. in fine*, & hanc testatoris permissionem alienandi pro dote, & antephato ad instar eius, quæ

sità lege, ut diximus ad lucrum antenuptialis
donationis per filios nascituros fieri conven-
tum, porrigi debere in facti contingentia re-
spondimus, ut intelligeretur pro eo æquè prin-
cipalitèr, & non in subsidium, alienationis fa-
cultas concessa, etiam si bona libera adessent,
quæ fideicommissariæ restitutioni non subiace-
10 rent, cum validum sit argumentum à disposi-
tione legis, ad illam hominis, sive testatoris, ut
ex *l. cum quidam 4. verf. quemadmodum C. de*
verb. significat. cum alijs concordantibus probat
Menoch. in conf. 97. n. 24. lib. 1. alijque relati per
Barbos. in locis argument. loco 36. Est enim hoc
pactum lucri, in contractu matrimoniali adie-
ctum, pars matrimonij, & sine quo mulier fortè
non fuisset inventura virum; verisimilis autem
testatoris voluntas esse præsumitur, quòd si
credidisset fore, ut sine pacto lucrandi dona-
tionem propter nuptias mul... impediretur
maritum invenire, & magis dignum, respon-
disset, quòd validè pactum de lucro faciendo
in antenuptiali donatione apponeretur, quia
favore nuptiarum disposuit, & quæ sunt eius-
dem rationis, sub dispositione comprehendun-
11 tur, ex regula, quòd qui consequens vult, etiam
suum necessarium antecedens velle censetur, ut
per *Everard. in Topica legali, in loco à concessione*
consequentis ad concessionem antecedentis, cum
alijs pluribus ab eodem *Barbosa* cumulatis in
axiom. 54.

12 Pro alimentis etiam gravati, & filiorum
eisque à carceribus, vel ab hostibus redimen-
dis, bona fideicommisso subiecta alienari posse,
scribunt post alios *Barbat. in d. gl. 5. num. 136.*
cum seqq. Capon. in d. q. 8. num. 100. D. Rodoe-
vius in cit. cap. 39. num. 5. & 6. ac prædicti *Ad-*
dentes ad Peregrin. d. artic. 42. versic. Tertia sit
conclusio, fol. 437. & ad *Reg. Rovit. conf. 55 num.*
13 *2. & 3. lib. 1.* ubi declarant respectu alimento-
rum, nisi fuissent expressè à testatore, bona fi-
14 deicommissi alienari prohibita, etiam ex causa
alimentorum, vel fuissent à gravato legitima,
& Trebellianica malè utendo consumptæ, aùt
15 fideicommissum non esset ab ascendente con-
stitutum, cum *Fusar. in relato tract. de substit. q.*
536. num. 6. & seqq. ubi *num. 5.* ampliat, ut pro
16 alimentis gravati fieri possit alienatio bono-
rum maioratus, sive perpetui fideicommissi in
beneficium primogenitorum de familia insti-
tuti, in quo dissensit *Molina in tract. de Hyspan.*
primogen. lib. 4. cap. 6. num. 20. & seqq respectu
17 alimentorum, ad quæ institutor fideicommis-
18 si non tenebatur, tanquàm publicus fideicom-
missi favor sit privato præferendus, quam sen-
tentiam tutiorem, & receptiorem esse, alijs ad-
ductis existimat, novissima *Additio ad eumdem*
19 *Molinam, sub num. 17.* & pro viro gravatæ à
carceribus liberando, fideicommissaria bona
similitèr alienari posse videtur, ex traditis per
Gratian. in lib. 1. discept. forens. cap. 108. Consil.
Paschal. in d. tract. patr. potest. p. 3. cap. 5. à num. 11.
20 ubi etiam loquitur pro redimendo patre gra-
vati, quamvis propria culpa, sive dolo in car-
ceribus detento.

21 Fit insuper alienatio bonorum fideicommis-
si pro solvendis expensis erogatis in eorum re-
cuperatione, & defensione hæreditatis à credi-
22 toribus, & legatarijs, quas per hæredem gra-
vatum bona fide, & non temerè litigantem de-
duci posse in fideicommissi restitutione, licèt
23 sententiam pro se non obtinuerit, aùt con-
trariam reportaverit, censuerunt *Peregrin. in*
d. tract. de fideicomm. artic. 50. num. 11. Fusar. de
substit. q. 670. num. 6. & seqq. ubi limitat *num. 9.*
24 si hæres litigaverit cum alio pendente se hære-
25 dem, & succubuerit, quia tunc litis impensas
non deducit, secundùm *Angeli* sententiam in
l. fin. § in computatione C. de Iur. delib. quam
communitèr esse receptam, testatur ex *Marzar.*
Barz. in decis. Bonon. 13. num. 12. & magis com-
munem scribit *Fachin in lib. 6. controvers. cap.*
29. nisi iustam litigandi causam habuerit, ut
sublimitat ibi *Fusar. num. 10.* & probant alij
apud *Thomas. in tract. var. ultim. volunt. tract. de*
26 *invent. tit. 13. cap. 6. num. 94.* quòd si hæres co-
hæredem habeat, sive socium in hæreditate, re-
petit ab eo impensas in communi hæreditatis
27 lite erogatas, pro rata, quam expendit ultra
quantitatem pro se solo solvendam, ex dispo-
sitione *l. ex parte 40 ff. famil. erciscunda*, si ta-
28 men obtinuerit sententiam, *l. iam tamen 5. § in*
29 *hac 2. ff. iudicatum solvi*, vel ex mandato con-
socij litem gessit, *l. qui mutuam 56. § fin.* ubi *glos-*
sa, ff. mand. & bene declarat *Castu in tract. de ra-*
tione rata q. 122. n. 2. & seqq.

RERVM SVMMA.

1 *Hæres iure certa, quòad multa, hæreditatis*
locum obtinet, remissivè.
Non tamen quòad onerum hæreditariorum so-
lutionem, quorum respectu habetur loco lega-
tarij, n. 2.
Nisi aliud iusserit testator, n. 4.
3 *Legatarius, etiam quota bonorum, non tenetur*
ad onera hæreditaria, sed hæres.
5 *Verba testatoris, vel contrahentium, ubi sunt*
clara, nulla opus est coniectura.
6 *Verba in quocumque actu reddi non debent fru-*
stratoria.
7 *Testatoris voluntas, ubi verisimilitèr constat à*
verborum proprietate recedimus
Præsertim, quando illa verba possunt quoquo
modo deservire, n. 11.
8 *Mens verbis præfertur, sicut animus corpori.*
9 *Testator præsumitur, se conformem reddere di-*
spositioni iuris communis.
10 *Hæreditatis appellatione relictum hæredi in re*
certa, non comprehenditur.
12 *Testatoris voluntas interpretari debet, etiam*
adversus facilem, & vulgarem littera intelle-
ctum.

13 Le-

13 *Legatarius iure legata, censetur magis à Testatore dilectus, quam hares.*

14 *Legatum coniuncta persona relictum, latam recipit interpretationem.*

Etiam contra haredem, pari coniunctione coniunctum, nisi hares nimium gravaretur, num. 15.

16 *Nepos eo modo diligitur ab Avo, sicut filius, imo magis.*

Sed non tanta dulcedo in nepotibus versatur, quanta in filijs magis patri appropinquantibus, num. 18.

17 *Amor descendit, non ascendit.*

19 *Filiorum, & nepotum nomina, dulciora esse non possunt.*

20 *Filius in re certa hares institutus, à patre habetur loco haredis.*

Præsertim pro validando testamento, n. 25.

Intellige in filio instituto in legitima, qua est quota bonorum, n. 22.

Item intellige quoad actiones activas, & commoda, ut n. 23.

Secùs verò quoad æs alienum, & incommoda, quorum respectu habetur loco legatarij, n. 24.

21 *Nepos ex filio pradefuncto habetur loco filij.*

26 *Quarta Trebellianica solum ab harede universali deducitur, vel alio, qui propriè sit hares.*

A filio tamen, in re certa instituto, non deducitur, n. 27.

28 *Exitùs causa.*

C A P V T XLVII.

De Hærede instituto in re certa, an, & quando teneatur ad hæreditariorum onerum satisfactionem? ad *text. in l. quoties 13. C. de hæredibus instituendis.*

1 Vlgaris est dispositio, *text. in l. quoties 13. C. de heredib. instit.* hæredem in re certa particularitèr institutum, dato hærede universali, tametsi, quoad multa, hæredis locum obtineat, ex relatis per *Gomes. variar. resol. lib. 1. cap. 10. num. 15.* & per *Præs. de Franch decis. 593. num. 4.* de quò late *Consil. Hedierna in controv. forens. cap. 59. à num.*
2 30. Nihilominùs quoad hæreditariorum onerum solutionem, haberi loco legatarij, neque ad illorum contributionem teneri, ut post alios nominatim tradiderunt idem *de Franch. in decis. 1. num. 10. Peregrin. de fideicomm. artic. 3. num. 7. Stephan. Gratian. in lib. 2. discep. forens. cap. 275. num. 2. Reg. Marcian. in lib. 2. disput. forens. di-*
3 *sput. 81.* ubi *nu. 3.* Legatarium quotæ bonorum ad hæreditaria onera, neque teneri affirmat, si ex hæreditate reliqua, commodè æs alienum satisfieri potest, ex traditis per *Didacum Spino in specul. testamentor. gl. 8. in princ. in tit. de legat. purè relictis, num. 26. in versic. Illud tamen*, aliosque ibi relatos; cum enim, quoad hoc legatarij loco habeatur, non legatarius ad onera tenetur, sed hæres, ut in *l. fin. C. de heredit. action.*

4 Hoc verum est, nisi testatoris voluntas refragetur, quia poterit testator hæredem in re certa, ad onerum solutionem expressè compellere, ut ex *Angelo in l. ex facto num. 1. in fine, ff. de heredib. instit.* docuit *Præs. de Franch. in allegata decis. 1. n. 43.*

Vnde non modica olim orta fuit altercatio, in solutione facienda onerum hæreditariorum quondam Iacobi Castagnarij, qui Elionora eius filia, universalitèr in omnibus bonis hærede relicta, & Victoria de Senis eius nepte ex prædefuncta filia, particularitèr instituta in ducatis quatuor mille, tandèm iusserat, quòd onera omnia in hæreditate relicta, deducenda essent: *dalla massa commune dell'heredità*, quæ
5 quidem verba videbantur adeò clara contra hæredem particularitèr institutam, ut nulla opus esse videretur coniectura, ad *text. in l. continuus 137. §. cum ita, ff. de verb. oblig.* cum alijs, per *Surd. in cons. 445. num. 6. lib. 3.* alitèr enim illa verba, superfluò superaddita censerentur, quòd minimè supponendum erat; cum nec una
6 quidem sillaba stare debeat otiosa, sive in contractibus, sive in iudicijs, sententijs, privilegijs, & attestationibus, sive etiam in ultimis voluntatibus, & in quacumque alia materia, ut in *l. 1. ff. de eo, quod metus causa in l. si quando 112. ff. de legat. 1.* & latè per *Surd. in cons. 127. num. 9. & seqq. lib. 1.* & *Barbos. in tract. axiom. Iur. axiom. 222. n. 11. & seqq.*

Sed re ipsa longè diligentius perspecta, & examinata, contrarium veriùs esse respondimus ut scilicèt sola Elionora hæres universalitèr instituta, teneatur ad hæreditariorum onerum satisfactionem.

7 Movebamur ad ita constantèr affirmandum, quia ubi alitèr constare potest de verisimili voluntate testatoris, à verborum proprietate recedi dicimus, cum non in solijs verborum dispositionis virtus consistat; & sicut animus corpo-
8 ri præfertur, ita mens verbis, ad *text. in l. penult. ff. de legat. 1. cum concord.* per *Reg. Revit. in cons. 40. num. 5. lib. 1.* ubi etiam *num. 9.* quòd verba testatoris generalia restringi debent ex verisimili eius mente, per *text. in l. cum vir 25. ff. de condit. & demonstrat.* notat *Alex. in cons. 76. num. 4. vol. 4.* hinc verba prædicta, de quorum efficacia controvertebatur, vel tanquàm ambigua, vel tanquàm generalitèr prolata, à verisimili testatoris mente, recipiebant interpretationem.

9 Verisimilis autem testatoris mens præsumitur conformis cum dispositione Iuris communis, iuxta *text. in l. heredes mei 57. §. cũ ita, ff. ad Senat. Consult. Trebell.* cum alijs, per *Vrsill. in decis. Afflict. 44. num. 20.* propterea interpretanda

erant

etant illa verba,iuxta dispositionem Iuris com-
munis , & sola hæres universalitèt instituta ad
hæreditatis nnera teneretur.

Huic dispnsitiuni Iuriscommunis , confor-
mem se reddere voluit testatnr, quando dispn-
suit,ut nnera dedncerentur:*dalla massa commu-*
10 *ne dell'heredità*, hæreditatis autem appellario-
ne compræhendi non potest huiusmudi parti-
culare relictum , quòd in omnibus sapit lega-
torum effectum, atque naturam , ad nntata in *l.*
Titius ex parte 94.*in fine*, *ff.de legat*.3. ita per-
bellè declarat *Gratian. in lib.4. discept. forens.*
*cap.*771.*n.*16.

Neque umninò superfluum reddebatur ver-
bum illud,*commune*, cum dici potuisset,massa
communis respectu bonorum diversi generis in
11 hæreditate remansorum,& cum illa verba pos-
sint quoqun modo deservire, à verborum pro-
prietate,non immeritò recedimus,iuxta *text.in*
l.non alitèr 6.*in princ. ff.de leg* 3. in *l.cum anti-*
quitas 13.iuncta *gl.circa finem*, *C.de usufructu*,
12 *& habitat.* quinimù tastatoris volunras inter-
pretari solet,etiam adversus facilem, & vulga-
rem litteræ intallectum , ut post *Covarr.*docet
*Reg.Rovit.d.cons.*40.*n.*28.

13 Colligebatur etiam verisimilitudu mentis
testatoris ex præsumpta illius affectinne erga
legatarium;tùm quia legatarius in re legata cé-
serur magis à Testatnre dilectus , quàm hæres,
ut in *l.Publius Mavius* 36. & in *l.si quis cum*
37.ubi nntat *Bald.ff.de condit. & demonstrat.*&
per *Simon.de Prat.in tract.de interpretat.ultim.*
*volunt.lib.*4.*interpretat.*1.*dubit.*2. Tum etiam,
14 quia legatum, sive particularis hæc institutio
facta fuerat ad beneficium cnniunctæ persunæ,
atque prnpterea latam interpretationem reci-
pere debebat,ut in *l.si servus plurium* 13.§.*ult.*
*ff.de legat.*1.animadvertunt alij, per *Menoch.*
*de arbitrar. Iudic.q.*99.*n.*15.

15 Et favore legatarij cnniuncti,latam fieri in-
terpretationem, etiam cnntra hæredem, qui sit
pari cnniunctinne cum testatore coniunctus,
si ex tali interpretatione non resultaret nimiũ
hæredis gravamen,ducuit *Gratian. in lib.4.di-*
*scept.*615.*num.*37. post *Surd.in cons.*572.*nu.*16.
*vol.*1.utrumque in hoc facto vigebat, si quidem
cuncurrebat filia Testaturis,universalirèr insti-
tuta, & neptis ex alia filia prædefuncta, parti-
cularitèr instituta in supradictis ducatis qua-
16 tuormille ; nepos autem eumudo diligirur ab
Avo, sicut filius,imò magis tanquàm amor de-
17 scendat,non ascendat , ut per *Bald.in l.maxi-*
*mum vitium num.*7.& 8.*C.de liber. preterit.*do-
cet *Gratian.lib.*4.*cap.*612. *num.*9. *& seq.* licèt
18 non tantam dulcedinem in nepotibus , quan-
tam in filijs, nobis appropinquantibus esse,di-
cat *Angel.in cons.*118.*num.*2. & post eum *Soc-*
19 *cin.sen.in cons.*73.*num.*21.cum autem dulciora
nomina, quàm filiorum , & nepotum , nos ap-
pellare non posse ex *Iurisconsulti* responso col-
ligatur in *l.liberorum* 220.*in fine* , *ff.de verb.si-*
gnif. neque etiam hæres hæreditaria hæc one-
ra non tàm magni momenti,de tàm opulenta
hæreditate sulvendo , remanebat valdè gra-
vata.

Quibus addebatur alia prædilectinnis con-
coniectura, dum testatnr, instituta hærede Vi-
ctoria de Senis eius nepte in ducatis quatuor-
mille, eidemque assignatis quibusdam nomini-
bus debitorum pro dicta summa, voluerat, ut si
furtè deficeret aliquid in prædictis nominibus
assignatis,de proprio testatoris patrimonio sup-
plere teneatur Eliunura eius filia hæres univer-
salitèr instituta, quæ sanè videtur non modicæ
affectinnis coniectura erga legatarium.

Neque præallegatis contradicebat,quòd no-
vissimè ex adversu motivabatur , etsi regulati-
tèr,institutum in re certa haberi loco legatarij,
20 hoc tamen locum non habere in filio, in re
certa particularitèr instituto , qui habetur lo-
co hæredis; ut per *Salicet. & DD.* in præalle-
gata *l.quoties*,*C.de hæredib.instit.*& per *Menoch.*
*de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*20.*num.*5. idemque
21 videbatur in hac nepte ex filia prædefuncta
procedere,cum nepus habeatur loco filij, *l.*3.*C.*
*de suis, & legitim.hæredib.*quia relati DD. loqu-
22 untur in filio instituto in legitima , quæ est
quota bonorum,& nihilominùs hoc intellexe-
23 runt,quòd habeatur loco hæredis,quòad actio-
nes activas , & cætera commoda ; secus vero,
24 quòad æs alienum,& incommoda , quorum re-
spectù habetur loco legatarij, ut per *Bald.in l.si*
*quis in suo in princ. num.*4. *C.de inoffic. testam.*
*Angel.in cons.*206.*vol.*2. & alius per eundem
Monoch.de adipisc.possess.remedio 4. *num.* 159.
cum seq.

Filius autem in re certa particularitèr insti-
tutus,neque tenetur ad onera hæreditaria , ta-
25 metsi, quòad multa , præsertim verò pro vali-
dando paterno testamento, hæredis locum ob-
tineat , ad notata per *Bart. & alios in d.l.quo-*
ties,docuit apertissimè *Soccin.Iun.in cons.*45.*n.*
5.& in *cons.*91.*num.*10. *lib.*1. *Soccin.sen.in cons.*
63.ante *numerum* 12.*lib.*3.*Carol.Ruin.in consil.*
157.*num.*7. *in fine vol.*3. atque hinc est , quòd
26 Trebellianica,quæ solùm ab universali hærede
deducitur, vel ab hærede alio , qui propriè sit
hæres , ut in *l.*1.§.*inde Neratius* , *& in l.mulier*
22.§.*fin.ff.ad Senat.Consult.Trebell.*à filio testa-
27 toris in re certa instituto , minime deducitur,
ex traditis per *Marianum Soccin.Iun. in cons.*
122.*num.*7.docet *Covarr.in repetit. cap. Rainu-*
tius §.1.*num.*10. *extra de testament.*

28 Res tamen fuit amicabili transactione com-
posita.

RERUM SUMMA.

1 *Hæredis nomen, quadruplicitèr accipitur.*
Primò pro hærede universali , etiam extraneo
num 2.
*Secundò pro hærede nomine tantùm, n.*3.

Ter-

Tertiò pro harede in re certa instituto, n.4.
Quartò pro descendentibus, qui sunt haredes, seu successores sanguinis, n. 5.
6 *Heres in re certa, dato harede universali habetur loco legatarij.*
7 *Hares heredis in re certa, non potest dici hares testatoris.*
8 Hæredis *verbum, de solis descendentibus intelligitur, non autem extraneis haredibus.*
Vnde extranei haredes non continentur in substitutionibus, sub ea conditione conceptis, si heres, aut legatarius sine filijs decesserit, num.9. & 10.
11 *Testatoris provisio in beneficium haredis, intelligitur de harede scripto in testamento, & num.12.*
Non autem de alio harede, aut harede haredis incerto, & incognito testatori, nec pariter ab eo dilecto, n.13.14.& 15.
16 *Fideicommissum conditionale, ad haredem vocati, non transmittitur.*
Nisi tacita, vel expressa testatoris voluntas adsit, n.17.
18 *Haredum appellatione, omnes veniunt haredes.*
Sive sanguinis, sive bonorum, & extranei, num.19.
Tàm si à lege, quàm ab homine, haredis verbum proferatur, n.20.
Dummodò nomen proprium haredis non fuerit expressum, n.21.
Et de rebus agatur, ad haredes transitorijs, n.22.
23 *Haredum nomine in fideicommisso simplici, & absoluto, veniunt omnes haredes, tàm sanguinis, quàm bonorum, & extranei.*
Quamvis dictum sit, de hærede suo, *n. 24.*
Nam dictio, suo, *potiùs ad demonstrationem, adiecta censetur, quàm ad suitatem denotandam, n.25.26.& 27.*
28 *Haredum appellatione, veniunt, nedùm primi haredes, sed ulteriores etiam in infinitum.*
Ampliatur sive in numero plurali, sive singulari facta sit haredis mentio, n.29.
Secundò ampliatur, ut non fictè, & impropriè, sed propriè veniant haredum nomine, haredes haredum, num.30
Licèt impropriè eos haredes dici, quia non veniunt ex iudicio testatoris, Ruin. *affirmet sub num.31.*
32 *Testatoris affectio, erga primum haredem consideratur in re de sui natura ad haredes non transitoria.*
Qualis est ususfructus, qui morte finitur, n.33.
Vel substitutio conditionalis, hareditati facta, num.34.
Non autem in substitutione conditionali facta legato, n.35.
Hac enim est de sui natura ad haredem transitoria, n.36.
Vt in legato pecuniarum ad haredem reverti ordinato, si legatarius absque filijs decesserit, quòd haredi haredis pramorientis acquiritur, num.37.
38 *Hares haredis dicitur heres testatoris.*
Maximè si testator simpliciter de harede disposuit, n.39.
Absque dictione aliqua denotante vocationem primi haredis, num.40.
Vt si dixisset, hæredibus supra scriptis, *seu* infrascriptis, *num.41.*
Sine qua expressione, potiùs ad Ius hareditarium, & hareditatem ipsam, quàm ad haredis personam disponens, respexisse censetur, num.42.
43 *Dictio,* omnes, *est universalis, & neminem excludit.*
Idemque operatur, ac si de singulis personis facta fuisset, specialis expressio, n.44.
45 *Exitus causa.*

CAPVT XLVIII.

De Hæredis nomine, quoscumque, etiam extraneos hæredes comprehendente, ex *textu in l. sciendum 70. ff. de verborum significatione.*

1 HÆredis nomen qoadrupli-
citèr accipi, scribit *Man-*
tica in tract.de coniect. ult.
2 *volunt.lib.8.tit.14. num.1.*
pro hærede scilicèt uni-
versali, etiam extraneo, ex
l.sciendum 70.ff.de verb.si-
3 *gnif.* pro hærede nomine
tantùm, ex *l.quisepatris 3.C.unde liberi,* pro hæ-
4 rede in re certa instituto, per *l.ex facto 35. ff.de*
hared.instit. & pro descendentibus, qui dicun-
5 tur hæredes, seu successores sanguinis, iuxta *l.*
ex facto 17.§.fin.ff.ad S.C.Trebell.

Cum itaque dubitaretur, cui facienda esset
restitutio, suo futuro hæredi, fieri ordinata
per quondam Francifcum de Roberto senio-
rem, medietatis maritagij pro puellis de fami-
lia constituti, publico mediante instrumento,
in casu mortis alicuius ipsarum absque filijs, an
successori in maioratu, quem ipse Franciscus in
testamento reliquit super ducatis viginti mille
functionum fiscalium, per Vniversitates Terra-
rum Avellæ, & Bayani debitis ad beneficium
Ferdinandi de Roberto eius filij hæredis, etiam
universalitèr instituti, ac illius filiorum ma-
sculorum, aliorumque de familia vocatorum, in
6 quo diximus hæredem in re certa, dato hærede
universali, haberi loco legatarij, per *dict.l.ex fa-*
cto 35.ff.de haredib.instit. & l.quoties 13. C.eod.
& *ex Fusar.in tract.de substit.q.341.* ac hæredem
7 hæredis in re certa dici non posse testatoris hæ-
redem, ex latè traditis per *Ruin.in cons.69. num.*
16.vol.3.

8 An

8 An verò intelligendum esset, verbum, *futu-*
ri hæredis, de solis descendentibus, non autem
9 extraneis, ot io substitutionibus sob ea condi-
tione conceptis, si hætes, aùt legatarius sine fi-
lijs decesserit, pet *l. ex facto 17. §. fin. ad S.C. Tre-*
bell. post *Speculat. Bart. & alios*, communem
esse DD. sententiam, firmant *Gabriel in lib. 6.*
commun. conclus. in tit. de verb. signif. conclus. 2. n.
11. & 17. Menoch. in cons. 958. num. 6. versic. Se-
cundò suffragatur lib. 10. sequuntur *Peregrin. in*
tract. de fideicomm. artic. 32. num. 31. Fusar. in d.
tract. q. 339. num. 36. & seq. Præs. de Franch. in
decis. 525. num. 26. & seqq. Reg. Revit. in decis. 85.
n. 23. Ideoque staote obitu Ferdinandi primi,
hætedis instituti, aùt saltèm, ex defectu eius
filiorum, absque liberis defunctorum, vineu-
lum testitutionis sit extioctum, atque substitu-
tio caducata, cum ex conniecturata voluntate
disponentis hæredes sxttanei legatariarum,
tanquàm prædilectarum in te legata, videan-
tur esse hæredibus extraneis substitutis præfe-
10 rendi, oe minus dilecti magis dilectis præponi
ceosçantur, contta notata in *l. Publius Mavius*
36. §. Titia, ff. de condit. & demonstrat. de quo
Ruin. in cons. 114. num. 11. vol. 3. & *Fusar. d. q.*
11 *339. num. 7. in fine*, & provisio facta in benefi-
cium sui hæredis, intelligenda est de hærede
12 scripto in testamento, in quem cadit affectio,
noo autem etiam de alio hærede, aùt hære-
13 de hætedis incerto, & ioeognito testatoti, nec
14 patitèr ab eo dilecto; quate præmoriente scrip-
to hærede, cadocari substitutionem factam in
15 illius beneficium, neque transmitti ad hære-
dem hætedis, quod primus hæres non acquisi-
vit, ex notatis in *l. qui liberis 8. §. hac verba, ff. de*
vulg. & pupill. substit. post *Bartol. & alios* affir-
mant *Peregrin. in d. artic. 32. num. 74. Fusar. in*
d. tract. de substitut. q. 343. num. 9. Stephan. Gra-
tian. in lib. 4. discept. forens. cap. 612. num. 5. & 6.
Reg. Sanfelic. in decis. 279. num. 4. & seqq. lib. 2.
16 stante qooqoe tegula, quòd fideicommissum
conditionale ad hæredem vocati non traosmit-
17 titur, nisi tacita, vel expressa testatoris volun-
tas concurrat, ut notatur in *l. unica §. sin autem*
sub conditione, C. de caduc. tollend. & plenè pro-
bat *Reg. Capyc. Latr. in decis. 1. n. 78. & seqq.*

Veriùs tameo esse respondimos in præmissa
facti specie, vioculum restitutionis non fuisse
extinctum, neque substitutionem caducatam
pet obitum primi hætedis instituti, eiusque fi-
liorum absque liberis; sed, *futuri hæredis*, ver-
bum, omnes etiam extraneos hæredes, & succes-
sores bonorum in infinitum comprehendere, ut
propterea restitutio medietatis maritagij pet
puellas sine filijs decedentes facienda, mortuo
primo testatoris hærede fieri debeat, hæredibus,
& successoribus ipsius, tàm ex testamento, quàm
ab intestato; si quidem pro regula constituitur,
18 hæredum appellatione, omnes hæredes venire
19 sive sanguinis, sive bonorum, & extraneos, ex
dispositione *d. l. sciendum 70. ff. de verb. signific.*
& *in l. in annalibus 22. C. de legat.* tàm si à lege,
20 quàm ab homine, *hæredis*, verbum profetatur,
21 dummodò oomen proprium hætedis non fue-
22 rit expressum, & de rebus agatur ad hæredes
transitorijs, ut ex *Ancharano in cons. 130. in*
in princ. refert *Barbosa in tract. de appellat. ver-*
bor. Iur. significat. appellativo 115. num. 3. ubi *nu.*
23 *5.* vetiorem ait sententiam io fideicommisso
simplici, & absoluto sub nomine hæredum, om-
nes veoire hæredes, sive sanguinis, sive bono-
rum, & extraneos, adducens præ cæteris *Fusar.*
in d. q. 339. à num. 1. hanc esse communem DD.
sententiam affirmantem, pro qua fuisse à *Pa-*
piensi Collegio consultom, & à *Romana Rota* iu-
dicatum, & *num. 25.* ampliat, quamvis dictum
24 sit de hærede suo, ut etiam tunc veoiat extra-
25 oeus hætes, quòd roboratur ex alijs, quos no-
vissimè sequitur *D. Alderisius in tract. de hære-*
dib. tit. 4. num. 19. dictio enim, *suo*, intelligitur
apposita, potiùs ad demonstrationem, quàm ad
26 suitatem denotandam, nisi alitèr constatet;
27 quidquid *Menoch. in cons. 958. num. 11. versic.*
Octavò, dixerit in dubio pronomen, *suos*, addi-
tum verbo, *hæredes*, operari, quòd intelligatur
de hætede sanguinis, ut *Barbosa* refert in *præci-*
tato loco n. 9.

28 Et veniunt hætedum appellatione, oon tao-
tùm primi hæredes, sed ulteriores etiam io io-
finitum, ex *l. qui per successionem 155. ff. de reg.*
Iur. l. hæredis appellatio 65. & l. sciendum 70. ff. de
verb. signif. cum concord. apud *Barbos.* in loco te-
29 lato *num. 32. & seq.* ubi ampliat sive in oumero
plurali, sive singulari facta sit hæredum meo-
30 tio, idque propriè, non autem fictè, & impro-
priè, ut post multos firmat *Menoch. in cons. 89.*
num. 128. & seqq. lib. 1. & *in cons. 504. nu. 20. lib.*
6. quamvis *Ruin. in cons. 44. num. 14.* & *in cons.*
31 *103. num. 24. lib. 2.* dicat eum esse impropriè
hæredem, tanquàm non veniat iudicio testato-
ris, per *d. l. qui liberis 8. §. hac verba, ff. de vulg. &*
pupill. substit.

32 Neque obstabat præsumpta testatoris affectio
erga primum hætedem; oam illius coosidera-
tio tantùm habetur, in re de sui natura ad hæ-
33 redes oon transitoria, qualis est usus fructus, qui
morte finitur, ut ex *l. antiquitas 14. C. de usufru-*
ctu post *Paris. Tiraquell. & alios* declarant *Mã-*
tica in d. tit. 14. num. 21. alijque per *Fusar.* citati
in *d. tract. q. 343. num. 5.* vel substitutio coodi-
34 tionalis hæreditati facta, quæ oon est ad hære-
des transmissibilis, ut loquitur *Ancharan. in re-*
35 *lato cons. 130. num. 3.* secus est in substitotione,
licèt conditionali facta legato, quæ de sui na-
36 tura est in hæredes transitoria, ut in puncto in
37 legato pecuniarum, ad hæredem reverti iusso
post obitum legatarij sine filijs, ait *Gratian. in*
d. cap. 612. num. 13. & seq. ubi quòd hæres hæte-
38 dis, dicitur hætes testatoris, maxime quando
39 testator simplicitèr fecit hæredis mentionem,
40 absque dictione aliqua donante vocationem
41 primi hæredis, ut si dixisset: *hæredibus supra-*
scri-

scriptis, seù *infrascriptis*; potiùs enim tuoe ad ius hæreditarium, & hæreditatem ipsam, quàm ad hæredis persooam, dispooens respexisse ceosetur, ut ibi *num.* 16. *& seq.* eo
42 magis, quòd restirotioois oous pro maritagij prædicti medietate, ad primi tantùm hæredis beoeficium verificari minimè poterat, unde erat ioterpretatio facieoda, quòd hæres hæredis futuri hæredis oomloe eootinerur, cum per puellas omoes ad maritagij eommodum voeatas, quæ erant omoes de familia, tàm oatæ quàm oafeituræ, fuisset restitutio futuro hæredi fieri ordioata, si sioe filijs deeederent per hæc verba: *tutte quelle figliuole maritande con dette entrade del detto maritaggio*, oeque eoim primus ille hæres omnibus puellis oafeituris superesse
43 poterat; dictio eoim illa, *omnes*, tanquàm uoiversalis oollam ex eis excluserat, idemque ope-
44 rara fuit, ae si de siogulis puellis facta esset specialis expressio, *l. Iulianus 66. ff. de leg. 3.* cum alijs per *Barbos. in tract. de diction. dict. 241. nu. 1. & 2.*

Propterea sub die 17. Augusti Aooi 1645. per *D. Alphonsum de Vargas* Regiom Consiliariom, & arbitratorem, cum amplissima potestate relictum à prædicto qooodam Fraoeisco de Roberto eius fratre oterioo, super omni dubio circa suam dispositionem oriente, fuit io imargioe instrumenti coostitotioois maritagiorum de Aooo 1617. stipulati, mano Notarij Ioaoois
45 Vioeeotij de Troiaois deelaratum, restitutionem medietatis maritagiorom, puellarum sioe filijs deeedentium, esse facieodam pro medietate proximioribus ultimorum deseendeotium dispnoeotis, tanquàm sueeessoribus io medietate bonorum aotiquorum ipsorum, & pro alia medietare eorum hæredibus ex testamento, uti sueeessoribus in alia medietate booorum antiqoorum, quæ libera remansit in eorum hæreditate, & ita fuit exequutom.

RERVM SVMMA.

1 *Testator decedere non potest pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

Propter absurda ex hoc resultantia, de quibus remissivè, num. 2.

Fallit ex post facto, n. 20.

Secundò fallit in Milite. n. 37.

Intellige in Milite armata, non autem Cœlestis militia, num. 53. & 68.

Tertiò fallit si Statutum loci permitteret, nu. 70. 71. & 72.

3 *Ius accrescendi fuit inter hæredes inventum, ne testator decedat pro parte intestatus.*

Per quod hæreditatis portio deficiens, cohæredi accrescit adeunti, n. 4.

Ampliatur in eo, qui cum posthumo nascituro, hæres instituitur, ut eo non nato succedat in totum, n. 5.

Nisi alius posthumo nascituro fuisset substitutus, qui vocatus censetur, etiam in casu non nativitatis posthumi, num. 6.

Secundò ampliatur, ut locum habeat inter hæredes directè substitutos, n. 7.

Tertiò ampliatur in hærede in re certa, cohæredem ab initio non habente, n. 8.

Vel ex post facto, per mortem, aut repudiationem cohæredis, n. 9.

Quamvis cum dictione taxativa, tantùm, sit institutus, n. 10.

Aut cum prohibitione, ut amplius de hæreditate non habeat, n. 11.

Ita hæres in re certa substitutus, deficiente universali hærede, in totum succedit, n. 13.

Si fiat substitutio directis verbis, non autem communibus, vel obliquis, n. 14.

Quartò ampliatur, ut ius accrescendi prohiberi non possit à Testatore, n. 12.

Neque prohibitum censeatur, cum fieri potest, nisi ex taxativa dictione, vel prohibitione amplius petendi, n. 61.

Quamvis institutio fiat in omnibus bonis, excepto tali fundo, n. 62.

Nisi addatur, quòd eum hæres habere prohibeatur, n. 63. & 64.

Quintò ampliatur, ut ius accrescendi ad hæredes transmittatur, n. 15.

Etiam illud, quod hæredi in re certa instituto competit, n. 16.

Si decedat, facta iam acquisitione, vel infra tempus Iuris deliberandi, n. 17.

Sextò ampliatur in hærede, etiam invito, cui portio deficiens accrescit ipso Iure, n. 26.

Licèt possit, aut integram hæreditatem agnoscere, aut portionem aditam repudiare, n. 27.

Nisi eum cogerent creditores hæreditarij ad solam partem, iam aditam retinendum, num. 28. 29. & 30.

Primò fallit iuris accrescendi regula, in substitutionibus obliquis, sive fideicommissarijs, num. 18.

Nisi verbalis, aut realis coniunctionis ratio hoc inducat, n. 19. usque ad 25.

Secundò fallit inter diverso iure succedentes, num. 23.

Et inter diversas species successionum, n. 66.

Tertiò fallit in testamento Militum, n. 36.

Propter eorum occupationem, & Iuris ignorantiam, atque simplicitatem, n. 48. usque ad 63.

Quartò fallit, quia non habet ius accrescendi locum in diversis patrimonijs, n. 65.

Intellige si posita sint in locis, diversa statuta, circa Ius accrescendi habentibus, n. 69.

Et nisi in loco testatoris Ius commune vigeret, num. 73. & 74.

22 *Fideicommissarius particularis habetur loco legatarij.*

31 *Hæreditas iacere dicitur, cum nemo de præsenti reperitur, qui illam adeat.*

Dummodo spes, eam adiri posse, supersit, nu. 32.

Si enim nullus extat, qui succedere possit, va-

cans dicitur, & fisco devolvitur, n.33.
34 *Curator, cum haereditati iacenti datur, citandi sunt illi, quorum est prima causa successionis.*
Eisq; statui tempus debet ad deliberandum, n.35.
40 *Milites Caelestis militia, gaudent privilegijs armata Militia, Militibus concessis.*
Si tamen ratio privilegij in eis locũ habet, n.46.
41 *Cardinales, quibus laudibus, & quanta excellentia praefulgeant? remissivè.*
Regibus comparantur, n.45.
Et ut cardines, Ecclesiam sustinentes, hoc nomine Cardinalium appellati, n.42.
Pro Christiana Republica dicuntur in Sacro Concistorio militare, n.43.
Vt Militum privilegijs in testando gaudeant, n. 44. & 55.
Sed contra, n.54. & 56.
47 *Privilegij causa cessante, cessat privilegium.*
50 *Miles Ecclesiasticus potest scientia vacare, atque litterarum studio.*
Ideo leges scire debet, n.51.
Neque gaudet privilegijs Militum secularium in testando, n.52.
67 *Castrensia bona dicuntur, ab Ecclesia profecta.*

CAPVT XLIX.

De Iure accrescendi, in cohaerede, etiam invito, locum habente, ad interpretationem *text. in l.unica, §. his ita definitis, C.de Caducis tollendis.*

1 NE partim testatus, pro parte verò intestatus, quis de-
cedere cogatur, contra
regulam *l. Ius nostrum 7.*
ff.de reg. Iur. quam praeser-
2 tim extollit *Bartol. Chesius lib.1.interpret.Iur.cap.*
16.num.4. & 13. & addu-
cit *D. Scoppa in observat.ad decis.Gratian. observ.61.num.39.* & ex hoc alia resultent obsur-
da à DD.considerata, de quibus plenè post alios
Vasqu.in tract.de success.progressu lib.3.in praefat.
3 fuit Ius accrescendi inter haeredes introdu-
4 ctum, cuius vigore haereditatis portio deficiens
cohaeredi adeunti accrescit, *l.si ex pluribus 9.ff.*
de suis, & legitim.hared.§.haereditas, in versic.non
autem, instit de haeredib.instituend. docet *Bart.in*
l.unica, §.his ita, C.de caduc.tollend & post eum
Decius in d.l.ius nostrum, num.2. & in l.unica,
C.quando non petentium partes, & plura colligis
Vrsell.in exam.apum concl.legal.conclus.25. in
5 *verbo Accrescendi Ius*; Idque procedit etiam
in eo, qui simul fuit cum posthumo nascituro,
haeres institutus, ut posthumo non nato, succe-
dat in totum, ac si solus fuisset institutus, *text.*
est in *l.6.§.fin.cum duabus legib.seq.* & praecipuè
in *l.utrum 8.ff.de reb.dub.* nisi alius fuisset post-
6 humo nascituro substitutus, qui vocatus par-
tèt censetur, in casu non nativitatis posthumi,
secundùm veriorem, & magis approbatam
DD. sententiam, de qua latè *Fusar.in tract.de*
substitut.q.64. & *Pras.de Franch.* ita fuisse iudi-
catum testatur in nostro S.C.Neap. in *decision.*
299.
7 Hoc autem Ius accrescendi locum habet in-
ter haeredes, tàm institutos, quàm directè sub-
stitutos, cum in eis eadem ratio vigeat, ne te-
stator intestatus pro parte decedat, ex dicta *l.*
Ius nostrum, ut ex communi DD. sententia de-
ducit *Perigrin.in tract.de fideicomm. artic.9. in*
8 *principio*, & in haerede, non solùm universali,
sed quamvis particulari, & in certa re instituto, cohaeredem ab initio non habente, quia ne-
9 mo alius fuit à testatore datus, vel ex post fa-
cto desinente eum habere, quia cohaeres insti-
tutus praedecesserit, aùt repudiaverit: ipse
enim particularis haeres in totum succedit, *l.1.*
§.si ex fundo, ff.de haeredib.instit. tradunt DD.in
l.ex facto, in l.quoties, eodem tit. Ruin.in cons.54.
nu.18.vol.2.Ricc.in collect.decis.3471.ampliat.2.
par.8.Rubens in practicab.resolut.circa testamenta, cap.10.a num.514. ubi *num.535.& seqq.* am-
10 pliat, etiam in haerede in certis bonis institu-
to, cum dictione taxativa, *tantùm*, & cum ex-
11 pressa prohibitione, ut amplius de sua haeredi-
12 tate habere nõ possit, neque enim expressis ver-
bis à Testatore ius accrescendi prohiberi posse,
13 firmat ibi *num.550.& seqq.* ex veriori, & magis
recepta DD.sententia; ita si fuerit universali
haeredi, aliquis in re certa substitutus haeres per
directam vulgarem, aùt pupillarem substitu-
tionem, & non adsit alius universaliter substi-
tutus ad integram haereditatem, substitutio in
re certa facta porrigitur, si tamen per verba di-
14 recta fiat, non autem communia, vel obliqua,
ex pluribus à *Menochio* adductis in *tract.de*
adipiscenda possess.remed.4.num.211. & *Cancer.*
in lib.1.variar.resol.cap.1. num.7. in novissima
15 *editione*, quod accrescendi ius ad haeredes trãs-
mitti, voluerunt communitèr DD.apud *Gomes.*
in lib.1.variar.cap.10. num.35. Crass. in tract.de
successión.lib.1.in §.Ius accrescendi q.12. num 1.
16 *& 2.* ubi extendit in haerede in re certa insti-
17 tuto, ut si decedat, facta iam acquisitione, vel
infra tempus iuris deliberandi, in eius haeredes
ius accrescendi transmittat, idemque voluit
Alex.in cons.58.num.4.vol.3.
18 In obliquis verò, sive fideicommissarijs sub-
stitutionibus, omninò cessat ius accrescendi,
19 nisi verbalis, aut realis coniunctionis ratio hoc
inducat, sicut est in fideicommissis, & relictis
particularibus, per *l.re coniuncti 87 ff. de legat.3.cum alijs concord.* cum cesset in eis incon-
veniens illud, ne quis pro parte decedat inte-
status: stante enim primi haeredis aditio-
ne, portio deficiens apud eum, vel eius haere-
20 dem remanebit, neque ex post facto obstabit re-
gula praedictae *l. Ius nostrum*, ex *Decio* ibi *nu.*
10.

10. & hanc esse magis receptam DD. sententiam, testatur *Crass. in relato §. Ius accrescendi, q. 21. num. 2.* post *Mantic. in tract. de coniect. ultimar. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 1. & 2.* quare
21 substitutio fideicommissaria, etiam in compendiosa comprehensa, cum in re certa sit, non
extenditur ad universam hæreditatem, si uni-
22 versalis deficiat hæres, præsertim, quia diverso
iure succedunt hæres in re certa substitutus, si-
ve particularis fideicommissarius, qui habetur
loco legatarij, & fideicommissarius universali-
23 tèr substitutus; unde inter eus, tanquàm diver-
so iure succedentes, locus non est iuri accre-
scendi, ex *l. idem est 7. §. 1. ff. de usufr. accresc.* cum
concordantibus apùd *Bellon. de iure accrescend. lib. 1. cap. 4.* quem iunctis alijs pluribus, laudat
Reg. de Philippo dissertat. forens. 35. num. 28. & ita
etiam in specie affirmant *Peregrin. in d. tract. de fideicomm. artic. 5. num. 42. & artic. 9. num. 5.* &
post alios *Fusar. in d. tract. de substitut. q. 495.*
24 *n. 8. & 9.* nisi de universa hæreditate, testato-
rem sensisse appareret, sub rei, aut bonorum re-
lictorum nomine comprehensa, tunc enim sub-
stitutio etiam in certa re, aut certis bonis fa-
cta, ad universum protraheretur, ut optimè
probatur in *l. cogi 16. §. generalitèr, ff. ad S.C. Trebell.* itaque, si fideicommissaria substitutio de
25 eadem re fieret, de qua institutio, quemadmo-
dum institutio particularia, ex defectu univer-
salis, de integra hæreditate facta intelligitur,
ita paritèr substitutio, tanquàm institutionis
sequela, & ab ea informata, ut de utroque *Peregrin. in d. artic. 5. num. 4. & 36.*
26 Sed neque cohæredi adeunti licet portio-
nem à cohærede altero repudiatam respuere,
quæ illi, etiam invito, ipso iure accrescit, cum
sit absurdum, eiusdem hæreditatis partem
agnoscere, partem verò non acceptare, & nè
testator pro parte testatus decedat, pro par-
te verò intestatus, contra regulam præfatæ
l. Ius nostrum, ut in specie cavetur in
l. unica, §. his ita definitis, C. de caduc. tol-
27 *lend.* licèt in ipsius cohæredis adeuntis ele-
ctione sit, vel integram hæreditatem agnosce-
28 re, vel integram repudiare, nisi creditores de-
functi eum cogerent ad solam partem aditam
29 retinendum, alia parte repudiata, creditori-
bus hæreditarijs per bonorum possessionem,
servandæ rei causa applicanda, ut est *text.* cum
glos. in l. cum hæreditate 55. ff. de acquir. hæredit.
& ita limitat *glos. in d. §. his ita, in verbo sit absurdum*, alijque per *Gomes. in d. cap. 10. num. 27.*
quibus addimus *Cancer. in loco relato num. 200.*
30 ubi in *præced. num.* portionem aditam, & po-
stea defectam, non accrescere cohæredi invito
animadvertit, per *text. in l. si minor 61. eod. tit. ff. de acquir. hæredit.*

Unde minus rectè, processum fuisse videba-
tur, in iudicio moto in S.R.C. ad instantiam
Clerici Ioannis Iacobi Lagomancini, contra
hæreditatem quondà Eminentissimi Cardinalis
D. Antonij Sauli, cum fuisset de curatore pro-
visum illius hæreditati jacenti, quòad bona
Neapoli existentia, tempore, quo aderat Anto-
nius Manfrone, hæres à Cardinali institutus in
alijs bonis, præterquàm in bonis existentibus
in Regno Neapolis, & in Civitate Ianuæ: in
eis enim testator instituit quosdam eius con-
sanguineos, qui noluerunt in bonis prædictis
hæredes esse; propterea ipsa bona fuerunt ad
prædictum Antonium, quamvis invitum, per
ius accrescendi devoluta; consequentèr in illis
31 bonis hæreditas jacens dici non poterat, quæ
tunc talis reputatur, cum nemo reperitur de
præsenti, qui illam adeat, ut post *Salycet. & alios,*
animadvertit *Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 2. casu 150. num. 6.* quem sequitur
Ioseph Ludovic. inter commun. opin. divers. tom. 3. In tit. de præscript. conclus. unica in fine, dummo-
32 dò spes aliqua supersit hæreditatem adiri pos-
33 se, qua cessante, quia nullus extet, qui succe-
dere velit, non dicitur hæreditas verè iacens,
sed vacans, quæ fisco devolvitur, ita ultra rela-
tos declarant *Guyll. in lib. 2. pract. observ. cap. 130 num. 1. Visconte in suis conclus. in verbo Curator datus hæreditati*, saltèm verò in prædicta cura-
toris datione, audiendus erat, prædictus Man-
frone, cuius erat prima causa successionis; cum
inter alia requisita in curatore hæreditati ia-
34 centi dando, hoc præcipuum esse dicatur, quòd
illi, quorum est prima causa successionis, nomi-
35 natim citentur, eisdemque statuatur tempus
ad deliberandum, iuxta ea, quæ post *Capyc. in decis. 87. num. 1.* docent *Menoch. in d. casu 150. num. 10. Calà in tract. de modo articulandi, num. 814. & seq. Galter. in praxi tutel. p. 2. Rubr. 2. num. 57.*

Et quamvis prænarrata dispositio, quòd por-
tio deficiens accrescat ipso iure ad cohæredis
36 beneficium, etiam inviti, locum non habeat in
37 testamento Militis, qui potest pro parte testa-
tus decedere, & pro parte intestatus, propterea
38 tacitè intelligitur prohibuisse ius accrescendi,
ex legum subtilitate descendens, *l. 1. C. de te-*
39 *stam. milit.* quòd etiam ad Clericos porrigi vide-
40 tur; isti enim tanquàm Milites Cœlestis mili-
tiæ gaudent omnibus privilegijs armatæ mili-
tiæ, Militibus concessis, iuxta tradita per *Everard. in Topica legali, cap. 56. in loco à Milite armatæ militiæ, ad Militem Cœlestis militiæ*, quem
sequitur *Gratian. in lib. 3. discept. forens. cap. 576.*
41 *num. 8.* à fortiori, idem in testamento Cardi-
nalium affirmandum esse dici potest, de quo-
rum laude, & excellentia plura apùd *Chassan. in Catalogo Gloria Mundi, p. 4. considerat. 10. Lancellott Conrad. in Templo omnium Iudicum*
42 *lib. 2. cap. 2.* ipsi enim tanquàm Cardines, Ec-
clesiam universalem sustinentes, hoc nomine
appellati, ex *gl. in cap. 2. de officio Archipresbiteri*;
43 pro Christiana Republica, dicuntur in Sacro
44 Concistorio militare, & gaudent privilegijs
Militum in testando, ut *Baldum* consulvisse

refert *Iaf.in l.Centuria, num.7. ff.de vulg.& pu-*
pill. & post eum idem *Gratian.in lib.2. discept.*
45 *forens.cap.312.num.10.& seqq.*ubi eos, Regibus
comparari dicit, ex eodem *Baldo in l.1.& in l.*
ad similitudinem, C. de Episcop. & Cleric.
46 Tamen adversus prædicta dicebamus, eatenus privilegia Militum armatæ militiæ, Militibus Cœlestis militiæ competere, quatenus ratio privilegij in eisdem locum habeat, alioquin
47 privilegij causa cessante, cessat privilegium, ad notata in *l.in omnibus causis 68.ff.de reg. Iu.* cum concord.apud *Tiraquell. in tract. cessante causa p.1. num.210.*ut in specie notat *Everard. in relata cap.56.circa finem Barbosa in locis argument.loca 61.num.1.*& nihilominus hoc pri-
48 vilegium Militibus armatæ militiæ concessum, ut pro parte testati, pro parte verò intestati, decedere possint, illis conceditur ratione occupationis, & simplicitatis, atque ignorantiæ Iuris, ut ait *Soccin. iun.in d.l.Centurio, num.*
49 50.per *l.1.C.de testam.milit.* quæ ratio cessat in Militibus Cœlestis militiæ, quia Militi sæculari non imputatur ignorantia Iuris, ex quo habet vacare armis, neque potest consulere peritiores, ut in *l.2.C.de Iuris, & facti ignorantia,*
50 non idem est in Milite Ecclesiastico, qui potest scientiæ vacare, & studio litterarum;
51 ideoque leges scire debet, ut per *glos. in l.repetita in verbo Si peritos, C.de Episcop.& Cleric.*notat *Abb. Panarmitan. in cap.1.de Clerica agra-*
52 *tante, num.5.*quare cessant in eo privilegia Militibus sæcularibus in testando concessa, ut voluerunt *Felyn.in cap.cum ex officij, ante nu.3. de præsumpt.* alijque relati per *Everard. in loca*
53 *proximè relata;* propterea Milites Cœlestis militiæ non gaudere privilegio Militibus sæcularibus concesso, ut decedere possint, pro parte testati, & pro parte intestati, docuerunt in puncto *Io: Andreas in addit.ad Speculat.in Rub.de peculio Clericor.in versic.Est autem sciendum*, & *Aretin.in l.1.& 2. vers.Adde etiam, ff.de acq. hæredit.* quem refert, & sequitur *Dec.in l.Ius nostrum* supra allegata *num.9.*& in istis Domi-
54 nis Cardinalibus, in specie quòd non fruantur privilegijs Militum armatæ militiæ in testando, tenent *Iaf.in l.3. num.5. C.de testam. milit.*
55 licèt sub dubio prius reliquisset in *l. Centurio num.7.& in Rub.num.9 ff.de vulg. & pupill.*ubi
56 *Ripa nu.21.* eamdem negativam sequitur opinionem, quam veram esse profitetur *Lancellot. Conrad.in relato cap.2.§.3.n.24.*
57 Præterea quòd Miles partim testatus, & pro parte intestatus decessisse intelligatur, excluso iure accrescendi, tunc obtinet, quando constat, Militem testando voluisse, partim intestatum
58 decedere, alioquin in dubio videtur uti voluisse Iure Communi, ut apertè statuit *Imperator* in relata *l.1.C.de testam.milit.*ubi DD. communitèr, & in *l.in testamenta, C.eodem tit.* quam
59 sententiam esse magis communitèr approbatam, testantur *Crass.in d.tract.de successionib. lib. 1.in §.testamentum q.8.num.5.* licèt alios de ea dubitantes referat, sequitur *Iul.Clar.in lib.3.recept.sentent.in §.testamentum q.16.num.2.versic. Aut verò Miles*, & post alios *Reg. de Marinis in lib.1.quot.resol.cap.270.num.6.*in prænarrata
60 autem dispositione magis de contraria testatoris voluntate constabat, decedendi omninò testatus, cum hæredes universales in omnibus bonis, eius consanguineos instituisset, præ-
61 terquàm in certis bonis, in quibus particularem hæredem instituit, neque fuerunt cum taxativa dictione, aut prohibitione, amplius petendi instituti, ex quibus iuris accrescendi prohibitio inducitur, cum fieri potest, iuxta tradita per *Crassum in loca allegata*, & *Ursell. in relata conclus.25.num.eadem, & seqq.*ubi *nu.27.*
62 exclusum non intelligi, affirmat ius accrescendi, per institutionem factam in omnibus
63 bonis, excepto tali fundo, nisi addatur, quòd eum hæres habere prohibeatur; aliud enim est
64 non instituere, aliud prohibere, ne habeat, ut ibi subiungit *num.28. ex Bart.in cons.177.nu. 5.lib.1.*& *Rota Rom.in dec.Ludovisij 192.num.1. & 2.*
65 Neque etiam obstabat ius accrescendi, secundùm aliquos, locum non habere in diversis patrimonijs, per *text.in l.1.*ubi notat in specie *Salyc.num.2.C.de testam.milit.*idemque voluisse videtur *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.4.*
66 *præsumpt.201.num.94.* ubi dicit ius accrescendi locum non habere inter diversas species successionum, motus ex dispositione *d.l.1.*in qua specierum diversitas consideratur ratione bonorum, quæ in Paganico testator habebat, & in Castro, ut in proposito facto inspiciebatur, cũ Testator in bonis Romæ existentibus Antoni-
67 um Manfrone instituisset hæredem; quæ tanquàm ab Ecclesia profecta ad similitudinem bonorum in Castris acquisitorum, Castrensia nuncupari rectè possunt, per *Auth.præsbiteros, C.de Sacros.Eccles.* ut post multos affirmat *Consiliar.Paschal.in tract.de virib.patria potest.p.1. cap.3.num.4.* in reliquis verò paganicis bonis, sive patrimonialibus Neapoli, & Ianuæ existentibus, consanguineos hæredes instituerat; idcircò limitatio prædicta satis in facto conferre videbatur.
Etenim dispositio *d. l.1.* in Milite armatæ militiæ loquens, non est applicabilis in priva-
68 to, neque in Milite Cœlestis militiæ, iuxta
69 superius adnotata; & patrimoniorum diversitas solùm est considerabilis, quando loci, in quibus existunt, diversa haberent statuta, quæ
70 contra Iuris Communis sanctioné permitterét pro parte testatum decedere testatorem, & pro
71 parte intestatum, quia tunc ex patrimoniorum diversitate, & legis potestate fit, ut quis duorum
72 personam sustineat, & alius sit in loco statuti, alius extra territorium statuentium, ut ex *Bart. in l.1.num.36.& 38.C.de Summa Trinitate, & fide Catholica,* declarant post alios *Andr. Gaill.*
in

in lib. 2. pract.observ.cap.124.nu.14. idem *Menoch.in cons.1021.n.8.lib.11. Rubeus in cap.10.* ab initio relato *resol.circa testamenta,num.599.* quod subdeclarat *Vasquius de success. pregressu*
73 *lib.3.§.23. num.75.* nisi in loco Testatoris Ius Commune vigeret, quia tunc non essent atten-
74 denda statuta contraria, quibus hæredes uterentur; cootra tamen *Bartolum*, & aliorum placita.

RERVM SVMMA.

1 *Pater unà cum eius liberis, seù descendentibus à consanguineo vocati, ordine successive, non coniunctivo, succedunt.*

Liberi verò tunc, aùt descendentes, non tantùm vulgaritèr, sed ex fideicommisso post fratris mortem vocati intelliguntur, n.2.

Sed contraria sententia magis recepta, n.3.

Eaque est in hæredis institutione servanda, quæ cum potest Iure directe valere, non est obliquanda, ut n.4.

Quidquid aliud dici possit in vocatione facta per verba communia, reliquit, succedat, *& similia, n.5.*

6 *Descendentium vocatio eos tantùm includit, qui tempore delata successionis existunt.*

Neque inter descendentes vocatos, reciprocum aliquod fideicommissum inducitur, n.7.& 12.

Quod ampliatur etiam in annuo legato descendentibus relicto, sub n.8.

Sed contra, n.13.

Limitatur, cum verba tractum temporis in futurum importarent, n.9.

Vt quia dictum fuisset, de hærede in hæredem, de descendente in descendentem, de gradu in gradum, n.10.

Item nisi coniectura adsit conservationis bonorum inter vocatos, n.11.

14 *Frater, & filij appellativo nomine vocati, simul succedunt.*

Nisi frater, eiusque filij, & hæredes vocati fuissent, n.15.

Ex qualitate enim hæreditaria post patris mortem fideicommissaria resultat, n.17.

16 *Hæredem quis in vita habere non potest, ubi laudatur* D. Reg. Hieronymus de Philippo.

18 *Hæredum nomen in substitutionibus, de hæredibus sanguinis intelligitur.*

19 *Vocati minimè censentur filij in conditione positi regularitèr.*

Fallit si testator ad plures substitutionum gradus progrediatur, nu.20.

21 *Conditio nubendi, cum consensu alterius, de substitutione reijcitur.*

Vt neque pœna in casu contraventionis iniuncta debeatur, n.22.

Fallit primò si dicatur, quòd nubat requisito alterius consensu, n.23.

Secundò fallit in vidua, n.24.

Tertiò fallit, quando fuit pia causa substituta, n.25.& 26.

Quartò fallit in conditione non nubendi certo generi personarum, ut n.27.& 28.

29 *Feudorum dispositio absque assensu est nulla.*

Quòd ampliatur, tàm inter vivos, quam in ultima voluntate, n.30.

Etiam pro anima, n.31.

32 *Substitutio, sive fideicommissum in feudis fierò prohibentur absque assensu.*

Debet autem assensus a Rege Catholico in Regno Neapolis obtineri, neque Proregis sufficit, n.33.

34 *Feudo legato, debetur æstimatio.*

Non autē illo per institutionis, vel substitutionis titulum relicto, n.35.

36 *Legatum rei alienæ valet quòad æstimationem.*

37 *Hæreditas aliena relinqui non potest.*

38 *Feudi hæres potest ad eius æstimationem à testatore gravari.*

Intelligendo secundùm distinctionem remissivè relatam, n.39.

40 D.Reg. Ioannes Fraociscus de Poote *de contrarietate notatur.*

CAPVT I.

De Patre, & Liberis, seù Descendentibus, insimùl vocatis ordine successivo, non coniunctivo, succedere debentibus, & per fideicommissum, non vulgarem substitutionem, ad *text.in l.ita 33. §.in fideicommisso, ff. de legatis 2.*

1 VOcationem de fratre, sive alio sanguine coniuncto, eiusque liberis, sive descendeotibus, propter ordinem charitatis, & affectionis, non cooiunctim, sed ordine successivo, factam intelligi, ut post fratris mortem, eius liberi, vel descendentes vocati censeantur, tanquàm sub collectivo descendentium, aùt liberorum oomine, plures gradus continente comprehensi, ad notata io *l. fin. C. de verb.significat.* docnerunt expressè post alios *Caccheran.in decis. Pedemont. 81. num.14. Menoch in tract.de præsumpt.lib.4.cap.70. num. 24. Mantica de coniect.ultim.volunt.lib.4. tit.9. num.28.* & ex nostris *Præs.de Franch.decis.633. num.4.& 5.*

2 Cum verò tonc Iure directo omnes liberi, sive descendeotes simùl, & eodem tempore in patris defectum, concurrere non possint, censeri debent, non tantùm vulgaritèr, sed etiam ex fideicommisso, post patris mortem vocati, ita ut

ut quòad eos directa etiam institutio oblique-
tur, ad *text. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso, ff.*
de legat. 2. & ita post *Bald.* & alios declarat
Peregrin. in tract. de fideicomm. artic. 18. num. 5.
3 licèt contrariam opinionem magis receptam
esse dicat, prout etiam testatur *Fusar. in tract.*
de substitut. q. 479. num. 14. ubi dicit, hæredis in-
4 stitutionem, quæ Iure directo valere potuit,
non esse obliquandam, per regulam *l. verbis*
civilibus 7. ff. de vulg. & pupill. substitut. ex quo
5 infertur, aliud esse dicendum in vocatione fa-
cta per verba communia, *reliquit, succedat*, &
similia, quæ tanquàm non directa in fideicom-
missum resolvuntur, ut ex *l. non tantum 51. in*
principio, ff. de fideicommiss. libertatib. post *Bart.*
& alios de communi DD. sententia testantes,
probat *Stephanus Gratian. in lib. 2. discept. fo-*
rens. cap. 288. num. 23. & seq. latè deducit idem
Peregrin. in relato tract. de fideicommiss. artic. 19.
per totum.

6 Neque enim verum est, ex descendentium
vocatione omnes censeri vocatos, ut qui om-
nes simùl concurrere non possint, intelligan-
tur ex fideicommisso successivè vocati: siqui-
dem verius est, eos tantùm censeri vocatos, qui
tempore delatæ successionis existunt, neque
7 inter vocatos per collectivam Iure directo, re-
ciprocum aliquod fideicommissum induci, ut
Fusar. affirmat in loco relato, & latiùs *in q. 382.*
num. 1. & seqq. ubi magis communem esse tra-
dit ex pluribus ab eo adductis, & signantèr ex
8 *Surdo in decis.* 346. in annuo legato loquente;
9 nisi verba tractum temporis in futurum impor-
10 tarent; quia scilicèt dictum fuisset: de hærede
in hæredem: de descendente in descendentem:
de gradu, in gradum, aùt alitèr, ut ibi *num. 54.*
& seqq. & in d. q. 479. num 14. in fine, de quibus
quidem verbis plenè loquuntur DD. quos addu-
cit *Reg. de Philippo dissertat. fisc. 37. ex num. 19.*
11 *cum seqq.* his nàmque deficientibus, aùt saltèm
aliqua coniectura conservationis bonorum, in-
12 ter vocatos regularitèr fideicommissum non
induci, ex *Molina, Mantica, Surdo, & Simone*
de Petris, docet *Reg. Rovit. in cons. 5. nu. 9. & 10.*
lib. 2. & pluribus medijs veriorem affirmat *Me-*
noch. in cons. 328. num. 39. & seqq. lib. 4. quem se-
quuntur *Barbat. in tract. de fideicommisso perso-*
nali p. 1. cap. 10. num. 73. & seqq. Reg. Galeota in
13 *resp. fiscali 16.* quamvis respectu annui legati
contra *Surdum* teneat *Peregrin. cons. 34. lib. 2.*
& pro eo stare videtur *text. in l. in annalibus 22.*
C. de legat. secundùm eius intellectum à *Præside*
Amato relatum *in cons. 34. n. 53.*

14 Aliud esset, si appellativo, non collectivo
nomine, filij unà cum patre vocati fuissent, sci-
licèt frater, eiusque filij, qui tunc censerentur,
simùl, & semel, eodemque tempore, cum patre
vocati, & sic copulativè, ut communem esse
DD. sententiam, constat ex adductis per *Cla-*
rum in §. testamentum q. 80. versic. Prima Con-
clusio, Menoch. in tract. de præsũptionib. lib. 4. præ-
sumpt. 70. num. 16. & Peregrin. in d. tract. de fi-
deicommiss. artic. 17. num. 20. ubi tamen pluri-
15 bus modis hoc limitari refert, & signantèr, cum
fuissent frater, eiusque filij, & hæredes vocati;
qualitas enim hæreditaria, quæ non potest, nisi
16 fratre mortuo, in eius filijs verificari, cum in vi-
ta non possit, quis habere hæredem, ut in *l. 1. ff.*
de hæreditate, vel actione vendita, cum alijs
pluribus penès eruditissimum Regiam Cancel-
lariam Regentem *Dom. Io: Hieronymum de Phi-*
lippo in dissertat. fiscal 9. num. 76. intelligitur ad
fideicommissum, post fratris mortem inducen-
17 dum expressa, unde tunc fideicommissaria sub-
stitutio in filiorum beneficium post patris mor-
tem resultaret, ut *num. 30.* ubi alios refert sequi-
tur *Cancer. in lib. 1. variar. resolut. cap. 1. num. 46.*
vers. præterquam, Fusar. in d. tract. de substitut. q.
479. num. 71.

Propterea substitutionem factam à quondam
Augustino Santonio, Lucretiæ eius filiæ sine
filijs ex suo corpore legitimè descendentibus,
decedenti in beneficium Isabellæ Santoniæ Au-
gustini sororis, atque suorum filiorum, & hære-
dum ordine successivo factam intelligi diceba-
mus, ut filij Isabellæ post matris mortem vocati
censeantur, non tanquàm matris hæredes, sed
tanquàm ex testatoris fideicommisso vocati, &
matri libera non fuerit, bonorum hæreditario-
rum dispositio; idque ex pluribus.

18 Primò, quia in substitutione hæredum ap-
pellatione, hæredes sanguinis tantùm intelli-
guntur, ut plenè per *Guidon. Papa in decis. 457.*
& 591. & post alios per *Gabriel. in lib. 6. com-*
mun. conclus. in tit. de verb. significat. conclus. 2. n.
27. de quo diximus in præcedenti cap. 45. Se-
cundò, quia filij prædictæ Isabellæ fuerunt, etiã
in conditione positi, cum Isabella sine filijs le-
gitimis, & naturalibus decedente filij Hiero-
nymæ Santoniæ testatoris amitæ fuissent ab eo
vocati, eisque sine filijs decedentibus Robertus
Santonius, gradatim cum filijs quondam Iulij
Antonij Santonij substituti: quamvis enim ex
19 hoc solùm, quòd fuerint in conditione positi,
minimè poterant censeri vocati, iuxta magis
receptam DD. sententiam; ubi tamen testator
20 ad plures digreditur substitutionum gradus, ut
in hoc casu, efficacissima oritur vocationis con-
iectura, ut ex magis communi DD. opinione
testatur *Gabriel in lib. 4. commun. conclus. in tit.*
de fideicommiss. conclus. 4. num. 14. Menoch. in
cons. 173. num. 54. lib. 2. & in tract. de præsumptio-
nibus, lib. 4. præsumpt. 76. num. 53. de quo latiùs
diximus in *cap. 44.*

Sed quia conditio fuerat per testatorem
adiecta substitutioni in beneficium Isabellæ,
quam nubere iussit cum consensu, & voluntate
D. Ioannis Antonij Santonij testatoris patrui,
tunc Episcopi Policastrensis, alioquin hæredi-
tate privaretur, solùm receptis ducatis tribus
mille pro omni eo, quod ad ipsam in hæreditate
prædicta spectare potuisset: cum absque Episco-

pi nupsisset consensu;eidem objiciebatur,quòd
minimè poterat hæreditatem consequi testa-
toris; sed in hoc respondendum fuisse existi-
21 mavimus, conditionem prædictam minimè
22 fuisse servandam; pœnam verò neque deberi,
sed conditionem, & pœnam,tanquàm restricti-
vas arbitrij, & libertatis matrimonij, reijcien-
das fuisse, substitutione pura in Isabellæ bene-
23 ficium remanente; quidquid aliud in consilij
requisitione iniuncta dici possit, per *text.in l.*
cum tale 71.§.*rescriptum,ff.de conditionib.& de-*
*monstrat.*cum concordantibus,ut per *Molin. in*
tract.de Hispan.primogen.lib.2.cap.13.num.35.
Cancer.in lib.3.var.resol.cap.7. num.295. cum
seqq.*Capiblanc.in tract.de authoritate Baron.su-*
per Pragm.9.num.36.Consil.Paschal.de virib.pa-
24 *tria potest.p.3.cap.2.num.9.* licèt in vidua susti-
neatur conditio, etiam non nubendi in legato
adiecta,ut nubens illud amittat, ex *Auth.Cui*
relictum, ubi communitèr DD. *C.de indicta vi-*
duitate tollenda, quam in vidua, non in virgi-
ne procedere, secundùm *Ioannis* opinionem,
communitèr teneri, affirmat *Bart.* ibidem, di-
cens etiam post mortalitatem ita consulvisse,
25 sed adhuc in Virgine conditio subsistit, si pia
causa fuerit substituta,ut per *text.in l.Titio usuf-*
fructus 95.§.*fin.ff.de condit. & demonstrat.* pro-
bant relati ab eodem *Consil.Paschale in d.cap.2.*
26 *num.*16.quorum opinionem, tametsi commu-
nem, & receptissimam fateatur, impugnat ni-
hilominus *Capiblanc.*ex multis *in loco paulò an-*
*te allegato,num.*38.*& seqq.& in 2.p.tract.prædi-*
*cti,cap 66.num.*7. 8. & 9. & post eum *Consiliar.*
*Hodierna in addit.ad Surd.decis.*228.*nu.*11. &
27 *seqq.*quemadmodum validam esse, & servan-
dam esse in virgine pœnam privationis,legato,
aut hæreditate relicta sub conditione non nu-
bendi certo generi personarum,ex *text.in l.cum*
ita 61 *ff.de conditionib. & demonstrat.* receptam
esse DD.sententiam affirmat *Gomes.in lib.1. va-*
riar.resol.cap 12.num.78. Michael Crassus in
tract.de successionib.in §.legatum,q.50.nu.3 quod
tamen intelligendum videtur ex sequenti *l.hoc*
modo 63.*sub eod.tit. ff. de condit. & demonstrat.*
28 nisi modica libertas alteri nubendi relinqua-
tur,ut ibi,si Aritiæ Civitati nubere fuisset mu-
lier prohibita, & alibi nuptias non facilè po-
tuisset invenire, quo casu dispositio rescindi-
tur tanquàm fraudandæ legis causa, adscripta,
hoc idem ex magis communi, atque receptiori
DD.sententia, latè probat *Hieronym. Gabriel in*
*cons.*12.*num.*9. *& seqq. lib.*2. ubi ita concordat
*Bart.*sententiam in *l.adscimus, C. de nupti legus-*
*lis lib.*12 *Gabrielem* sequuntur *Vivius in deci.*
480.*num.6.& 7.Capiblanc.in d.pragm.9. nu.*46.
circa finem.

Respectu verò bonorum feudalium testatu-
ris,invalidam omninò fuisse tacitam substitu-
tionem fideicommissariam in filiorum Isabellæ
beneficium, ut penes eam, quæ alioquin tan-
quàm defuncto proximior, in feudis succederet
absque onere fideicommissi,feudalia bona per-
manere debuisse affirmavimus; cum indubita-
29 tum sit, in feudis nullam valere dispositionem
30 tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate,
31 absque assensu, nec etiam pro anima,ut in *cap.*
1.§.*donare, qualiter feudum alienari poterat, in*
cap.Imperialem, de prohibita feudi alienatione
per Federicum,& in Constit.Regni Neapolis,Con-
32 *stitutionem Diva Memoria*; præsertim verò fi-
deicommissum,sive substitutio in feudis omni-
33 nò fieri prohibetur absque assensu, qui neque
sufficeret à Prorege, sed ab ipsa Catholica Ma-
iestate est immediatè impetrandus, ex dispo-
sitione *Reg.Pragm.Novem Capitum Regni Neap;*
quæ est 4.*sub tit.de feudis,cap.*6.ubi *Revit. nu.*
81.hoc indubitatum esse affirmat,prout paritèr
dicunt DD. quos sequitur *Reg.de Philippe dis-*
*sertat.fisc.*36.*num.*24. & præsupposita disposi-
tionis invaliditate, quoàd feudalia, neque il-
34 lorum æxtimatio filijs Isabellæ substitutis de-
bebatur, quia tametsi legato feudo, tanquàm
re aliena, & sine assensu inalienabili,æxtima-
tionem deberi, fuerit à nostratibus communi-
tèr receptum,ex §.*non solum,instit. de legatis*, ut
post alios cumulant *Lanar. in cons.* 80. *Consil.*
35 *Gizzarel. in decis.* 35. nihilominus feudo per
universalem institutionis,sive substitutionis ti-
tulum relicto, æxtimationem minimè deberi,
pluries decisum fuisse in Regno, testatur *Consil.*
*de Anna in add.ad allegat.*127. *Ioannis Vincen-*
tij eius genitoris in fine, & post eum *Reg.Capyc.*
*Latro in decis.*40.ubi *num.4.& 5.lib.*1.diversita-
tis rationem assignat, quia legatum rei alienæ
36 valet saltèm, quoàd æxtimationem, ut *in d.§.*
37 *non solum*; institutio autem in hæreditata alie-
na est expressè prohibita,ut *in l.fin.C.de heredib.*
38 *instit.* licèt possit hæres in feudalibus in æxti-
matione gravari, cum distinctione, de qua ibi
39 remissivè, & ita diversitatis inter utrumque
rationem, constituit *Reg.de Ponte in lectionibus*
40 *feudalibus,lect.*11.*num* 58. quamvis in consu-
lendo aliud sentiat ab eo diversum,quod in le-
cturis affirmavit,ut in *cons.*88.*num.*15.*lib.*1.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SELECTARVM IVRIS OBSERVATIONVM,

AD CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES,

Et Iudicia pertinentium, cum Decisionibus Supremorum Tribunalium Regni Neapolis.

AVCTORE

HIERONYMO DE ROSIS

I. C. ET ADVOCATO NEAPOLITANO.

PARS SECVNDA

CIRCA IVDICIA.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex praveniens etiam in citando verbalitèr tantùm in pari causa prafertur.*

2 *Iudicium diffamationis est diversum à iuribus per diffamatum postea propositis.*

3 *Iudicium, ubi cœptum est, ibi terminari debet.*

4 *Connexa dicuntur, quorum unum venit in determinationem alterius.*

Vel quorum unum ab altero pendet, tanquàm in necessarium consequens, vel antecedens, num. 5.

6 *Continentiam causa dividere non licet.*

7 *Continentia causa pluribus modis dicitur.*

8 *Neptis ex filio excludit substitutum in casu mortis filij sine filijs vocatum, si testator proprias filias propter dotem excluserit.*

Idem est in conditione Italico sermone concepta: morendo senza figliuoli, *n. 9.*

10 *Testamenti pars una declarat aliam, & num. 11. & 12.*

13 *Decisio novissima Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

14 *Substitutus in casu mortis instituti, ante illius mortem agere prohibetur.*

15 *Iudex consanguineus in pari gradu utrique parti, non potest tanquàm suspectus recusari.*

Ita neque testis, n. 16.

17 *Advocatus potest esse Iudex in alia causa clientis, in qua minimè fuit patrocinatus.*

18 *Decisio Supremi Collateralis Consilij Neapolis adducitur.*

19 D. Didacus Bernardus Zufia Regiam Cancellariam Regens, & Præses Sacri Regij Consilij Neapolitani *laudatur.*

20 *Princeps, aùt alius, eius vicem sustinens, uni ex duobus diversis Iudicibus in una, eademque causa electis, quandoque confirmat procedendi authoritatem.*

Quandoque verò excludit utrumque alium Iudicem eligendo, ut n. 21.

Et ita alias servatum, n. 22.

CAPVT LI.

De Rescriptis, quibus fuit diversis Iudicibus causa delegata, quod ipsorum prævalere debeat? ad notata in *l. si quis posteaquàm 7. ff. de Iudicijs.*

1 VBi duo sunt rescripta, sive delegationes, diversis Indicibus factæ, melior est conditio præoccupantis; unde præfertur Iudex, qui prævenit in procedendo, & prioritas temporis attenditur, quo fuit rescriptum exequutum, etiam per verbalem citationem, posteriori, etiam reali præponendam: quia præsumitur, quòd ille, qui prius rescriptum obtinuit, malitiosè, vel negligentèr illo uti distulerit, & utroque casu, dolus, vel culpa debet ei nocere, ad notata in *l. si quis posteaquàm 7. ff. de Iudic. in cap. plerumque 23. ubi glossa in verbo. Infra annum in fine, de rescript.* docent *Bart. in l. si pluribus, num. 1. ff. de legat. 1. Angel. in d. l. si quis posteaquàm, nu. 2. Roman. in cons. 412. num. 4. Præs. de Franch. in decis. 505. n. 4.*

Propterea rescripti delegationis à Spectabili Domino Preside S.R.C. Neap. obtentum per D. Laviniam Carbone Asprellam, matrem, atque tutricem filiarum, & hæredum quondam Doct. Ioannis Baptistæ Salone in iudicio diffamationis proposito, contra Doctorem Ioannem Antonium Salone ipsius Ioannis Baptistæ fratrem germanum, & omnibus alijs causis hæreditatem prædicti quondam Ioannis Baptistæ tangentibus, in personam Regij Consiliarij D. Andreæ Provenzalis, coràm quo prius fuit citatio exequuta, prævalere debuisse conteodebamus, alteri rescripto per ipsum Ioannem Antonium obtento, quo fuit causa prætensorum, per eum, super hæreditate Ioannis Baptistæ fratris, commissa Regio Consiliario Domino D. Flaminio de Costantio.

2 Neque enim obijci poterat, Iudicium diffamationis esse diversum à iuribus per Ioannem Antonium Salone diffamatum, postea propositis, quorum causa fuit commissa D. Consiliario, ad ea, quæ tradidit idem *de Franch. in decis. 385.* ubi refert iudicatum, & approbant *Reg. de Marinis lib. 2. quotidian. resolut. cap. 6. Giurbus ad Reg. Capyc. Latro tom. 1. decis. 89. num. 10. D. Altimar. ad Reg. Rovit. decis. 1. sub num. 14.* cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa in addit. ad Nicolin. in prax. civil. pag. 124. num. 60. & in annotat. ad Sarn. in prax. civil. part. 1. §. 23. num. 8.* quia ultra iudicium diffamationis in supplicatione porrecta propositum, fuit etiam supplicatum pro commissione causarum omnium hæreditatis quondam Ioannis Baptistæ Salone, & cum fuisset coràm Domino Consiliario Provenzale 3 iudicium acceptum, etiam respectu Ioannis Antonij Salone, coràm eodem determinari debebat, ut in *l. ubi acceptum 30. ff. de Iud.*

Ita non obstabat, quod opponebatur de connexitate Iudicij à prædicto Ioanne Antonio intentati, cum alio iudicio olim proposito coràm prædicto Consiliario de Costantio super hæreditate quondam Lucæ Salone communia ipsorum Ioannis Antonij, & Ioannis Baptistæ genitoris, tanquàm iudicium, quod ex parte Ioannis Antonij proponebatur, hæreditatem quondam Lucæ Salone eiur patris concernere, ex cuius fideicommisso experiebatur: quamvis enim diversimodè connexitas, & separatio re-
4 gulariter consideranti possint, & alij connexa consideren, quorum unum venit io determi-
5 nationem alterius, & ab altero pendet, tanquàm in necessarium consequens, vel antecedens, *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 95. num. 8.* & per *Nicol. Genu. in tract. de script. privata, lib. 4. in tit. de connexis, num. 11.* de quo latiùs alibi Deo dante dicemus. Ad effectum tamen, de quo agebamus, causæ connexitas considerari poterat, ubi eadem fuisset conti-
6 nentia Iudicis, quam dividere non licebat, ut in *l. nulli 10. C. de Iudic.* Multis autem modis cō-
7 tinentia causæ dicitur; Primò, ubi adest personarum actionis, & rei perita identitas. Secundò ubi personarum, & rei. Tertiò ubi personarum, & actionis, non rei. Quartò ubi actionis, non autem personarum, & rei; Et Quintò, ubi actionis, & rei adest identitas, personarum autem diversitas, ut per *Iacob. de Belvis. & Alberic. de Rosate*, quos refert, & sequitur *Afflict. in decis. 354. n. 13.*

Gallup.in relato cap.6.num.75. Consiliar.Carleval.de iudic.lib.1.tit.1.disput.2.nu.700. & seqq. Reg.de Marin.in lib.1.resol.cap.146. Reg.Capyc. Latr.in decis.186.lib.2. cum alijs pluribus,quos novissimè sequitur peritissimus I.C.& causarum Patronus *Dom.Cæsar Nicolaus Pisanus in addit. ad Goffred.de Gaeta in lectura,seu declarationib. ad Ritus Regiæ Cameræ Summariæ,rubr.1.de incant.promiss.infra triduum,n.197.*

RERVM SVMMA.

1 *Appellationi, atque reductioni laudi ad arbitrium boni viri potest renunciari.*
Intellige,nisi adsit enormissima læsio, à num. 2. usque ad 5.
6 *Nullitatibus adversùs laudum competentibus renunciari non potest, dato enormi læsione.*
Etiam cum iuramento, n.8.
Præsertim si nullitates ex defectu Iurisdictionis arbitri proveniant,n.7.
Neque pœna committitur, ubi iusta adest reclamandi causa, n.9.
10 *Læsio enormis in laudo dicitur, quæ in sexta est.*
Vel Iudicis arbitrio remittitur,n.11.
12 *Læsio enormissima,nullum reddit laudum, non obstante renunciatione, & iuramento, neque alia quacumque potestate arbitro concessa.*
13 *Dotis causa compromitti non potest.*
Præsertim de Iure, & de facto,n.14.
15 *Compromissum de Iure, & de facto super re minoris,fieri non potest, etiam si Iudicis decretum accedat.*
16 *Laudi validitas, aut nullitas à compromissi tenore dependet.*
Vt si læsio nullum reddat compromissum, neque sufficiat utilitas post factum ex laudo resultans,n.17.
18 *Actus nullus potest ab eo approbari, in cuius favorem nullitas fuit introducta.*
Intellige,ut n.19.& 20.
22 *Compromissi prorogatio, non potest compromissi terminum excedere,& n.22.*
23 *Compromissi prorogatio ad aliud tempus, debet partibus notificari, aliàs nullum est laudum, inde sequutum.*
Etiam data potestate procedendi parte non citata,n.24.
25 *Procurator, cum quo lis fuit contestata, est omninò audiendus, aliàs nullitèr etiam cum principali proceditur.*
26 *Arbiter, & arbitrator electus ex modo procedendi dignoscitur, si arbitri viam elegit.*
Quo casu non potest ad aliam Arbitratoris variare,n.27.
28 *Arbiter Iuris ordinem servare tenetur.*
29 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
30 *Terminus si fuerit à parte petitus, & à Iudice denegatus, sententia nulla redditur.*
32 *Emptio facta ex pecunia alterius, non acquiritur Domino pecunia.*
Nisi mandatum illius præcedat ad emptionem faciendam,n.32.& 33.
Vel nisi emptor illius nomine, emptionem fecisse declaraverit,n.34.
Item nisi res empta fuerit de pecunia minoris, qui potest eius arbitrio, rem emptam, aut pecuniam petere, n.35.
36 *Tutor ante decretam administrationem potest res tempore perituras distrahere,& n.38.*
Item circa ea, procuratorem constituere, n.39.
Et nomina debitorum,quæ deteriora effici possunt exigere,n.37.
40 *Tutori licèt illegitimo, rectè solvitur, aùt restituitur pecunia, aùt res ab eo habita.*
Præsertim si ignoranter, & bona fide hoc fiat, num.41.
42 *Prædoni res, aùt pecunia legitimè restituitur, cum bona fide,& ignorata eius qualitate.*
43 *Augmentum, & diminutio rei emptæ spectat ad emptorem.*
44 *Procurator, aùt mandatarius de dolo tantùm, aut lata culpa tenetur.*
45 *Tutor de inexigibilitate nominis empti,tanquàm de casu fortuito,non tenetur.*
46 *Variare non potest inter contraria, qui semel eligit.*
47 *Expensæ per mandatarium bona fide factæ repetuntur,præsertim si necessaria sint,ut n.48.& 49.*
50 *Expensa in re communi per unum ex socijs erogata non repetuntur.*
Intellige, ubi tantumdem fuisset pro eius sola portione expensurus,n.51.
Quod in dubio non præsumitur,n.52.
53 *Compromissum ab arbitris prorogari minimè potest,lapso iam primo tempore ad arbitrandum concesso,& n.55.*
54 *Non entis nulla sunt qualitates.*
56 *Compromissi prorogatio,cum eisdem qualitatibus & conditionibus fieri intelligitur.*
57 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

CAPVT LIV.

De Reductione ad arbitrium boni viri, atque nullitatibus adversùs laudum proponendis, renunciatione, iuramento, & pœna in compromisso adiectis non obstantibus, ad *text. in l.si libertus 30.ff.de operis libertorum.*

1 Quamvis appellationi, atque reductioni laudi proferendi ad arbitrium boni viri, regularitèr renunciari possit, ut in *l.fin.in fine, C.de temporib.appellation.*& per *Bart. in l.societatem §.arbitrorum,*
2 *num.24.ff.pro socio*; locum tamèn habet, nonda-

data anormi læsione, *text. est in l.unde si nerva 79.ff.pro socio*, ubi dixit Iure Consultus: *Unde si nerva arbitrium ita pravum est, ut manifestè iniquitas eius appareat, corrigi potest per iudicium bonæ fidei*, idem habetur in *l. si libertus 30. ff.de operis libertor.* obi si libertus ita iuraverit dare se tot operas, quot Patronus arbitratus fuerit, non alitèr Patroni arbitrium ratum erit; quam si æquum arbitratus sit, & ratio per hæc verba subiungitur: *Et fere ea mens est personam arbitrio substituentium, ut quia sperent eam rectè arbitraturam, id faciant; non quia, vel immodicè*
3 *obligari velint*, propterea cautelam non inveniri, quo minus reductio ad arbitrium boni viri peti possit data enormi læsione, non obstantibus, quibuscumque amplissimis clausulis in compromisso adiectis, ex communi iudiciorum observantia testatur, post *Bartol. & alios in praallegato §.arbitrorum, Cepolla in cautela 199. Guido Papa in decis.519. Boer. in decis.284.num. 18. Bursat.cons.260.num.34 lib.3. Reg. Rovit.in prag.2.de arbitris, num.4. & 5.* ubi licèt sub *nu.* 6. hoc limitare videatur, data potestate arbi-
4 trandi secundùm liberam voluntatem, quod importat propriam, & liberam voluntatem, non regulatam ratione, ut proinde reductio ad arbitrium boni viri peti non possit; hæc tamen limitatio necessariam habet sublimitationem, in casu, quo aliquid arbiter dolo malo agit, ut si enormitèr aliquem lædat, ex quo dolus oritur præsumptus, locum habet reductio ad arbitrium boni viri, ut expressè voluit *glossa in l.pen.in fine, ff.de receptis arbitris*, obi loquitur data potestate iudicandi secundùm quod vult, quod liberam importat volontatem, ex notatis in *l.cum quidam 24. ff.de legat. 2.* sequitur *Decius in cons.9.num.5. & 6.lib.1.* obi loquitur in compromisso facto cum clausulis liberam, & absolutam potestatem concedentibus; quod in eo minimè censeatur exclusa reductio ad arbitrium boni viri, data enormi læsione; idque testatur communitèr observari, quia verba, quælibet generalia videntur sub confidentia discretionis arbitrorum prolata ad captandam eorum benevolentiam; propterea, si partes sub tali confidentia decipiuntur, debet eis succurri per *text.in praalleg.l.si libertus*, hoc idem post *Alex. & alios* voluit *Menoch. in tract.de arbitrar. Iudic.lib.1.q.13.num.13.* ubi loquitur in libero arbitrio alicui de re propria ex partium etiam conventione concesso, ut ita concessum intelligatur, ut dolus absit, & æquè arbitretur; alioquin reductio ad arbitrium boni viri, concedatur, si fuerit arbiter iniquè arbitratus; idem communitèr DD. concludunt in compromisso
5 facto cum potestate lædendi unam ex partibus, tàm in minima, quàm in magna quantitate, ut per *Bartol, in d.§.arbitrorum, num.24.* per *Bald. in l.cum antea n.5.& 6. C. de arbitris*, per *Soccin. cons.220.num.2.* per *Decium cons.309.num.64. lib.1.* & rationem addit *Guido Papa in relata decis.519. num. 2.* quia talis clausula præbet apertam occasionem delinquendi, sciens enim arbiter, peti non posse reductionem à laudo per eum proferendo, invitaretur ad iniquè laudandum, & aliquam ex partibus enormitèr lædendum; ex quo dolus arguitur, licèt præsumptus, ad reductionis petitionem sufficiens; quamvis enim *Soccin. à Menocch.* relatus *in d.q. 13.num.12.in fine*, dolum ex proposito requirat præsumptum verò minimè sufficere affirmaverit in *l. cum filia familias, num.11. ff. de verb.obligat.* loquitur tamen *Soccin.* in libera administratione de re aliqua concessa; non tamen in libero arbitrio, ad litem decidendam dato, in quo dolus præsumptus ex enormi partis læsione resultans, sufficit, ut arbiter de dolo teneatur; sufficit etiam, ut ab eo reductio competat, ut per eumdem *Menoch. ibidem num.8. & 13.* & ante eum expressè voluit *Bald.in l.idem Pomponius §.recepisse, ff.de receptis arbitris*, ubi quòad hoc latam culpam dolo æquiparari, & satis probari dolum, vel latam culpam ex læsione in magna quantitate pro absoluto affirmat; idemque voluit *Alex. in cons.131. num.13. & seq.lib.2.* quæ omnia si in arbitrio, liberè, & absolutè concesso procedunt; indubitantèr locum habebunt, quando cum verbis, liberum arbitrium inducentibus alia adderentur, puta, quæ viri boni arbitrium regulatum, & rationabile inducerent, ut per *Bald.in l.iustitia in fine, ff.de iustitia, & iure*; cum enim hæc verba duplicem habeant sensum, ut liberum, & regulatum continent arbitrium, receptior est sententia, viri boni arbitrium concessum intelligi, ut ex *Bart. & aliis* plenè probat *Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.1.q.7.num.14.& seq. & q.9. num.1.*

Respectù verò Iuris dicendi de nullitate;
6 quod illi renunciari minimè possit, & non obstante renunciatione possit laudum nullum allegari, & interim illius exequutio suspendatur, fuit decisum in S.R.C. Neap. ut refert *Minad. in decis.19.* per ea, quæ consulvit *Alex. in cons. 35.vol.2. Speculat.in tit.de arbitris §.1. in versic. quidam*, sequitur *Anna in sing.299.* quia renunciationes huiusmodi tacitam continent conditionem, ut diximus: si æquè fuerit Arbiter arbitratus, & nisi partem gravitèr lædat, ut in rela-
7 ta *l.si libertus*, sed præsupposita renunciationis validitate, minimè censeri possunt in renunciatione comprehensæ nullitates ex defectu iurisdictionis arbitri provenientes, ut ex *Baldo, Angelo, Ancharano, Butrio, Decio, & Lancellotto* probat *Barzius in decis.Bononiensi 112.num.14. & seq.*

8 Respectù iuramenti, similirèr non obstat, quia tanquàm accessorium sequitur naturam sui principalis, idest renunciationis, cui accedit, ut quemadmodum illa non obstat, ita iuramentum super ea interpositum, ut in terminis declaraverunt *Guido Papa in relata decis. 519.*

519.*Boer.decis.*184.*num.*18.*Barx.in d.dec.*112.
*num.*15. adeo ut non sit necessaria à iuramen-
to absolutio ad finem dicendi de nullitate abs-
que metu periurij, ita post *Alex.Decium,& alios*
firmat *Maranta in suo Speculo Iuris. In verbo.*
*Et quandoque appellatur, num.*117. adhibita
tamen distinctione, quam laudans amplectitur
*D.Scoppa ad decis.Gratian. observat.*86. *ex num.*
45.& hanc etiam opinionem contra *Crauettam*
sequi videtur *Reg. Revit. in prag.*2. *de arbitris*
*num.*26.

9 Respectù pœnæ; quod non debeatur, nisi
laudum fuerit Iudicis sententia confirmatum,
& reclamans ab eo, iustam non habuerit recla-
mandi causam, concludit ex multis *Boer.in*
paulò ante relata *decis.*84.*num.*20. quem sequi-
tur *Consiliar. Paschal.in tract. de virib.patria po-*
*test.p.*1.*cap.*8.*num.*43.& quòd à pœna compro-
missi quilibet excusetur, ex aliqua iuxta causa,
post *Ioan.Andream*, & alios voluit *Borrell. in*
Comment. super Pragm. de Arbitris §.2.*glos.*6.
*num.*73.

10 Læsio autem, quanta esse debeat, ut iniquè
arbiter arbitratus fuisse dicatur, & enormitèr
læsa pars aliqua censeatur? *Bart.* communitèr
receptus in *l.societatem* §.*arbitrorum,num.*25.*ff.*
de arbitris, læsionem in sexta sufficere affirma-
vit; vel secundùm magis receptam sententiam,
11 hoc Iudicis arbitrio remittitur, ut per *Meno-*
*ch.de Arbitrar. Iudic.lib.*2. *cent.*1. *casu* 73. ubi
verò enormissima læsio intercessit, nulla subesse
potest dubitatio, quin reductio, & iura-
mentum nullatenus obstare possint; quemad-
12 modum nec alia potestas quæcumque Arbitro
concessa, ut patet ex plenè traditis per *Paschal.*
*in loco relato,num.*38. *& seqq.* aliisque ab eo cu-
mulatos, & voluit *Borrell.in allegato tract.super*
Pragm.de Arbitris §.8.*gl.*5. *n.*2.

Hæc fuerunt à nobis allegata pro Equite
Ioanne Francisco Reviglione, Socero dilectis-
simo, in causa vertente in S.R.C.Neap.cum Ti-
berio, & Eleonora Vitalianis, coniugibus, in
qua plures, contra laudum, nullitates propone-
bantur:

Prima nullitas potestatis Arbitri defectum
respiciebat, quod fuerit dotis causa compro-
13 missa, quæ sicut alienari non poterat sine de-
creto, & alijs solemnitatibus à Iure requisitis;
ita nec eius causa in alium compromitti; quod
idem est, ac alienare, ut in compromisso volun-
tario probat *Corneus*, quem sequitur *Blanc.in*
tract.de compromisso, in tit.de quibus causis com-
*promissum fieri possit,num.*20. & post eum *Surd.*
*in tract.de aliment.tit.*8.*privileg.*56.*num.*35. id-
14 què fortius locum habet in compromisso, cum
potestate arbitrandi de Iure, & de facto, ex quo
transigendo gratis remittitur; propterea Tuto-
15 ri de re pupilli prohibetur, etiam decreto Iu-
dicis accedente, ut ex *l.Tutoris* 16.*ff. de pactis*,
voluerunt post alios *Roland. à Valle in cons.*76.
*num.*12.*& seq.lib.*1.*Consil.Staiban.in lib.*1.*resol.*
16 *forens.cap.*57.*num.*18. ex hac verò compromissi
nullitate, laudi quoque nullitas oritur, quod à
compromissi tenore dependet, ut *in l. non di-*
stinguemus 37.§.*de officio,ff.de receptis arbitris*,
& per *Soccin.cons.*78.*col.*4.*lib.*3. *& in cons.*111.
*nu.*3.*eod.lib.*3.

Neque dici poterat laudum prædictum fuis-
se in dotis favorem prolatum pro duc. 700. in
circa, ex quo compromissi actum, licèt nullum,
tanquàm in dotis utilitatem resultantem su-
stineri: tùm quia non fuit laudum omninò do-
tis causæ favorabile, tanquàm prætensa, ex eius
parte rijciens, respectu integræ quantitatis duc.
3895. in pecunia numerata; de quibus ei solùm
concessit duc.700. tùm quia inspici debet utili-
tas tempore celebrationis actus compromissi;
17 neque sufficit pro illius validitate, quòd ex post
facto probetur utilitas ratione laudi postea se-
quuti, ut ex *l.si voluntate* 8.*C. de rescindenda*
vendit. voluerunt *Bartol.& alij* per *Surd.de ali-*
*ment.privileg.*56. *num.*79. tùm quia prædicta
Eleonora, quatenus eligere potuisset laudum
prædictum, tanquàm in dotis favorem prola-
18 tum, nullitate in eius favorem introducta, non
obstante, approbare ex plenè traditis per *Ti-*
*raquell.in Comment.ad leges Connubiales gl.*8.*nu.*
91. electionem prædictam, cum eisdem solem-
19 nitatibus in alienatione requisitis facere
debuisset, pro ut in minore affirmat *Matthe-*
silans notabili 156. quem sequitur *Pinellus in l.*
1.*C.de bonis maternis p.*3.*num.*36.*versic.Videtur*
tamen. Item electio approbandi compromis-
sum, atque laudum exinde sequutum fieri debe-
bat ab ipsa Elionora, antequàm ex adverso fuis-
20 set compromissi, & laudi nullitas ex defectu
solemnitatis, opposita, ut post *Bald Tiraquell.*
& alios probat idem *Pinell.in loco relato*, *Ca-*
*valcan.de tutore, & curatore,num.*31. *Surd.in d.*
*privil.*56.*num.*82. cum igitur ante electionem
approbandi, quæ per Elionoram ipsa fieri so-
lemnitèr debebat, fuerit nullitas opposita, red-
debatur nullitas prædicta insanabilis.

Secunda nullitas continebat prorogationis
vitium, respectu temporis ad arbitrandum con-
cessi, quod cum fuisset viginti dierum, cum po-
testate prorogandi, fuit prima temporis proro-
gatio per alios dies viginti; secunda verò per
alios dies quinquaginta; tertia per alios trigin-
21 ta, cum tamen prorogatio quælibet, ad eumdem
cōpromissi terminum fieri debuisset, neque po-
terat illorum excedere, ut post alios commu-
nem esse testatur *Gabriel commun. conclus lib.*3.
*in tit.de dilationib.conclus.*4. & post eum alijs
quoque relatis *Anna cons.*75. *num.*23. *& seqq.*
*lib.*1. ubi etiam *num.*25. *Reg.Revit.super Prag.*
1.*de arbitr.num* 49. *D.Altimar.in tract.de nul-*
*lit tom.*1.*rubr.*9.*quæst.*38.*num.*1. *&* 6. *D.Roma-*
*guera ad Conciol.super Statut.Civit. Eugub.lib.*2.
*rubr.*27.*num.*61. quod illa verba, cum potestate
prorogandi, toties, quoties Arbitris videbitur,
etiam termino elapso, neque inferunt potesta-

tem

22 tem prorogandi ad aliud tempus; propriè enim prorogatio ad idem tempus dicitur; ad maius verò protelatio, ut per *Cuman.in l.4.versic.item nota,ff.de damno infecto* relatum à *Gabriele loco allegato.*

23 Tertia nullitas fundabatur in defectu notificationis primæ, & secundæ prorogationis factæ per Arbitrum temporia ad arbitrandum concessi, quæ non fuerunt partibus, vel alteri ipsarum notificatæ; propterea laudum nullum

24 reddebatur, ut tradit *Bald.in l.eos,§.Apostolos, vers.Quaero numquid Index,C.de appellat.* quem cum multis alijs sequitur *D.Scoppa ad decis.Gratian.observat.62.n.43.* etiam data potestate procedendi, parte non citata, ut per *Capyc.decis.93.num.5.* & post multos *Reg.Rovit.in d.Pragm.1.n.50.de arbitriis.*

Quarta nullitas ex defectu notificationis actuum compromissi procuratori constituto per ipsum Reviglione, apud acta causæ vertentis in S.C. cum quo lis etiam fuerat contestata, probatur ex *Bart.in l.procuratoribus,C.de Procuratorib. & alijs* plenè relatis per *Marant. in repetit.l.si Actor,num.6 ff.de Procuratorib.* ubi

25 quod lite cum procuratore contestata, nullitèr cum principali proceditur; licèt autem, alia sit instantia compromissi; cum tamen Arbiter elegisset iudicialitèr procedere, & penes acta iu-

26 dicij more in S.C. quamvis potestatem habuisset procedendi, ut Arbiter, & ut Arbitrator; ex modo procedendi dignoscebatur eum, ut Arbitrum Iuris, & iudicialitèr procedere voluisse, iuxta ea, quæ post *Bald & alios* refert *Surd.de-*

27 *cis.133.num.15.* qua via semel electa non licebat eidem ad aliam Arbitratoris variare, ut post alios declarant *Gabriel commun.conclus.lib.2.tit.de actionib.conclus.4 num.1.Gratian.lib.2.disceptat.forens.cap.228.num.20. Mascard.de pro-*

28 *bat.conclus.125. num.4.* sed Iuris ordinem servare tenebatur, cum sint arbitria redacta ad

29 instar iudiciorum, *l.1.ff.de arbitris Bald.& Speculat.à Maranta* relati *in speculo p.4.distinct.14. iudiciorum,nu.2.* in quibus planè iudicijs, etiam

30 terminus à parte petitus est concedendus, eoque denegato sententia nulla redditur, ut ex *text.in clemens.Pastor, in vers.Caeterum de re iudicata*, cum concord. ducet *Reg.de Ponte in conf.59.num.2.lib.1. Reg.Rovit. in pragm.7. de ordine Iudicior.num.9.*

Quinta nullitas ex notoria laodi iniquitate, & enormissima læsione convincebatur, ex quo ipse Ioannes Franciscus Reviglione condemnatur ad prætensum alagium emptionis, super introitibus Regiæ Dohanæ, quod currebat tempore cessionis factæ ipsius emptionis ab ipso Ioanne Francisco in beneficium hæreditatis quòndam Ioannis Vincentij Vitaliani, ad quod alagium nullo modo tenebatur; si quidem, præcedente mandato prædictæ Lucretiæ Maranta Curatricis, & administratricis testamentariæ, quòd integros duc.3895. ipse Ioannes Franciscus implicaret in emptionem cum Regia Curia, vel alijs in hac Fidelissima Civitate Neapolis, illos cum effectu implicavit cum Regia Dohana; quòd autem emptio prædicta, de pecunia hæreditaria ipsius Ioannis Vincentij facta fuisset, non de propria ipsius Ioannis Francisci pecunia; convincebatur, ex cumulatione quantitatum à diversis debitoribus hereditarijs, etiam pro pretio bonorum venditorum exactorum in Banco Spiritus Sancti, per medium cuius, pecunia soluta fuit pro pretio capitalis ducatorum 3895. super Regia Dohana, ut ex partitis Banci productis, ex quo facto Iuris dispo-

31 sitio oritur indobitata, quòd etsi res empta ex pecunia alterius fiat eius, qui suo nomine emit, neque acquiratur Domino pecuniæ, ut in *l.r.C. si quis alteri, vel sibi*, nihilominus ubi præcedit

32 mandatum ad emptionem faciendam, prout in casu nostro, si emptio postea sequatur, licèt non expressè, illam fieri nomine mandatis adhoc præsumitur, eo nomine facta in exequutionem mandati præcedentis, ut per *text. in l.qui in aliena 6.§.si is qui ff. de acquirenda hereditate* notant post *Bartol. & Angel.Alex.conf.90.nu.9.lib.3.Hyppolit. de Marsilijs in l.statu liber,n.8.ff.de quaestionibus Alciat.in regula 2. praesumpt.praesumpt.24.num.2.* & in specie, quòd si præcedit mandatum de aliquid faciendo, & postea illud fit non expresso nomine mandantis, tamen præsumitur, quòd nomine illius factum

33 fuerit, ita ut actio mandati competat contra facientem, & facienti contra mandantem, quidquid aliud sit respectu illius, cum quo contrahitur, voluit expressè *Bartol.in d.§.si is qui num.2.& in l.ie qui fuie §.unde quaeri, ff.de manumissionib.* quem sequitur post *Mantic.de tacit. & ambig.conventionib. lib 7. tit.18. num.6. Gratian.in lib.2.disceptat.forens.cap.207.num.4. Consiliar. Hodierna in addit.ad Surdi decis.304.* idque reddebatur in hoc facto indubitatum, in quo ante, & post emptionem factam ipse Ioannes Franciscus declaravit, emptionem vigo-

34 re mandati præcedentis fuisse iuxta testium productorum depositiones, quemadmodum ex declaratione tutoris in eius libro facta, quòd tutorio nomine emerit, vel nomine pupilli res empta ipsius pupilli efficitur, ut ex *Alex.conf.142.in fine,vol.2 ex Ruino conf.29 num.16 vol.5.Bart.in conf.35.num.4. vol.1. & alijs* firmat *Cavalcan.de tutore,& Curatore, num.244.* quod

35 si ipsi Elionoræ Vitalianæ minoris privilegium communicari posset, eligendi, utrum rem ex pecunia sua, non autem suo nomine emptam petat; an pecuniam ipsam, de quo in *l.2.ff.quando ex facto tutoris,in l.si Curator 3. C.arbitrium tutela*; quamvis illi, tanquam maiori hoc privilegium competere nullo modo possit, quatenus tamen illi competeret, locum habetet contra Lucretiam Maranta contutricem, atque mandantem, non contra ipsum Ioannem Franciscum mandatarium, qui cum ipsa Lucretia con-

contraxit, eiusque fidem sequutus, eidem resti-
tuere tenebatur bona, sive quantitates ex illo-
um pretio receptas, res etiam ex ipsa pecunia
comparatas, neque enim de legitima ipsius Lu-
cretiæ potestate aliqua poterat eacitari dubi-
tatio. Primò quia eamdem Curatricem, & ad-
ministratricem testamentariam hæreditatis
prædicti quondam Ioannis Vincentij fassi fue-
rant ipsa met Elionora, & quondam Ioannes
Matthias Marullus eius primus Vir in capitu-
lis matrimonialibus sub Anno 1622. stipulatis.
Secundò quia tametsi ipsa Lucretia inventa-
rium, aliasque solemnitates à Iure fortasse re-
quisitas, minimè adhibuisset, cum de re agere-
36 tur, quæ pupillo expediebat, & celeritatem de-
siderabat, de rebus scilicet distrahendis, quæ
erant tempore perituræ, & nominibus exigen-
37 dis, quæ deteriora effici poterant; hæc om-
nia ante decretam administrationem, ne-
dum ante confectum inventarium, poterant
expediri, ut per *text. in l. tutor qui repertorium
8. ff. de administrat. tutor.* docent *Bart. in l. legiti-
mos in fine ff. de legitimis tutoribus, Decius in
cap. ex parte 2. huius nominis, num. 21. de appella-
tionibus, Guido Papa decis. 330. num. 6. Guttierez*
38 qui loquitur in venditione frumenti, & vini in
tract. de tutelis p. 2. cap. 1. num. 62. & in specie
*Gratian. in lib. 3. discept. forens. cap. 542. num. 7. &
8. cum seqq.* ubi loquitur in matre tutrice filio-
rum, quòd ante solemnia adimpleta, potest ne-
dum administrare in his, quæ sunt tempore pe-
39 ritura, verum etiam procuratorem constituere,
allegat *Alberic. in l. neque tutores, num. 6. C. de
procuratorib. Puteum in decis. 199. lib. 2.* quia
cum ipse Ioannes Franciscus à manu ipsius Lu-
cretiæ bona hæreditaria, & nominum cessio-
nem, habuisset, eidem tenebatur pecuniam ex
40 illis perventam restituere, vel de ea ipsius exe-
qui mandatum in eam, iuxta eius voluntatem
implicando, licèt solemnia tutelæ minime Lu-
cretia ipsa adimpleverit, neq; ad aliquid, etiam
minori teneri poterat; præsertim ubi hoc igno-
41 rantèr, & bona fide fecit, ut ex traditis per *Bar-
tol. in l. filius C. de pactis*, & alibi dicit *Afflict.* qui
decisum refert in S.C. Neap. *in decis.* 147. eum-
que refert, & sequitur *Guttierez in relato tract.
de tutelis p. 2. cap. 17. nu. 20. & Cavalcan. in tract.
de tutore, & Curatore, num.* 212. ubi rationem
addit, quia Tutor, quamvis illegitimus fuit il-
le, qui bona tradidit, non minor, & etiam præ-
42 doni ex contractu suo solvi pecunia potest, &
res tradita restitui, ut pecuniæ vel rei detentor
liberatus censeatur; dummodo bona fide, &
ignorata illius qualitate fiat, per ea, quæ ex *l.
filia 88. ff. de solutionibus*, notat *Iason in l. si barba-
ea, num. 1. ff. de condict. indebit.* & post eum *Ursill.
d. decis. Affl. 147. num. 2.* quòd etiam compro-
bat ex alijs *Anna in cons. 108. num. 35. lib. 2.* ex
quibus omnibus deprehendebatur emptionem
ab initio in hæreditatis beneficium factam
43 fuisse, cui quemadmodum augmenti benefi-
cium, ita detrimenti spectabat incommodum,
quod rebus hæreditarijs contingerat, ut *in l. in
ratione 3. ff. ad leg. falcid. & toto tit. ff. de peric. &
commodo rei vend.* propterea nullum hæreditati
refici debebat alagium, ratione minoris valoris
rei emptæ ex post facto contingentis; neque do-
44 lus, aut lata culpa poterat ipsi mandatario im-
putari, de qua regularitèr tenetur, ut *in l. si pro-
curatorem 8. §. fin. ff. mandati*, quòd emptionem
fecerit super Regia Dohana, tùm quia manda-
tum ipsius Lucretiæ fuit exequutus, quòd pecu-
niam implicaret cum Regia Curia: tùm etiam,
quia emptiones cum Regia Dohana, tunc tem-
poris optimæ reputabantur, & ab omnibus op-
tabiles, eiusque introitus suis quibusque tem-
poribus, absque difficultate aliqua exigeban-
tur, ut ea testibus fuit probatum, propterea fuit
emptio facta ab ipsa Lucretia, & Silvio Maran-
ta, atque Iulio Cesare Vitaliano exequutoribus
testamentarijs approbata, & commendata, cum
de ea fuerunt statim post illam factam ab ipso
Ioanne Francisco per epistolas certiorati, ut
constat ex testibus eisdem; quod autem ex post
facto difficilia reddita fuerit introituum præ-
dictorum exactio, & propterea illorum capita-
le deterioris conditionis, & minoris valoris fue-
45 rit effectum, ad nihilum ipse mandatarius te-
netur: nam & tutor ab hoc fortuito casu excu-
satur, iuxta ea, quæ per *text in l. si res pupillaris
51. ff. de administrat. tutor.* post *Bart. in l. si solu-
turus, ff. de solutionib.* tradiderunt *Surd. in tract.
de aliment. tit. 9 q. 40. num. 38. Cavalcan. in d.
tract. de tut. & curat num. 184. Guttierez de tu-
telis p. 2. cap. 9. num. 12. Galter. in praxi tutelari
p. 3. Rub. 2. num. 33.* de alagio autem currenti
tempore emptionis factæ, quod ascendebat ad
summum ad ducatos sex pro quolibet centena-
rio, ut ex fide producta, & pro ducatis termille
de ipsis ducatis 3895. solutum fuit ad eamdem
rationem ducatorum sex pro centenario, quòd
ascendit ad ducatos 180. ut ex pattita Banci so-
luta, ut vulgo dicitur, *per altri tanti*, de hoc in-
quam alagio nulla fuit habita ratio tempore
divisionis factæ bonorum hæreditariorum per
sorotea de Vitaliano propter beneficia, & im-
pensas è converso per ipsum Ioannem Franci-
scum in hæreditatis beneficium erogatas, ut
etiam testes deponunt; cum verò tàm ipsa Elio-
nora, & Ioannes Matthias Marullus eius vir,
quàm post viri mortem ipsa Elionora ab Anno
1623. usque ad Annum 1635. emptionem
prædictam titulo divisionis bonorum hæredi-
tariorum Ioannis Vincentij Vitaliani in eos
perventam, tanquàm propriam agnoverint,
exigendo illius redditus, atque de eis tanquàm
proprijs disponendo, ut ex illorum descriptio-
ne in eorum beneficium in libro Regalis Patri-
monij ex mandatis procurationis ad illos exi-
gendos ex quietationibus, de exactione prædi-
cta, & exactione, & cessione in actis productis,
ex actibus ipsis approbavisse censentur, em-
ptio-

ptionem factam in beneficium hæreditatis, ut
46 eo minus ad illam impugnandam admitti debeant, ad notata in *l.4. §. elegantèr ff. de lege Commissoria*.

Irem in alio fuerat Ioannes Franciscus enormissimè læsus, cum enim de sua proptia pecunia erogavisset in venditione bonorum hæreditariorum prædicti Ioannis Vincentij Vitaliani, & exactione quantitatum à debitoribus hæreditarijs consequendarum ducatos 400.in circa nec non pro tuenda hæreditare ipsius Ioannis Vincentij à iudicio contra eam intentato per Iulium Menna in S. C. similitèr erogavisset alios duc.200. in circa, ut ex testibus prædictis ad eius instantiam receptis pro prædictis ducatis 600.reconvenit eosdem coniuges actores, qui saltèm ad tertiam illorum partem, una cum interesse tenebantur; fuerunt nihilominus ipsi coniuges ab huiusmodi reconventione per lau-
47 dum absolnti, cum tamen omnino impensæ prædictæ contraria mandati actione deberentur, tanqnàm bona fide, & necessariò factæ, ut in *l.qui mutuam 56.§.fin.ff.mandati, & in l.etiã*
48 *si contrariam 4.C.eod.* necessariæ etenim sunt impensæ in distrahendis rebus hæreditatijs factæ, item pro nominibus hæreditatijs exigendis, & exacti quantitatem minnunt, ut ex *l.ubi purò 19.§.qui in distrahendis ff.ad S. C. Treboll.* & ex ibi notatis per *Bart. Alex.Ripam, & alios* voluit *Peregrin.in tract.de fideicomm.artic.50.num.*10.
49 *&* 14.quemadmodùm etiam impensæ pro tuendis rebus hæreditarijs, vel hæreditate ipsa ab indebitis aliorum vexationibus inter necessarias enumerantur ex dispositione einsdem *§.qui in distrahendis*, de quò latè *Peregrin.in loco relato n.*4.ubi plures allegat. Neque verò obsta-
50 re potest dispositio *l. ex parte 40. ff.familiæ erciscundæ* prohibentis, expensarum repetitionem in causa communi erogatam per cohæredem ab alio cohærede pro rata faciendam, ubi tan-
51 tumdem fuisset in causa propria expensurus, ut ex hoc inferatur, expensas fuisse ab ipso Ioanne Francisco erogatas contemplatione Equitis Petri Reviglione, eius filij, ad quem tanquàm Iuliæ Vitalianæ virum, tertia bonorum hæreditariorum portio spectabat, & pro ea rata easdem fuisse necessarias expensas, propterea illarum repetitionem non competere contra Elionoram ipsam. Fallax enim hoc detegitur assumptum; tùm quia non sumus in expensis à cohærede erogatis, sed ab alio, in quo *text.in d.l.ex parte* non loquitur; tùm quia ipse Ioannes Franciscus negotium prædictum, non sine Lucretiæ Maranta Curatricis mandato expedivit, quo casu necessarias expensas indistinctè recuperat, ut diximus; tùm denique quia neque idem fuisset ipse Ioannes Franciscus expensurus in distrahendo tertiam partem bonorum prædictorum, & consequendo quantitatem a nominibus hæreditatijs pro tertia parte debitam; habita enim consideratione maioris animalium numeri, & bonorum venditorum quantitatis, atque pecuniæ ab hæreditarijs debitoribus exolvendæ longè maioribus indiguit expensis, præsertim in bonorum exportatione, & itineribus pro exactione integræ pecuniæ, quæ non tàm facilè, quàm tertia pars illius à debitori-
51 bus hæreditarijs exigi poterat, & in dubio semper præsumitur plus fuisse pro parte Socij expensum, nisi contrarium probetur, ut per *Bart. in d.l.ex parte*, cuius opinionem fuisse in Senatu Cathaloniæ receptam testatur *Cancer. in lib. 3.variar.resolut.cap.6.n.27.& seqq.*

53 Sexta, & septima nullitas respectu prolationis laudi factæ post expiratum compromissi tempus, contra notata in *l. sed etsi manente 5.ff. de præcario*, ubi DD & per *Præs. de Franch.in decis.354.num.2.* per rationem, quia non entis
54 nullæ sunt qualitates, ut in *l.eius qui in provincia 41.ff.si cert.petat.* erant similitèr insanabiles, non obstante, quòd diceretur prorogationes intelligi factas à die lapsus primi termini, quo durante Iudicis officium conquiescit; hoc enim locum habet in Iudice ordinario, non autem in Arbitro, cuius potestas expirat per termini
55 lapsum, propterea, ut valida sit eius prorogatio, ante termini lapsum fieri debet, ut in *d.l. si cum dies 26.§.intra, ff.de arbitris*, & per *Borrell. super prag.2.de Arbitris, §.3. gl.4. num.29.* per *Gabriel.in lib.2. commun.conclus. in tit. de dilationib.conclus.1.num.24.& conclus.3.nu.3.Præs. de Franchis d.decis.354.num.2. D. Maresca apud Sarn.in prax.crim.part.1.cap.53.sect.3. nu.* 157.cum alijs, quos novissimè sequitur *D. Romagnera ad Conciol.super Statut. Civit. Eugubij, lib.2.rubr.27.num.62.* Insuper prorogatio, cum
56 eisdem qualitatibus, & conditionibus fieri intelligitur, cum quibus primus actus gestus fuit, ut per eumdem *Gabriel.in tit.prædicto, conclus.2. num.4.* cum igitur compromissi prædicti tempus à die datæ compromissi ex partium conventione decurreret: similitèr prorogationis tempus à die datæ prorogationis decurrere debebat.

Sed ad satietatem animadvertebatur, quòd computando tempus primæ prorogationis à die lapsus primi termini, adhuc secunda, & tertia prorogatio sub diebus 19. Maij, & 6. Iulij fuerant extra terminum, cũ enim utrumq; tempus termini in compromisso adiecti, & primæ prorogationis caperent quadraginta dierum intervallum à die 3. Aprelis decurrendorum, durabat compromissum per totam diem 12. Maij, fuit nihilominus secunda prorogatio sub die 19. Maij, & alia postea subsequuta fuit die 6. Iulij, utraque post expiratum compromissum.

57 Attentis igitur nullitatibus prædictis ex enormissima læsione contra laudum oppositis, fuerunt mediante sententia Sacri Regij Consilij Neapolitani ad relationem Domini Consiliarij *D.Thomæ Carlovalij*, sub die 1. Iulij 1642. absolutæ partes ad invicẽ ab hinc inde prætẽsis.
Figliola Actuarius.

Cc *RE-*

RERVM SVMMA.

1 *Civis nomen, latè sumptum, Incolas, & Originarios comprehendit.*

Strictè verò Originarios tantùm, n.2.

3 *Origines plures, quis habere potest, scilicèt propriam, paternam, & avitam.*

Non autem ulteriorum, atavorum, & superiorum ascendentium, n.4. & 5.

6 *Civilitas patris ad filium transit, etiam, quòd non sit in loco patris natus.*

7 *Domicilium paterna originis, vel propria, naturale dicitur.*

Non solùm pro temporalibus, sed etiam quoàd spiritualia, n.8.

9 *Filius paternam potius, quàm avitam originem, vel propriam sequitur, ubi ex eis contraria qualitates resultant.*

10 *Origo propria, nativitate contrahitur.*

Qua tamen quieta sit in loco, in quo pater fixum habeat, ac permanens domicilium, & ubi quietè habitat, n.11.

Non enim ex fortuita, vel casuali nativitate acquiritur, n.12.

Cum in peregrinatione, vel itinere filius nascitur, sive in transitu parentum, cum animo revertendi ad domicilium, n.13. & 14.

15 *Civis loci paterni dicitur natus in peregrinatione.*

Vel in parentum transitu, n.16.

17 *Civem, & domicilium animus facit, non corporis assistentia.*

Nec dicitur quis esse in loco, in quo ad tempus reperitur, n.18.

19 *Filius natus fingitur in ea Civitate, unde mater ex accidenti recessit.*

Et ita decisum in Sacro Consilio Neapolitano, num.20.

21 *Filij concepti in loco domicilij parentum, habentur, ac si nati in eo fuissent in eorum commodum.*

22 *Filij concepti in Fidelissima Civitate Neapolis, cum ibi Doctoratus gradum assumunt, admittuntur ad honorem Collegij Doctorum Neapolitanorum.*

Si tamen ibi patriam, vel paternam habeant originem, aut domicilium, n.23.

24 *Filius in Civitate Neapolis conceptus, sed extra illam ortus in loco, ad quem parentes profecti fuerunt pro fugiendo tumultu, habetur ut natus in Civitate.*

Omnibus Neapolitanorum gaudet privilegijs, num.25.

Prout decisum in Regia Camera Summaria, num.26.

27 *Decisio nuperrima refertur Regia Camera Summaria Neapolis, & n.30.*

28 D.Petrus de Rosis *filius Authoris memoratur, & n.31.*

29 D.Maria Reviglione *Authoris uxor pestis tempore defuncta.*

32 *Clericis Neapolitana Civitatis, immunitas est à gabellis concessa.*

33 *Clerici sunt à saculari Iurisdictione exempti.*

34 *Clerici sunt Cives cuiuscumque Civitatis, sicuti laici.*

Et veniunt appellatione Civium, n.35.

In favorabilibus, non autem in odiosis, n.36.

CAPVT LV.

De Civilitate per domicilium paternum à filio, etiam alibi nato, acquirenda, ad *text.in l. filios 3.C.de municipibus originarijs, lib.10.*

1 Civis oomen, quamvis latè.
& genericè sumptum, duas
Civium species comprehédat; scilicèt, Iocolas, qui
domicilium io Civitate
habent; & Originarios,
2 qui originem ex Civitate
ducunt; attamen strictè, &
rigoroeè, aut proprijssimè acceptum de Originario tantùm Cive intelligitur, ut ex *gl.ultima in l.1.in fine, ff.de tutorib. & curatorib.datis ab his, & alijs* docuit *Anton.Faber in lib.6. Cod.in tit. de verb.significat. definit.17.* quem sequitur alios addens *Consiliar.Carleval.in tract.de iudic. lib.1.tit.1.disput.2.num.82.*ubi *num.85. & seq.*
3 quòd plures habere quis potest origines; pro-
priam videlicèt, paternam, & avitam, non
4 autem ulteriorum, atavorum, & superiorum
5 ascendentium, alioquin oporteret nos quærere
agrum Damascenum, in quo Adam primus hu-
manæ naturæ parens natus fuit, ut ibi *num. 52.*
ex glossa in l.assumptio §.filius, ff.ad municip. pa-
6 tris enim civilitas transit ad filium, etiam, quòd
noo sit io eo loco oatus, *l.filios 3.C.de municipib. & originar.lib.10. Boer.decis.13.* & posteum
Novar.in tract. de elect. & variat. fori sect.4. q.
7 63 *num.14.*& domicilium à paterna, vel propria
descendens origioe, naturale dicitur, non so-
8 lùm quoàd temporalia, sed etiam quoàd spiri-
tualia, ut per *text.in cap. 3. de temporib.ordination.lib.6.*probat *Marian. Soccin.sen.in cons.36.*
9 *num.7.vol.1.*quòd si ex propria, aùt paterna
origine, aùt avita, contrariæ resultarent quali-
tates, paterna utrumque vinceret; eamque filius
magis sequetur, quàm propriam, vel avitam,
ut ex *l.privilegio 27.C.de Decurionib.lib.10.& l. cum satis 22.in princip.C.de agricol. & censit.lib. 11.* subdit ibi *Consil.Carleval.num.86. & 88.*
10 *cum seqq.& num.102.*propriam originem nati-
vitate contrahi affirmat, quæ tamen quieta sit,
11 in loco in quo pater fixum habeat, ac perma-
12 nens domicilium, & ubi quietè habitat; non
enim ex fortuita, vel casuali nativitate acqui-
13 ritur, cum in peregrinatione parentum, vel iti-
ne-

nere, sive transitu; cum animo revertendi ad
14 domicilium filius nascitur, quia tunc ex Iuris
fictione filins natus censetur in paterno domi-
cilio, quòd etiam novitèr, alijs relatis com-
probavit *Præs.de Gunaverro in decis. 6. Regia
Cam.Sum.a n. 10.*

15 Es sanè, quòd natus in peregrinatione civis
dicatur loci paterni, probat *Faber in dicto tit.de
verb.significat.definit. 10.* quem refert, & sequitur
Episcopus Ricc. in collect. decis. 269. p.2. sicut
16 etiam in transitu natus, ut per *Cavalloe in Spe-
culo commun.opinion.contra communes q.458. n.
17. & seqq. Novar.in relata q.63. num. 34.* ubi
adducit decisionem Regiæ Cameræ à *Reg. Mo-
17 les* compilatam, *num. 59.* animus enim non
corporis assistentia civem facit, atque domici-
lium de Iure constituit, *l.eius qui 27.§.Celsus,ff.
18 ad municip.* & non dicitur, quis esse in loco, in
quo ad tempus repetitur, *l.si fundus 42. ff.de
19 legat. 3.* quare filins in ea Civitate natus fuisse
fingitur, unde mater ex accidenti recessit, *gl.in
relata l.cum satis, versic. Sobole, cum alijs concor-
dantib.* quæ ad hoc adducit *Francisc.de Petris
in cons.15.num.2.& seqq.*ubi *num.6.& 7.* ita re-
20 fert decisum in S.C. Neap. sequitur *Consiliar.
Hodierna in addit.ad Surdi decis.329. num.3.&
seqq. Episcopus Maranta in controversa respons.
93.n.29.p.5.*

21 Hoc maximè procedit in illis, qui fuerunt
in loco domicilij parentum concepti, in quo
pro natis in eorum commodum habentur, ut
ex *l. servorum 5.in fine, & l.qui in utero 7.ff.de
statu homin.* tradit *Reg. Sanfelic. in praxi indi-
ciar.sect.14 num.6.* & in decisionibus ad eam-
dem praxim additis, loco relato ex hoc ita fuis-
se refert, bis iudicatum in Almo Collegio Nea-
22 politano, quòd concepti in hac Fidelissima Ci-
vitate Neapolis, cum Doctoratus gradum as-
sumpserint, admitti debeant ad honorem Col-
legij; id quod etiam voluerunt, post *Rebuff.* &
alios *Gratian.in lib.1.discept.forens. cap.75. nu.
5.Consiliar. Paschal.in tract. de virib. patria po-
23 test.par.3.cap.2.n.35.* licèt in concepto tantùm
in hac Civitate, ubi neque patriam, neque pa-
ternam originem, neque paternum habet do-
micilium, contrarium veriùs esse ostendat *Rec-
chus in glossa ad Privilegium Sacri Collegij Do-
ctorum Neapolis §.2.à n. 68.*

24 Quod autem filius Neapoli conceptus, sed
extra Civitatem ortus in loco, ad quem paren-
tes profecti sunt causa fugiendi tumultum ha-
25 beatur, ac si Neapoli natus fuisset, omnibusque
Neapolitanorum privilegijs potiatur, decisum
26 refert in R.Cam.Summ.Neap. *Reg.de Marin.
in decreto 360.& 363.* prædictæ Regiæ Cameræ
ex illis, quæ in calce observationum ad *decis.
Regent.Reverterij* edi curavit, alias affert in si-
milibus decisiones *Thor.in compend.decis.Regni
Neap.p.1.in verbo Conceptus, & p.2.in verbo Ci-
vis alicuius Terra, & in p.3.in verbo Civis in Ci-
vitate conceptus, & in supplemento compendij
prædicti in verbo Civis conceptus*, & novissimè
27 fuit hoc à nobis obtentum pro Petro de Rosa
28 filio dilectissimo in hac Fidelissima Civitate
Neapolis concepto, sed alibi nato de Anno
1648. scilicèt in Beneventana Vrbe, dum eam
(aufugiēdi gratia populares tumultus) peregrè
profecti appulissemus cum amatissima coniuge
29 Maria Reviglione (heù iam diro, pestis tempo-
re, de Anno 1656. fato nimis properante ex-
tincta, quam non sine interno cordis dolore
memoramus, & sola superest consolario ob
ægregias animi dotes, eam fuisse cœlesti gloria
dignam) Regia enim Camera, sub die 5. Maij
30 Anni 1656. in contradictorio iudicio cum
Regio fisco, iudicavit eumdem, uti conceptum
Neapoli frui debere Civilitate Neapolitana
31 Actuarius Franciscus Perna. Qua de causa pro
eodem uti Clerico ad primam tonsuram ordi-
nato in prædicta Civitate Beneventi, Neapoli
tamen concepto, forsan peti potuissent fran-
32 chitiæ, sive immunitates à gabellis concessæ
Clericis huius Civitatis, de quibus meminit
*Riccius in decis.84.Curia Archiepiscop. Neap. p.
33 3.* Clerici enim licèt à sæculari Iurisdictione
exempti, ut *in cap. decernimus 2. de iudic.* sunt
34 nihilominùs cuiuscumque Civitatis Cives, si-
cut laici, ut ex pluribus deducit *Carleval.in loco
relato, num.83.* & *Carol.de Grassis* ab eo relatus
*in tract.de effectib.Clericatus in præludio, num.
35 366. & seqq.* Civium appellatione, Clericos
36 venire dicit in favorabilibus, non autem in
odiosis, & communem affirmat sententiam post
innumeros ad hoc allegatos.

RERVM SVMMA.

1 *Fideiussoribus non solvendo existentibus, Ma-
gistratus olim tenebantur, quorum ordine fi-
deiussiones prestabantur.*
*Excussis bonis principalium, & fideiussorum,
num.2.*
*Hodie Tabelliones, sive Actuarij tenentur,
num.3.*
*Cum ad eorum, & inferiorum Iudicum, spectet
officium, recipere cautiones, n.4.*
Intelligendo in subsidium, ut n.5.
*Prævia discussione bonorum principalium, & fi-
deiussorum, n.6.*
Auditis Actuarijs facienda, n.7.
*Quæ tamen in Regno Neapolis est ab eiusdem
Actuarijs procuranda, n.8.*
Infra quadrimestre tempus, ut n.9. 10.11.
12 *Actuarij pro fideiussoribus, non idoneis, actione
an personali, vel hypothecaria teneantur? re-
missivè.*
13 *Actuarij pro fideiussionibus, quas eorum peri-
culo recipiunt, mercedem accipere possunt, quæ
ipsis pro arbitrio videbitur.*
14 *Actuarij pro conventionalibus, non iudiciali-
bus fideiussionibus, an conveniri possint in Re-
gno Neapolis, iuxta formam Regiæ Pragm.*

Pro affirmativa respondet Author *in facti contingentia, n. 15. & 19.*

Secundùm quam iudicatum refert in Sacro Consilio Neapolitano, n. 55. & 57.

17 *Lites breviari publica est utilitatis.*

18 *Lites, earumque prolixitas multorum sunt causa malorum.*

19 *Lex favorabilis, etiam ultra proprium significatum extenditur.*

20 *Ratio ubi eadem est, ibi eadem esse debet Iuris dispositio.*

Et eadem lex esse dicitur, comprehensivè, non extensivè, n. 21.

22 *Ratio est anima legis, quæ ampliat eius dispositionem.*

23 *Ratio potiùs, quàm verba, est in Statutis attendenda.*

24 *Ratio scripta magis attenditur, quàm dictum, quod ex ratione ampliatur, & limitatur.*

25 *Extensio non fit in correctorijs, ex paritate, aut maioritate rationis.*

Fallit primò in favorabilibus, n. 26. & 27.

Secundò fallit, quando ratio est expressa in dispositione corrigente, n. 30.

Tertiò fallit, quando non nisi, unica ratio potest assignari, n. 32.

28 *Lites abbrevians, dispositio favorabilis reputatur, & quæ litibus finem imponit.*

Et propterea extensionem recipit ex identitate rationis, n. 29.

33 *Dispensatio contra Ius Commune strictissimè interpretatur.*

Sed ex ratione in ea expressa, vel quæ pro expressa habeatur, ampliationem recipit, num. 34. & 35.

36 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi, non alijs debet imputare.*

27 *Actuarij, seu Notarij non tenentur in subsidium pro conventionalibus cautionibus.*

Quod intelligendum est, si a parte fuerit fideiussor tacitè, vel expressè approbatus, n. 38.

39 *Actuarius stipulare non potest super non pertinentibus ad eius officium.*

Et quæ sint fideiussiones ad eius officium pertinentes? n. 40.

41 *Actuarius substituens pro fideiussionibus iudicialibus à substituto captis tenetur, non pro conventionalibus.*

42 *Iurisdictio voluntaria potest à partibus prorogari sine alio superioris consensu.*

In quemcumque Iudicem, vel alium iurisdictionem habentem, etiam sine Tribunali, n. 43.

44 *Iudices chartularij, sive Notarij dicuntur habere iurisdictionem.*

45 *Actuarius Curiæ Baronalis secundarum causarum recipere potest conventionales obligationes, quæ in eadem Curia incusantur.*

46 *Iudex appellationis Iurisdictionem tantùm habet ad certum genus causarum.*

Quæ sibi fuerunt per Iudicis sententiam devoluta, n. 47.

48 *Consiliarij Sacri Consilij Neapolitani dicuntur Iudices Delegati, non Ordinarij.*

Si tamen singuli, ut singuli, considerentur, n. 50. usque ad 53.

49 *Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis sunt Iudices ordinarij.*

54 *Iudicis ordinarij Iurisdictio prorogari potest, sicut etiam Delegati.*

55 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani refertur.*

56 D. Ioannes Baptista Filingerius Regius Consiliarius *commendatur.*

58 *Actuarius pro satisdationibus illiquidis, & paratam exequutionem non habentibus, non tenetur de idoneitate fideiussoris.*

Vel si pro tempore, quo fideiussit, erat idoneus, & postea decoxit, n. 59.

CAPUT LVI.

De Actuarijs in subsidium obligatis pro fideiussoribus non idoneis ab eis receptis, ad *text. in l. 1. § si Magistratus, ff. de Magistratibus convenien-dis.*

1 MAgistratus, quorum nomine fideiussiones olim capiebantur, principali debitore, & fideiussoribus
2 existentibus non solvendo, tenebantur de proprio & sic in subsidium post excussa illorum bona, *l. 1. § si Magistratus, ff de Magistratib. conveniend. l. 1. & 4. C. eod. titulo,*
3 Postea verò cœperunt Tabelliones, sive Actuarij eorum periculo fideiussores capere, tanquàm
4 ad ipsorum, & inferiorum Iudicum officium spectet, recipere cautiones, ut *glossa* declarat per illum *text. in § not autem, in verbo eorum Instit. de Atiliano Tutore*, & in *§ fin. Instit. de satisdat. Tutor.* ac notant *Paris de Puteo in tract. de Syndicatu in verbo Fideiussor officialium, cap. 3. num. 2. Iul. Clar. in lib. 5. recept. sentent. § fin. practicæ criminalis q. 46. num. 12. alijque relati per Maurum in tract. de fideiussorib. p. 2. sect. 3. cap. 4. num. 12. cum seqq.* & ultra eos *Carav. in Ritu M. C. 35. in fine, Pras. de Franch. in decis. 202. num. 3.*

5 Quia verò Actuarij, sive Notarij non nisi in subsidium, de proprio tenentur, cum fideiussores non idoneos receperunt, ut post *Ludovic. in decis. 33. Rota Lucensis, & Montan. in tract. de Iure tutelar. cap. 32. reg. 7. num. 33. & seqq* docuit *Costa in tract. de remed. subsidiar. remed. 5. num. 5.* & *in tract. de facti scient. & ignorant. cent.*
6 *2. distinct. 5. in princ.* unde præcedere discussio debet à creditore facienda bonorum omnium

tàm

7 tàm principalium, quàm fideiussorum, ipsius
Actuarijs auditis, ut valeant in illorum defe-
ctum condemnari ad quantitatis debitæ solu-
tionem, ut ex *d.l.4.* post *Salycet.in d.l.1.C.de ma-
gistratib.conveniend.* tradiderunt *Gratian.in de-
cis.Rota Marchia 69.num.11. Ricc. in collect.de-
cis.1258.in fine p.4.*
Hæc autem discussio apud nos in infinitum
tendebat, ut ferè immortalis redderetur; Fuit
propterea ad Neapolitani Regni supplicatio-
nem in publicis Comitijs promulgata Regia
8 Pragmatica, quod Actorum Magistri, qui te-
nentur in subsidium facta discussione obliga-
torum, procurare debeant illorum discussio-
9 nem infra annum, quo elapso, statim de proprio
10 teneantur, & contra eos exequatur, nulla alia
temporis dilatione expectanda, nec pro com-
plenda, iam incœpta discussione, ut in *Pragm.*
11 15.*de Actuarijs*; quod tempus fuit postea re-
strictum ad menses quatuor, ut in alia *Prag.17.
sub eod.titulo*, de quibus Regijs Sanctionibus
meminerunt *Reg. Rovit. in decis.83.num.3. &
12 seqq.* latè discutiens de actione hac subsidiaria,
an personalis tantùm sit, vel hypothecaria ta-
cita, vel expressa? & *Reg.de Marinis in lib.2.re-
sol.Iuris cap.7.* ubi ex hoc periculo, quòd Actua-
13 rij subeant pro fideiussionibus, quas recipiunt
eis licere dicit, mercedem exigere, quæ ipsis pro
arbitrio videtur ex communi Theologorum, &
Iuristarum sententia, & probant cum decla-
ratione *D.Consiliar. Petra super Ritu 159. num.
9. & D.Scoppa in addit.ad Nicolin.in prax. ci-
vil.pag.44.n.150.*
14 Sed an hic rigor à Regijs Pragmaticis ordi-
natus, quòd sint ab eisdem Actuarijs, non à
creditoribus faciendæ discussiones, & pro eis
non ultra quadrimestre tempus expectari de-
beat, sit nedum in iudicialibus fideiussionibus
servandus, quæ scilicèt Iudicis ordine præ-
stantur; verùm etiam in conventionalibus, quæ
per Actuarios apud eorum acta ex partium con-
15 ventione recipiuntur? pro affirmativa respon-
dimus in causa Matthiæ de Avitaya affinis no-
stri, & V.I.D. Felicis Cherubini, quam habebant
in Sacro Consilio Neapolitano, cum Actorum
Magistris eiusdem Sacri Consilij, Ioanne An-
tonio de Licto, & Magnæ Curiæ Vicariæ Nea-
polis Marco Aversana, super solutione ducato-
rum 600. à Silvestro, & Ioseph Pignella in soli-
dum sub fideiussoria cautione solvi promisso-
rum per fideiussiones apud ipsorum acta recep-
tas, eorum risico, & periculo, de summa ducato-
rum bismille, & septingentum, quos publico
mediante instrumento infra certum tempus sol-
16 vere spoponderant: sunt enim prædictæ Regiæ
Sanctiones ordinatæ, ut citius fiant obligato-
6 *Spolij restitutio ex Iudicis officio fit, absque or-
dine iudiciario, & sine libello, aut litis con-
testatione.*
*Reo etiam non citato, & absque alia causa,
cognitione, n. 7.*
8 *Feudi quaternati controversia inter partes in
Regno Neapolitano ab eius Tribunali Sacri
Consilij hodie cognoscitur.*
*Et in causis fiscum tangentibus a Regia Camera
Summaria, n. 9.*
*Quidquid olim de communi feudorum Iure
a feudi Domino cognosceretur, n. 10.*
*Et de Iure Constitutionum Regni a Magna
Curia Vicaria in feudis quaternatis, ut n. 11.*
*In feudis verò non quaternatis a Iustitiarijs Pro-
vinciarum, n. 12.*
13 *Feudi quaternati controversias Regia Provin-
ciales Audientia cognoscere non possunt in Re-
gno Neapolis.*
*Nisi Regia Audientia Hydruntina, quæ hoc ha-
bet ex privilegio, n. 14.*
15 *Appellationis libellus, est à Iudice, etiam us-
que ad mediam noctem recipiendus.*
16 *Iudici, super processu causa, non creditur, nisi
quatenus, per legitima constet documenta.*
17 *Feudi promissio venditionis, absque assensu Do-
mini directi, est nulla.*
*Ampliatur, ut neque promissor ad interesse te-
neatur, n. 18.*
*Secundò, ut neque pœna, & evictio promissa de-
beantur, n. 19.*
*Tertiò, ut neque pretium à futuro emptore, so-
lutum repeti possit, n. 20.*
Sed contrarium ex æquitate servatur, n. 21.
22 *Feudi alienationis absque assensu facta revo-
catio ex Iure Constitutionum Regni Neapolis
per procuratorem fieri potest.*
*Et legitimè facta censetur, etiam, antequam
parti notificata fuerit, n. 23.*

Ni-

Nisi de recuperatione possessionis ageretur, pro qua esset sententia obtinenda, n. 24.

Sed ex Regia Novella Pragmatica dispositione est revocatio, parti notificanda, ut vim obtineat, n. 25.

26 *Revocatio alienationis feudi, & assensus, eadem die expediti, quis actus, alterum praecessisse censentur? n. 26. & 27.*

28 *Preces alterius nomine porrecta, eius voluntatem non probant.*

Etiam si Princeps, eius nomine, preces sibi oblatas asserat, n. 29.

30 *Assensus super contractu facto obtentus, non operatur super faciendo.*

31 *Assensus Domini directi super contractu alienationis feudi faciendo, praestitus non operatur, nisi contractus infra tres mensos fuerit celebratus, ex dispositione Regia Pragmatica Neapolis, & n. 32. 33. & 34.*

35 *Decisio novissima Sacri Consilij Neapolitani refertur.*

36 D. Marcellus Marcianus *Regius Consiliarius commendatur.*

CAPVT LX.

De Spoliato ante omnia restituendo, ex *text. in l. si quis ad se fundum 7. C. ad legem Iuliam de vi publica.*

1 SPoliatum esse ante omnia
restituendum, ex *l. si quis ad*
se fundum 3. C. ad leg. Iul. de
vi publica, latè deducunt
prae caeteris *Anton. Gabriel*
in libro 5. commun. conclus.
in titulo de restitut. spoliat.
conclus. 1. Niger in cap. Regni subditorum, nu. 25.
2 Idque locum habere, etiam si Iudicis authori-
3 tate, aut incompetentis, aut nulliter, vel ap-
4 pellatione pendente procedentis, fuerit spo-
5 lium subsequutum, quod esse etiam retractan-
dum, & ad pristinum statum reducendum, tan-
quàm à Iudice ipso attentatum, docuerunt, ul-
tra *Gabriel. num. 124. 126. & 130. Nigrum, num.*
92. relatis in locis Afflict. in Constitutione Regni
Violentias, num. 33. Menoch. in tract. de recup.
possess. remed. 8. num. 13. cum pluribus seqq. Lan-
cellott. in tract. de attentatis p. 1. cap. 2. Gratian. in
lib. 4. discept. forens. cap. 734. num. 6. quinimò re-
6 stitutionem huiusmodi, absque ordine iudicij,
& Iudicis officio fieri, neque libellum, aùt li-
tis contestationem esse necessariam, ex *glossa in*
Clementina 2. ut lite pendente, Baldo, & alijs plu-
ribus affirmat idem *Menoch. in d. tract. de recu-*
per. possess. remed. 17. num. 34. & 35. ita ut reo,
7 etiam non citato, & absque alia causae cogni-
tione possessio auferri possit, ut ex *Innocent. &*
Hostiense in cap. accepta, de restitut. spoliator.
probat *Roman. in cons. 499. num 4. & 5.* ubi latè
additio.

Cum igitur à Regio Provinciali Auditore
Calabriae citerioris Regni Neapolis fuisset vi-
gore decreti ab eo, licèt nullitèr interpositi,
possessio Terrae Miromagni tradita Ioanni Pe-
tro Greco, sub pretextu venditionis sibi pro-
missae à D. Francisco Guaragna, cognato
nostro, utili eius Domino (quem postea nimis
celeritèr, dira mors rapuit) in asserto Chiro-
grapho, sive Albarano, inter eos confecto, habi-
to ad S.R.C. recursu pro spolij revocatione, fu-
it in primis exposita Iudicis incompetentia,
8 respectu Regiae Provincialis Audientiae in co-
gnitione controversiae super feudis quaternatis
inter partes Sacro tantùm Consilio hodie con-
9 cessa, & Regiae Camerae Summariae in causis fi-
scum tangentibus, ex dispositione *Regia Prag-*
matica 3. & 37. de Officio S.R.C. quidquid Iure
10 Communi feudorum, ipsius feudorum Domi-
nis, controversiae super feudis dirimendae pro-
ponerentur in *cap. Imperialem §. praeterea si inter*
duos, de prohibita feudi alienat. per Federicum,
11 & de Iure Constitutionum Regni Neapolis
super feudis quaternatis, sola Magna Curia
12 Vicariae cognosceret; super alijs verò non qua-
ternatis, Iustitiarij Provinciales, ut in *Consti-*
tutione Statuimus, sub *tit. de Officio Magistri*
Iustitiarij, & *in Constitutione Praeses*, *sub tit. ut*
Iustitiarij habeant certos Advocatos, Regijs ità-
13 que Provinciarum Audientijs fuit semper ve-
titum, de feudis quaternatis, cognoscere, ex-
14 cepta Regia Audientia Hydruntina, hoc ha-
bente ex particulari privilegio, secundùm
Frecc. in lib. 3. de subfeud. in tit. de differentijs in-
ter feuda quaternata, atque plana, & de tabula
differentia 4. quem refert, & sequitur *Carav. in*
Ritu 50 n. 6.

Iudicis autem incompetentiae addebatur,
appellatione pendente ad exequutionē decre-
ti ab eo interpositi, eumdem Iudicem proces-
sisse, neque appellationis libellum nocturno
tempore sibi oblatum recipere voluisse, cum ta-
men in culpa fuisse, citatus dici non poterat,
si pauca horarum mora facta post citationem
gratia consulendi peritiores nocturno tempore
15 comparuit. Unde cum periculum in mora
fieret, Iudex tenebatur, usque ad mediam no-
ctem recipere appellationem, saltèm, ut legiti-
mè facta censeretur, quod ex *Alexandro in l.*
mora, ff. de ferijs, atque *Decio in cap. Consuluit n.*
25. de officio Delegati probavit *Polidorus Ripa*
in tract. de nocturno tempore, cap. 12. num. 10. li-
cèt enim ipse Iudex Albarani recognitionem
apud eum factam fuisse à D. Francisco Guara-
16 gna testaretur; non tamen Iudici super pro-
cessu causae creditur, nisi quatenus per legitima
documenta constiterit, ex *cap quoniam 11. ex-*
tra de probat.

Tandem notoria decreti iniustitia deduce-
batur in admittendo promissionem venditio-
17 nis,

17 nis feudi, absque Assensu Domini directi fa-
ctam, quæ nulla est, neque obligat ad interesse
18 in casu inobservantiæ, ex adductis per *Praes. de*
Franch. in decis. 48. num. 1. & per *Reg. Salerni-*
tan. in allegat. diversor. post eius decisiones im-
pressis *alleg. 31.* quòd ita per S.C. Neap. iunctis
Aulis indicatum fuisse testantur in causa Ill.
Principis Bisignani, cum Ducissa Atripaldæ, fa-
cta relatione in Reg. Collaterali Consilio, et
etiam refert *Thor. in compend. decis. Regni p. 2. in*
verbo Revocans, & nos etiam comprobavimus
19 *in cap. 1. huius operis, num. 7.* pœnæ verò, & evi-
ctionis promissio, paritèr cum pacto principa-
li corruunt, tanquàm accessoria contractus ex
publica utilitate improbati, ad notata in *l. Se-*
ius, & Augerius 27. ff. ad leg. falcid. & per *Alex.*
in cons. 32. num. 7 lib. 2. quem refert, & sequitur
Reg. de Tappia in decis. 5. Sacri Consilij, num. 14.
20 ubi etiam *num. 18.* pretium ab emptore feudi
absque assensu solutum repeti non posse dicit
21 secundùm *Andrea*, & aliorum opinionem,
quam ex æquitate non servari affirmat sub *nu.*
19. idemque testatur *Consiliar. Theodor. in alleg.*
22 *3. num. 22.* Quibus accedebat alienationis pro-
missæ revocatio facta à venditore, ex remedio
Constitutionis Regni Constitutionem Diva Me-
moria, quæ cum in animo consisteret revocan-
23 tis, per procuratorem fieri potuit, neque pro
forma, sed emptoris notitiam debuit pervenire,
cum de sola voluntatis declaratione, non ao-
24 tem de recuperanda possessione à manu empto-
ris ageretur, mediante sententia, aiusque exe-
quutione, contra eum obtinenda, ex latè dedu-
ctis per *Annam in d. Constitut. Constitutionem*
Diva Memoria, num. 272. & seqq. licèt ex di-
25 spositione *Regia Novella Pragmatica* Regni
Neapolis, revocationes contractuum feudalium
sint parti notificandæ, nec vim habeant, nisi à
die notificationis, ut in *pragm. 10. sub tit. de Of-*
ficio Iudicum, cap. 75. de qua meminit *Reg. de*
Marin. in lib. 1. resolut. Iuris cap. 329. in fine, sed
26 assensus eadem die obtentus fuisse apparebat,
qua revocatio facta fuit; nihilominus revocatio
præcessisse censebatur, ex eodem *Anna in d.*
Const. num. 265. & seqq. quidquid alijs in facto
27 concurrentibus contrarium voluerit *Praes. de*
Franch. in decis. 649. in qua secundùm eius opi-
nionem indicatum fuisse testatur *Thor. in com-*
pend. decis. Regni Neap. p. 2. in verbo Revocatio, &
conferunt tradita per *Thesaur. in decis. Pede-*
mont. 49. Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 6. prae-
sumpt. 7. hic verò sub venditoris nomine fue-
runt preces pro assensu obtinendo porrectæ
Neapoli, cum tamen ipse ab hac Civitate ab-
sens, eodem tempore, revocationi factæ in
28 partibus incumberet; preces namque, ignoran-
tis nomine, quandoque dari consueverunt, un-
de non ex hoc eius beneplacitum probatur, ut
ex *Freccia*, qui decisum refert in *tract. de subfeu-*
dis lib. 2. q. 24. docuit *Consil. Theodor. in alleg. 46.*
num. 2. ubi ampliat *sub num. 3.* etiam si eius no-
29 mine sibi fuisse supplicatum Princeps asserat.
30 Insuper assensus fuerat subreptitiè super con-
tractu facto, obtentus, qui non operatur super
faciendo, ut ex eod. *Freccia, Capycio, Afflicto, &*
alijs tradit idem *Theodor. alleg. 31. num. 39.* qua-
re fuit in *pragm. 10. Regni Neapolis, sub tit. de feu-*
31 *dis* dispositum, ne contractus alienationis feu-
di, pro quibus validè celebrandis, fuit concessus
Assensus à Domino directo, maneant in suspen-
so, esse infra tres menses à die Assensus obtenti,
perficiendos, alioquin Assensus nullius redda-
32 tur efficaciæ, licèt hanc pragmaticam, tan-
quàm non publicatam nunquàm fuisse obser-
vatam, & ita in S.C. Neap. iudicatum, *Annam*
testari dicunt *in alleg. 55. in fine, Reg. de Ponte, &*
Rovit. ille in *tract. de potestate Proregis tit. 8. §. 5.*
num. 23. hic verò *in Comment. super d. pragm nu.*
33 *1. & in cons. 12. num. 28. lib. 1.* sed contrarium
idem *Anna* sustinuit, ut est videre in *d. alleg. n.*
16. & seqq. ubi etiam *num. 25.* propter aliud Sa-
cri Consilij decisionem præcessisse ait, & ad
hunc locum se remittit in *Constitutione* incipi-
ente *Constitutionem Diva Memoria, num. 121.* ut
observat *Consil. Arias de Mesa in lib. 2. variar.*
resol. cap 18. num. 11. & ibi à num. 4. decisionem
34 refert hodiernis temporibus in Sacro Consilio
Neapolis emanatam, qua declaratū fuit, prag-
maticæ prædictæ dispositionem non esse alitèr
antiquatam, sed omninò observandam, pluri-
bus eam rationibus comprobando, & præsertim
eiusdem *D. Roviti* sibi ipsi contrarij, authorita-
te in *cons. 68. num. 12. lib. 2. ac D. Theodori in d.*
allegatione 31. num. 40. adversis quoque respon-
dens argumentis, eumque postea sequitur, &
commendat *Consiliarius Pratus in practicarum*
observationum cap. 13.

Quibus omnibus per nos in S C. allegatis, &
absque alia partis citatione discussis, fuit eius
decreto provisum die 29. Novembris 1639.
35 quod restituatur possessio Terræ Miromagni
D. Francisco Guaragna, & partes compareant
36 in S.C, referente *D. Marcello Marciano*, *Regia*
Consiliario probatissimo, atque doctissimo, &
ita fuit exequutum Actuarius de Licto.

RERVM SVMMA.

1 *Bella de Iure gentium inventa.*
Sive magis iusti, & iniusti belli, leges, & modus illud inferendi, n. 2.
3 *Bellum, denunciandum prius est, ut iustum esse dicatur.*
Secundò, est pro rebus repetendis, aut alia legitima causa faciendum, n. 4.
Tertiò cum legis, aut Supremi Principis authoritate, n. 5.
6 *Hostium res, & persona in bello iusto capta, efficiuntur capientium.*
7 *Servi unde appellentur?*
8 *Hostium bona mobilia in bello capta, capientibus acquiruntur.*

Sed

Sed belli Duci exhibentur, ut inter strenuos dividat Milites, n.9.

Immobilia verò Regi, aut Principi, bellum indicenti applicantur, n.10.

Nisi amicorum sint, quibus hostes antea rapuerunt, hac enim sunt prioribus Dominis restituenda, n.11. & 12.

13 *Expensa pro recuperando feudo ab hostibus, domini directi damno cedunt, non feudatarij.*

Tanquàm necessaria, & ad perpetuam feudi utilitatem facta, n.14.

15 *Expensa erogata per Dominum directum in fortalitio pro Castri, aùt feudi securitate constructo, non repetuntur à feudatario.*

Nisi tantùm pro rata ad eum, uti quemlibet de populo spectantem, n.16. & 17.

18 *Fictio* legis Corneliæ *à Lucio Cornelio Sylla Consule eius authore dicta.*

19 *Captivus ab hostibus non reversus, decessisse fingitur, ante captivitatem, ut liber decessisse dicatur.*

20 *Fictio postliminij unde dicta?*

21 *Captivus ab hostibus liberatus, nunquàm captus fuisse fingitur, sed in Civitate semper romansisse.*

Ut in pristinum statum reponatur, & omnia amissa recuperet, n.22.

23 *Captivus ab hostibus reversus dicitur, si fines intraverit Romani Imperij.*

Vel in Civitatem suam, amicamve pervenerit, num.24.

Aut ad Regem socium, vel amicum, n.25.

26 *Captivus ab hostibus redemptus, statim liber efficitur, etiam ante pretij solutionem, & quod apùd nos interim moretur?*

Et successionis iurium capax efficitur, num. 27. & 28.

29 *Civitatum iura, in bello inter Christianos de generali Consuetudine; quoàd personas non servantur.*

Sed quoad bona tantùm, n.30. 31. & 32.

33 *Captivi cum ab hostibus redimuntur, cuius lucro cedat redemptionis pretium, & ab alio solutum, an repeti possit remissivè.*

34 *Fideicommissaria bona pro redemptione captivorum, etiam a manibus Christianorum hostium alienari possunt.*

35 *Captivitatum iura in Christianis, à Saracenis captis locum habere, quidam consuerunt.*

Sed contrarium alij veriùs esse affirmant, num. 38. & 41.

36 *Hostes sunt, quibus publicè bellum, Populus Romanus indicit, vel ipsi Populo Romano bellum movent.*

37 *Romani cives, dicuntur omnes, in Romano Orbe existentes.*

39 *Bellum à Turcis contra Christianos indictum, est iniustum.*

40 *Captus a latronibus, & piratis, non efficitur servus capientium, neque indiget postliminio.*

42 *Captivitatis effectus non producitur, nisi insta belli causa sit ex parte capientium.*

CAPUT LXI.

De Belli Iure, atque rebus, & personis in bello captis, cui acquirantur? ad *text. in l. 5. & 6. ff. de acquirendo rerum dominio.*

1 POstquàm à Iure gentium discretæ gentes, Regna condita, dominia distincta, agrisq; fines constituti fuerunt, ad cohibendos improborum hominum impetus, usu exigente, & humana necessitate, bella inducta fuerunt, *l. ex hoc Iure*
2 *5. ff. de Instit. & Iure*, sive magis iusti, & iniusti belli leges, & modus illud inferendi ex hoc gentium Iure processerunt, ut docet *Petrus Gregor. Tholos. in sintagm. Iuris universi, lib. 19.*
3 *cap. 2.* ubi *num. 3. & 7.* denunciandum prius esse bellum, aùt indicendum, & pro rebus repeten-
4 dis, aliavè legitima causa legis, aut Supremi
5 Principis authoritate faciendum, ut iustum esse dicatur, de quo per *Mascard. in tract. de probat. conclus. 168. num. 5. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 96. nu. 5.*

6 Captivitates inde sequutæ, ut hostium res, & personæ in bello insto captæ fiant capientium, *l. naturalem 5. §. fin. & l. adeò 6. ff. de acquir.*
7 *rer. domin.* sed ne vivi homines ex belli clade superstites, & à victoribus capti necarentur; fuit à Iure gentium permissum, ut contra naturalis Iuris libertatem, alieno dominio subijcerentur, & vendi possent, atque per hoc haud necari, sed servari debuissent, unde servi appellati, *l. libertas 4. ff. de statu homin.* quod pijssimum fuisse inventum, atque mortalibus utilissimum, ait *Sotus in tract. de Instit. & Iure lib. 4. q. 2. artic. 2.* quem refert *Vasquius Illustr. controvers. lib. 1. c. 9. num. 4.*

8 Bona verò si mobilia sint, capientibus ac-
9 quiruntur; Duci tamen belli exhibenda, ut inter strenuos dividat Milites, ad notata in *l. pen. §. 1. C. de donat.* docuerunt post alios *Præs. de Franch. in decis. 268. Reg. de Ponte in cons. 93. nu. 13. & seq. lib. 1. in decis. 21. num. 1. & in tract. de potest. Proreg. tit. 11. Cons. de Anna in cons. 65. nu. 12. & seqq. lib. 1. Reg. Lanar.* atque *Meles*; hic in *decis. manuscripta 73.* & ille *in cons. 84.* ubi latè & *Capiblanc. M.C.V. Iudex in tract. ad pragmat. de auctorit. Baron. in pragm. 8. p. 1. num. 255. & seqq. & in tomo 2. cap. 41. à num. 3. Episcop. Ricc. in collectanea decis. 412. p. 2. & 1614 p. 5.* si verò
10 immobilia fuerint, Regi, aut Principi bellum
11 indicenti, sunt applicanda; nisi amicorum sint, ab hostibus antea depredata, quæ hoste fugato essent prioribus Dominis restituenda, per *text. in l. si captivus 20. §. expulsis hostibus, ff. de captivis,*

vis, & postlim.reverf. probaverunt *Covarr. in relect.cap.peccatum,de reg Iur.in 6.p.2. §.11.nu. 7. Peregrin.in tract.de Iure fisci,lib.4.tit.5. in fine Thesaur.in lib.2.qu.forens.q.98.num.1.* & in fortioribus terminis sustinuit *Cæsar Nicolaus Pisanus ad Goffred.de Gaeta super Ritib.R.C.S. Rub. 22.à num.18.* decisumque refert *n.24.* quod vi-
12 dimus in Regno nostro Neapolitano servatum cum inter populares tumultus Anni 1647. Castra feudalia invasa, & Gallorum hostium nomine retenta, & postea armorum vi per invictissimi Regis nostri exercitum recuperata, eorum prioribus Dominis, & feudatarijs restituta fuerunt, nulla etiam retentionis exceptione, opposita, pro expensis in recuperatione factis, quas Dominus ipse directus facere tene-
13 tor, neque repetit, tanquàm necessarias, & ad
14 perpetuam feudi utilitatem, ut post *Schraderum, & alios* affirmat *Rosenthal.in tract.de feud. cap.10.conclus.43 num.73.* & ex *Cromenso in singul.26.Grammat. in cons.10.* nonnullisque alijs prosequitur *Garsias in tract. de expensis, cap. 21.*
15 *num.30.* sicut neque expensas repetit erogatas in fortalitio, pro Castri, aut feudi securitate
16 constructo, nisi tantùm pro rata ad feudatarium, uti quemlibet de populo, spectantem:
17 non enim Princeps vassalli negotium gessisse censetur, sed sibi potiùs, & Regno suo, hac lure prospexisse, ut per *Iacobin.in tract.de feudis in verbo de Castro, num. 14. Afflict. in cap.1. §. quidergo, num.12. de investitura de re aliena facta, Capyc. in investitura feudali, in verbo Feudorum custodia, in versic. etsi Dominus Roland.à Valle in cons.69.num.29.lib.2. Rosenthal. in eod. tract.de feudis cap.8.conclus.2.n.10.*

Sed Ius Civile Romanorum, ut cives ad bella invitaret, duplici fictione captivorum iura
18 servavit: quarum altera, legis Corneliæ à Lucio Cornelio Sylla Consule eius authore nun-
19 cupata, fingit, captivum ab hostibus non reversum fuisse mortuum, antequàm servus hostium efficeretur, ut liber decessisse dicatur, *l.in omnibus 18.& l.bona 22.ff.de captivis*; alia verò
20 postliminij fictio dicta, ex eo, quia captus ab
21 hostium potestate liberatus ad idem postea limen revertens, nunquàm captus fuisse fingitur; sed in Civitate semper mansisse, ut in pristinũ
22 statum reponatur, & omnia amissa recuperet, *l.postliminium 19.eod.tit.ff.de captivis*, ubi in
23 *§.postliminio reversus* dicitur: *Si fines intraverit*
24 *Romani Imperij, vel in Civitatem suam, amicam-*
25 *ve, aut ad Regem socium, vel amicorum venerit*: quia ibi primum nomine publico tutus esse incipiat, ut etiam adnotatur in *l.postliminij 5.ff.*
26 *eodem*; redemptus autem ab hostibus pro certo pretio, nondum soluto, quamvis apud eos inte-
27 rim moretur, successionis iurium capax efficitur, quasi liber tunc existat, pignoris tantùm
28 vinculo adstrictus, ut in *l.2. & in l.is, qui liber 15.* ubi *glos.C.de postlim reversis*, de utraque fictione elegantèr agunt *Forcatul.in Necyoman-*

tia Iuris in Dialogo 76.Petrus Gregor.Tholos.in syntagm.Iuris lib.20.cap.5.& Reg.Capyc.Latro in consult.136.lib.2.

29 In bello inter Christianos, de generali Consuetudine, captivitatum iura quoad personas
30 minimè servantur, sed quoàd bona tantùm:
31 capti enim servi capientium non efficiuntur, licét redemptionis pretium, sive talliam iuxta
32 eorum qualitatem, atque divitias solvere coganrur, & interim retineri possint, ex *Boerio in decis. Burdegalensi 178. num.2. Valasco in consult.30.num.6.de Ponte in relato cons.93.nu.15. Moles in allegata decis.73.* alijsque longa manu recollectis per *Stephan.Gratian.in lib.5. discept. forens.cap.801.per totum*, & signantèr *à nu.43.*
33 *& seqq.* ubi de huius pretij lucro, & repetitione, & quòd pro eo solvendo, & relaxatione perso-
34 narum consequenda, licitum sit bona fideicommisso subiecta alienare, post *Padillam in Auth. res quæ n.96.& seq.C.cõmunia de legat.* sequũtur *Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt. 192.nu.6. & 7.Fusarius in tract.de substitut.q.534. in fine Consil.Paschal.in tract.de virib. patriæ potest.p.3. cap.5.n.10.*

Quid autem dicendũ sit in bello inter Christianos, & infideles gesto, an in eo sint captivitatum iura servanda? non benè constat inter
35 scribentes, siquidem in Christianis à Saracenis capris, tanquàm hostibus Christiani Populi, iura omnia, quæ in servis constituta sunt, locum habere, voluerunt *Bald. in l.2.num. eodem C.de postliminio reversis, Alciat. in l.hostes 118. ff.de verbor.signific.Peregrin.in præalleg. tract. de Iure fisci lib.3.tit.3.num.1.* pro qua sententia iudicatum refert in Senato Cathaloniæ *Valascus in consult.30.num:7.à Riccio* relatus *in d.collect. decis.1614.* & in eam inclinare videtur *Præs.de Franch.in d.decis.268.num.5.* quem refert, & sequitur *Reg. Capyc.Latr.in consult.97. num.23. lib.2.ex text.in l.hostes 24.ff.de captivis*, ubi ho-
36 stes sunt, quibus publicè bellum Populus Romanus indicit, vel qui è converso Populo Romano bellum movent; quare Christianos, à quibus semper est Turcis bellum indictum, captos ab eis effici servos, & postliminium in eis locum habere; quasi legitimam belli indicendĩ facultatem habeant, ex Populi Romani Iuribus
37 à quo fuerunt omnes in Romano Orbe existentes, Romani cives effecti, per *Antonini Constitut.in l.in orbe 17.ff.de statu hominum*, relata, de qua meminit *Alciat. in d.l.hostes n.2.*

38 Hanc sententiam validè impugnat *Covarr. in relato §.11.num. 6.in fine*, stante iniustitia
39 belli ex parte Turcarum, & Saracenorum tyrannicè contra nos Christi fideles agentium, ad latronum, & pyratarum instar, quorum ser-
40 vus non efficitur ab eis captus, neque postliminio indiget, *d.l.hostes, & l.postliminium 19.§. à*
41 *piratis, ff.de captivis, Covarruviam* sequuti fuerunt *Valasc.in eadem Consultat.30.num.8 Anna in practicar.observ.decade 2.observ.2. Lesius*

in

in tract. de Iustit. & Iure, lib. 2. cap. 5. dubit. 4. nu. 42 *12. in fine*; neque enim sufficit, quòd bellum fuerit à Principe, authoritatem habente, indictum, ut captivitatis effectus, ex utraque parte producantur, nisi iusta causa accedat, ex parte capientium, ut per *Mascard. in relata conclus. 168. num. 3.* & ex communi Theologorum, Canonistarum, & Iuris civilis professorum sententia probavit *Menoch. in præcitata præsumpt. 96. num. 1.* quidquid contrarium sentiat *Socin. sen. in l. 1. num. 7. ff. de acquir. possess.* ubi tamen adhuc reliquit cogitandum.

RERVM SVMMA.

1 *Milites Reipublicæ necessarij.*

2 *Militum privilegia, remissivè.*

3 *Hostica exceptio, Militibus ad bellum proficiscentibus concessa fuit, per* Constitutionem Regni Neapolis: Hostici exceptionem.

Ut si fuerint in Ius vocati, postquam submoniti fuerunt, ut vadant ad exercitum, supersedeatur in procedendo, ut n. 4. & 5.

Neque procuratorem relinquere teneantur, n. 6.

In causa tam civili, quàm criminali, n. 7.

Quæ Constitutionis dispositio, à Longobardorum Iure originem duxit, n. 8.

Licèt illud in pluribus immutaverit, n. 9.

Et hac exceptione opposita, vel probata, si Iudex ad ulteriora procederet, esset processus ipso Iure nullus, n. 10.

Et impeditur ex ea exequutio, nu. 12.

Ampliatur primò, etiam si ageretur de incusatione obligationis penes acta Curiæ stipulatæ, num. 13.

Secundò si ageretur, de instrumenti liquidatione ad formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in Regno Neapolis, n. 14.

Tertiò si de apoca bancaria solutione tractaretur, num. 15.

Quartò ampliatur, ut neque submonitio sit hodie in Regno Neapolis necessaria, n. 16.

Quintò, ut omnes qui reperiuntur in exercitu, gaudeant hac exceptione, n. 17. 18. & 19.

Sextò ampliatur, ut hæc exceptio sit favorabilis, tanquam favore publicæ utilitatis, principalitèr introducta, n. 20. 21. & 22.

Septimò ampliatur, ut locum habeat, etiam si lite contestata, & post conclusum in causa Milites proficiscantur ad bellum, n. 23.

Octavò ampliatur, ut procedat, non solùm in militantibus in exercitu terrestri, sed etiam in mari, n. 24.

Nonò in Nautis, atque Remigibus Milites, & exercitum vehentibus, n. 25. 27. & 28.

Decimò in artificibus omnibus in bello necessarijs, pro armis, vestibus, pane, & similibus faciendis, n. 26. & 30.

Undecimò procedit etiam in militibus, nedum equestribus, sed pedestribus, n. 31. & 32.

Duodecimò competit in Ius vocato, sive actor sit, sive reus, num. 33.

Decimotertiò, sive litiget per se, sive per procuratorem, n. 34. 35.

Decimo quartò competit etiam bannitis, & forbannitis in exercitu militantibus, n. 36.

Decimoquintò Militibus per substitutum servientibus, n. 37.

Decimosextò Baronibus ad Generale Regni Parlamentum vocatis, n. 38.

Decimo septimò eorum Procuratori ad Parlamentum misso, n. 39.

Decimo octavò Baronibus Adoham solventibus pro militari servitio, n. 40.

Decimononò Feudatario, etiam non in capite, sed sub Barone servienti, n. 41.

Vigesimò prodest uxori conventa super dote à viro retenta, num. 42.

Vigesimo primò litis consortibus in causa individua, n. 43.

Vigesimo secundò fideiussoribus, n. 44.

Vigesimo tertiò contra mulierem pro dote agentem, n. 45. & 47.

Vigesimo quartò contra alium Militem, paritèr privilegiatum, n. 46. 48. & 49.

Restringitur Primò hæc exceptio hostica, ut non habeat locum in hijs, quæ dilationem non recipiunt, n. 50. 51. 57. & 58.

Secundò limitatur, ut non obstet pro debitis, aut delictis in exercitu contractis, & commissis, num. 59.

Tertiò cum agitur de exequutione census ad formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ de censibus creati, n. 60.

Quartò in iudicio spolij, n. 61.

Quintò in militibus, qui post submonitionem delinquunt, n. 63. & 64.

Sextò in militibus, qui carcerati reperiuntur ante submonitionem, n. 65.

Septimò quando fuit hosticæ exceptioni renunciatum, n. 66.

Quo tamen casu, Regni Prorex dispensare solet contra renunciationem, nu. 67.

Octavò non competit absentibus causa Reipublicæ, n. 68.

Nonò occupatis in Regno pro custodia Castrorũ, sive Arcis, alterius loci, n. 69.

Decimò substituto, n. 70.

Undecimò, nec uxori, virum in Castris non sequenti, n. 71.

Nisi conveniatur super dote, n. 72.

Duodecimò nec Authori laudato, ad impediendam litem inter actorem, & reum, n. 74.

Nisi Author laudatus susceperit in se iudicium, n. 75. & 76.

Decimo tertiò, nec obest militi submonito, contra suos debitores agenti, n. 77.

Licèt ex tunc, neque ipse illa gaudeat ab alijs conventus, n. 78. & 79.

Et potest ab eisdem, contra quos egit, reconveniri, n. 80.

Nisi illos convenerit, necessitate compulsus, ut

quia eos, cum sua pecunia fugientes capi fecit, n.81. & 84.

Vel cautionem damni infecti petijsset, pro domibus viciniє, minam minantibus, n.82.

Decimo quartò, non admittitur contra Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, n.85.

Decimo quintò nec post sententiam, ad impediendam exequutionem, n.86.

Decimo sextò nec ad beneficium stipendiariorum Militum, voluntariè ad exercitum accedentium, lite iam cœpta, n.87.

Nisi propter eorum strenuitatem fuissent à Curia stipendiati, n.88.

Decimo septimò, nec militibus, non stipendiatis sive Avventurerijs competit regulariter, n.89.

Decimo octuvò, nec illis, qui post litem motam voluntariè accedunt ad bellum, nu.90. usque ad 100.

11 *Nullum est ipso Iure, quod contra legem fit.*

29 *Nauta & remiges, qui Milites vehunt ad bellum, gaudent privilegijs Militum.*

52 *Hæres durante trimestri tempore ad conficiendum inventarium, non potest à creditoribus hæreditarijs molestari.*

Fallit in ijs, quæ dilationem non recipiunt, num.53.

Et quid si ipse hæreditarios debitores conveniat, an eadem sibi obstet exceptio? remissivè, n.83.

54 *Argumentum validum est ab exceptione hæredi competente, ne conveniatur durante trimestri tempore ad inventarium conficiendum, ad exceptionem hosticam militibus competentem, & n.56.*

Quando diversa non militat ratio in utraque, num.55.

62 *Miles esse non poterat de Iure Communi, censibus obnoxius.*

73 *Maritus est dominus dotis, constante matrimonio.*

92 *Miles voluntariè ad bellum accedens in fraudem litis motæ, non habet in integrum restitutionem.*

93 *Legatus, qui lite iam mota legationem suscepit, in integrum non restituitur.*

94 *Absens causa Reipublicæ, postquam fuit de crimine accusatus, non habet restitutionem in integrum.*

96 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani refertur, & num.98.*

97 D. Didacus Varela Regius Consiliarius *laudatur.*

CAPVT LXII.

De Hostica exceptione Militibus competente, ad ornatum *Constitutionis Regni*, quæ incipit: *Hostici exceptionem, in Rubr. de exceptione hostica proponenda.*

Militaris disciplina, propter pacem in Republica tuendam summopere necessaria, iuxta notata in *l. mulierem 13. §. milites, ff. de excusationib.* quàm plurimis fuit à Iure privilegijs
2 decorata, ut alijs prætermissis recenset elegantèr *Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi p.9. consider.47.* & aliqua colligunt *Reg. Rovit.* & post eum *Novar. in tit. pragmatic. Regni Neap. Mile-*
3 *tib.* signantèr verò hostica exceptio, Militibus in Regno Neapolis concessa reperitur, qui sub-
4 moniti, ut vadant ad exercitum pro Rege pugnaturi, in Ius vocati fuerunt, ut per quinde-
5 cim dies à submonitionis tempore decurrendos ad iter arripiendum, pro toto tempore, quo in exercitu commorantur, & per alios quindecim dies postquàm reversi fuerunt, supersederi de-
6 beat; neque procuratorem relinquere teneantur in causa, tàm civili, quàm criminali, ut in
7 *Constitutione* incipiente: *Hostici exceptionem, sub tit. de Except. hostica*, ubi ita declarat *Afflict. num.17.* & in *Rubrica*, dicit à Longobardorum
8 Iure originem duxisse hanc exceptionem ex Longobarda, quæ incipit: *Et hoc diffinimus, sub*
9 *tit. de Exercitalib.* quam tamen in multis esse correctam affirmat à prædicta Regni Constitutione, ut ex eo adnotavit, etiam *Ioan. Antonius de Nigris in cap. Regni si Comes 215. num.4. in tit.*
10 *de hostica except.* Vnde opposita hac exceptione, atq; probata, si Iudex ad ulteriora procederet esset processus ipso Iure nullus; quòd enim
11 contra legem fit, ipso Iure non valet, *l. non dubium 5. C. de legib.* ut in specie ex eisdem *Afflicto, & de Nigris* deducit *Giurba in decis.118. n.*
12 10. ubi *num.9.* quòd ex ea impeditur exequutio.
13 Idque procedere etiam, si ageretur de incusatione obligationis apùd acta Curiæ stipulatæ,
14 vel de instrumenti liquidatione ad formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ in Reg. Neapolis, aut
15 Apocæ Bancariæ solutione, probant alijs relatis *Novar. in q. forensi 159. num.3. p.1. Angelès in add. ad Foller. in pract. crimin. in verbo Andiantur excusatores, num.19. Donadeus in tract. de renunciat. tomo 1. cap.49. num.34. & 36.* & ibi-
16 dem *num.30. & 35.* ampliat, ut neque submonitio sit hodie in Regno necessaria, sed omnes,
17 qui reperiuntur in exercitu gaudeant hac ex-
18 ceptione, quamvis non coactè, sed voluntariè militarent tempore litis motæ, ut in specie affirmant *Reg. de Tappia in lib.3. Iuris Regni, su-*
per

per ead.Constit. Hostici, num.5. & seqq. qui ita
19 refert iudicatum in S. C. Neap. in causa Illu-
stris Principis Avellini, cum Octavio Pisano,
& post eum Thor.in Compend.decis. Regni p.1. in
verbo Exceptio hostica, in novissima editione fol.
mihi 187.& iterum hoc fuisse decisum in causa
Illustris Principis Sarriani, testatur idem Thor.
in eod.compend.decis.p.2. verbo Submonitio.

20 Est autem hæc exceptio favorabilis, quia
favore publicæ utilitatis fuit principalitèr in-
21 troducta, ne litis timore Milites militiam de-
serere cogantur, atque ita distrahantur à servi-
tio militari, cuius causa absunt, ut post Afflict.
in d. Constitutione, num 8. docuerunt Frecc. in
tract.de subfeud.lib.2 86 nu.1. alijque per Giurb.
relati in decis.118.num.10. idem voluit Capyc.
in investitura feud. in verbo Feudatariorum Ex-
ceptiones, in vers.Hostici exceptione potiuntur;
22 ex hoc inferens, eam esse ampliandam per text.
in l.eum quidam 19. ff. de liber. & posthum. &
23 procedere etiam si lite contestata, & post con-
clusum in causa, Miles proficiscatur ad bellum,
ex Andrea in d.Constit. ubi Afflict. ita dicit vi-
disse servari, ut refert Præs.de Franch.in d.decis.
24 num.3. atque locum habere, non solùm in mi-
25 litantibus in exercitu terrestri, sed etiam in
mari, & in nautis, atque remigibus, quod con-
firmat Freccia in loco relato, num. 16. & post
eum Gallupp.in Praxi S.C.p.1.cap.6.nu.34. com-
26 petit enim hæc exceptio etiam artificibus in
bello necessarijs, qui ad exercitum accedunt
27 pro faciendis armis, vestibus, pane, & simili-
28 bus; unde & nautis, atque remigibus, qui exer-
citum, & Milites ad bellum vehunt, cum eadem
pericula patiantur, tanquàm in eodem militari
29 exercitu servientes, & proinde ijsdem Militum
30 privilegijs potiri debeant, dummodò de hac
eorum necessitate constet per fidem Præpositi
Exercitus, ut ex Afflicto in eadem Constitutione
Hostici, n.5. deduxerunt Manson. in tract. de exe-
quutivis, limitat.8.num.17. Donadeus in loco re-
31 lato num.31. & seqq. nedum verò æquestribus,
sed pedestribus quoque Militibus hostica ex-
32 ceptio conceditur, sicut, & cœtera militaria
privilegia, ut ex Ripa in l.Centurio, num.11. ff.
de vulg.& pupill.substit. voluit Præs. Mormilis
in singularibus notabilibus in Regni Neapolitani
Constitut.super d.Constit.hostici n. 2.

33 Competit igitùr exceptio hostica, in Ius vo-
cato, sive Actor sit, sive Reus, ut ex Isern.in re-
lata Constitut. affirmat Reg.Capyc.Latro in decis.
136.num.23.& seq. lib.2. & ex Afflicto Giurba
34 in d.decis.118.num.8. sive litiget per se, sive
per procuratorem, Iacob.Rebuff.in l.in Sacris 12.
num.11. C. de proximis Sacror. Scrinior.lib.12.
quem sequuntur Freccia ubi supra num.17. &
Novar.in qu.forensi 57. num.3. lib.1. quidquid
35 contrarium teneat Gallupp.in pracit.cap.6.n.34.
motus ex Cap.Regni si Comes, ubi hoc non pro-
36 batur; etiam bannitis, & forbannitis in exerci-
tu militantibus hæc exceptio competit, ut ex
text.d.Constitutionis in §. bannitos ait Capyc. in
37 loco relato; & Militibus, per substitutum quo-
que servientibus, ut ibi, & per Novar.d.q 57.
num.3.vers.Similiter, aliosque apud Giurb. in d.
decis.num.23. & 26. ubi num.7.& 8.& num.27.
38 ampliat in Baronibus ad Generale Regni par-
lamentum vocatis, sive submonitis, & in eo-
39 rum procuratore ad parlamentum misso, & in
40 Baronibus adoham quoque solventibus pro mi-
41 litari servitio, ac in feudatario non in capite,
sed sub Barone serviente paritèr locum habere
dicit Capyc.in vers.Hostici in verbo Feudatarius,
42 atque prodesse uxori conventæ super dote à
viro retenta, docuerunt Afflict.in pracit.Constit.
num.23. alijque adducti per Consil. Pratum in
lib.1. discept.forens.cap.20. num.17. litis etiam
43 consortibus in causa individua Crassus in tract.
de exceptionib. except.3.num.22. Consil.Staiban.
in novissimis observat. ad eius resol. forenses cap.
66. num. 5. lib.1. ubi num.4. quòd proderit
44 etiam fideiussoribus post Ricc. in collect. decis.
s373.p.4.& de hoc adest littera Regis Roberti,
quam refert ad verbum de Bottis in addit. ad
45 Constit. Hostici; adeo enim favorabilis hæc ex-
ceptio reputatur, quòd contra mulierem, etiam
46 pro dote agentem opponitur, & contra alium
Militem paritèr privilegiatum, ut de primo te-
47 stis est Præs.de Franch.in decis.286.num.1.& 2.
& nu.7. quem sequitur alijs relatis Consil. Prat.
in d.cap.20.num.6.& seqq. post Giurb.in relata
48 decis.118.num.19.& seqq.& de secundo loqui-
tur Bellugain Speculo Principum in Rub.11. de
Guidaticis §.& primo videamus, sub num.4. ver-
sic. sed in contrarium, Capyc in d. verbo Hostici li-
mit.2.Crassus in d except.3.num.26. idem Giurb.
49 num.8. licèt contrarium teneant Mormilis in
d.Constitut. in fine, & Donadeus in d.cap.49.à
num.21.

50 Sed locum non habet hostica exceptio in hijs,
quæ dilationem non recipiunt, quia fortè mo-
51 ra esset grave damnum allatura; idque per ea,
52 quæ voluerunt DD.in materia exceptionis hæ-
redi competentis, ne conveniatur à creditori-
bus hæreditarijs durante spatio trium men-
sium à lege constituto ad conficiendum Inven-
tarium, per l.fin.§.donec, C. de Iure delib. quam
53 sanè exceptionem ab hærede obijci non posse
diximus in hijs, quæ non recipiunt dilationem,
in pracedent.cap.26. num.53. validum enim est
54 argumentum ab exceptione d.§.donec, ad ex-
55 ceptionem hosticam, quando diversa non mi-
litat ratio in utrsque, ut colligitur ex traditis
per Præs.de Franch.in d.decis.286. num.4. & 5.
& num.8 versic.Nec obstat, & per Mormil super
d.Constitutione Hostici, nu.4. ubi arguit ab una
56 exceptione ad aliam. Ideòque si testes ad fu-
57 turam rei memoriam essent examinandi, ne
58 probatio pereat, quia de re dilationem non pa-
tiente agitur, hostica exceptio non obstat, ut
fuisse in S. C. Neap. decisum testatur Iacobus
Anellus de Bottis in addit. ad prædictam Consti-
tu-

tutienem. Hoſtici, *verſic. ad hanc Conſtitution:*
quam refert *Thor.in compend.decis.p.1. in verbo*
Exceptio hoſtica, an militet, fol.mihi 187.
59 Item pro debitis, aut delictis in exercitu
contractis, atque commissis, exceptio præfata
non obstat, ex verbis expressis prædictæ *Con-*
stitutionis hoſtici, ibi: *Salvis per omnia his, quæ in*
exercitu contrahuntur, aut committuntur, ad
quæ præsentem non extendimus Sanctionem, ut
ibi observavit *Afflict. num.* 26. *Capyc. in Investi-*
tura in d.verb. Hoſtici, limitat. 3. ſicut nec obstat
60 contra exequutionem census ad formam *Bullæ*,
ac Regiæ Pragmaticæ de censibus, creati; nec in
61 Judicio spolij, ut post alios affirmavit *Giurba*
ita decisum referens in Regno Siciliæ in *decis.*
118. *supra citata, num.* 31. *& seq.* & refert *Consil.*
Staiban. in observ. ad dictum caput 66. *num.* 2.
62 & 3. nam & censibus obnoxios ad militiam
accedere non potuisse de iure communi per
*l.3.C.de Tironibus lib.*12. observat *Petra ad Ca-*
*pyc.in decis.*76.*num.*1.*in fine.*
63 Neque Militibus, qui post submonitionem
64 delinquunt, etiam in possessionem turbando,
vel destituendo prodest hæc exceptio, ut in *cap.*
Regni si Comes, ubi notat *Ioann. Antonius de Ni-*
gris post *Afflict. in eadem Constit. Hoſtici num.* 10.
& in *decis.*84. *Capyc. in d.verbo Hoſtici, limitat.*
3. & in *versic. Extat Foller. in pract. crim. in verb.*
Audiantur excusatores, *num.* 23. *Reg. Tapp. in*
d.Constit. Hoſtici, num. 16. *Ricc. in collect. decis.*
2293.*p.*6. sic neque Militibus competit, qui
65 carcerati reperiuntur pro causa civili, vel cri-
minali ante submonitionem, ut tenet *Manson.*
in d.tract.de causis exequutivis, limit. 8. *num.* 28.
*Reg. Sanfelic. in decis.*363. *n.*6.*lib.*3.
66 Rursus opponi non potest hostica exceptio,
quando illi fuit in instrumento, vel obligatio-
ne renunciatum, ut post *Frecc.* dicit *Præs. de*
Franch. in decis 164. *num.* 9. quem refert *Ricc.*
*in collect. decis.*17.*p.*1.*&* 1373.*p.*4. alijque relati
per *Regent. de Marin. in observ. ad decis. Reg. Re-*
verterij 483. *num.*1. quibus addi possunt *No-*
var. in q. forensi 76.*p.*1. *Donadeus in præcitato*
*tract. de renunciat. cap.*49.*num.*37. *&* 41. & ita
sæpè iudicatum in S.C.Neap. & in R.C.S. eius-
dem Regni testatur *Mormil. in d.Const. Hoſtici*
67 *num.*1 quo tamen casu cautela est pro con-
ventis, ut eorum nomine adeatur Excellentis-
simus huius Regni Prorex, qui mandare solet,
quòd hostica exceptio admittatur, non obstan-
te renunciatione, etiam iurata, & quòd in cau-
sa supersedeatur, durante Regio servitio, ut
pluries servatum, & obtentum fuisse refert *Fran-*
ciscus Antonius de Iudice Roberto in pract. li-
*quidat. instrument. considerat.*4.*num.*65. *& seq.*
quem postea citant *Galter. in eadem praxi in* 2.
*p.*3.*partis principalis Rub.*1. *num.*26. *Thorus in*
*voto decis.*84.*num.*243.
68 Absentibus verò causa Reipublicæ in uni-
versum hanc exceptionem non competere, de-
cisum fuisse affirmat in Regio Collaterali Con-
silio *Reg. Reverter. in decis.*288. ubi *Reg. de Ma-*
rin. in addit. num 1. ex rationibus ibi allegatis;
69 nec in Regno occupatis pro Custodia Castro-
sum, sive Arcis, aut alterius loci, ut probat *Thor.*
in voto decisivo 20. *a num.* 34. *& in* 3.*p.compend.*
70 *decis. in verbo Exceptio hoſtica* 1. nec substituto
competere hujus exceptionis oppositionem,
post *Isern. in d.Const.* firmat *Capyc. in investitura*
71 *in d. verbo Hoſtici, limitat.*4. nec uxori virum
72 in Castris non sequenti *Capyc. decis.* 76. *&* 172.
73 intelligendo, cum non convenitur super dote,
cuius dominus vir esse dicitur, constante matri-
monio, ut ex *text. in l. doce ancillam* 9. *C. de rei*
vendic. declarat *Donadeus in d.cap.*49. *num.* 16.
& nos supra diximus in ampliationibus, neque
74 authori laudato prodest hæc exceptio ad im-
pediendam litem inter actorem, & reum, ut
post alios probat *Giurba in decis.*118. *num.*34.
quem sequitur *Cons. Staiban. in addit. ad relatũ*
75 *cap.*66. *num.*6. nisi author laudatus susceperit
76 in se iudicium, quia tunc habetur loco rei, ut
ex *Anna in singul.*177. intelligit *Reg. de Marin.*
in addit. ad decis. Reg. Reverterij 406.*n.*1.
77 Quod si Miles ad exercitum ire submonitus
contra suos debitores agat, non impeditur ex
78 hostica exceptione, licèt ea non gaudeat con-
79 tra alios secum agere in iudicio volentes, tan-
quàm tacitè illi renunciaverit, ut decisum re-
fert in S.C.Neap. *Anna in alleg.*75.*p.*2. & in Re-
gno Siciliæ idem iudicatum affirmat *Giurba in*
80 *d.decis.*118.*num.*15. Unde potest etiam ab eis-
dem, contra quos agit, reconveniri, nisi illos
81 convenerit, necessitate compulsus, quia eos ca-
pi fecit cum sua pecunia fugientes, aut cautio-
82 nem damni infecti petijsset pro domibus vici-
83 nis ruinam minantibus, ut in hærede hoc
agente, durante trimestri tempore dicit, *Angel.*
in l.1.§.hæc stipulatio, num 16.*versic. Tertio fallit*
ff.si cui plusquam per legem falcidiam, ubi ita
84 pluries de facto practicatum, & iudicatum fuis-
se testatur, & sequitur eum in terminis proposi-
tæ exceptionis hosticæ, *Mormil. in d.Const. Ho-*
*stici, nu.*3.*versic. an Miles.*
85 At contra Ecclesiam, & Ecclesiasticas perso-
nas, hosticam exceptionem opponi non posse,
latè probat ex pluribus *de Marin. in lib.*2.*resol.*
*Iuris cap.*24. & confirmat in *addit. ad decis. Reg.*
86 *Reverter.*288.*num.*1. sicut neque post senten-
tiam admitti ad impediendam eius exequutio-
nem, voluerunt *de Franch. in decis.*286.*num.* 8.
*Tappia in d. Const. num.*14. & decisum testatur
*Giurba in d.decis.n.*17.*& seq.*
87 Præterea stipendiarijs Militibus, quos vulgò
dicimus: *soldati pagati*, voluntariè accedenti-
bus ad exercitum lite iam cœpta non prodesse
88 hosticam exceptionem, nisi propter eorum stre-
nuitatem fuissent à Curia stipendiati, voluit
Capyc. in relato verbo Hoſtici, quem refert, & se-
quitur *de Franchis d.decis.n.*6. *Tappia d. Constit. ut.*
89 *num.*4. nec Militibus non stipendiaris, sive
Avventurerijs, eam regulariter competere, ex
tra-

traditis per *Ripam in l. Centurio, num. 11. ff. de vulg. & pupill.* tenet *Mermelis super eadem Constitut. Hostici, n. 2.*

90 Tandem illis non competere hanc exceptio-
nem, in facti contingentia observavimus, qui
post litem motam voluntariè accedunt ad bel-
91 lum, quasi tunc videantur in fraudem litis mo-
tæ, commodum illud affectare, argumento eo-
rum, quæ notantur in *l. item hi 4. & in l. sed &
qui data opera,* supra iuncta *glossa in verbo matu-
riùs, ff. ex quibus causis maiores,* quòd Milites in
92 fraudem litis motę voluntariè ad bellum pro-
ficiscentes, maturiùs, quàm oportet, sa ultro
Reipublicæ offerendo non habent in integrum
restitutionem Militibus regulariter concessam,
93 & conferunt ea, quæ notantur in Legato in *l.*
94 *eumdem 16. ff. de legationib.* & in absentibus cau-
sa Reipublicæ ad evitandam criminis accusa-
tionem, in *l. si maritus 15. § legis Juliæ, ff. ad leg.*
95 *Iul. de adulter.* & ita voluerunt in terminis
prædictæ *Constitutionis Hostici, Isernia* ibidem in
*princip. Afflict. num. 2. Niger in cap. Regni si Co-
mes 215. num. 9. Foller. in pract. crimin. in verbo
Audiantur excusatores, num. 22. de Franch. in*
96 *preallegata decis. 286. num. 6.* & ita obtinuimus
in S.R.C. Neap. pro Fulvia Boccuta Caracciò-
la in causa cum Didaco Boccuto, quòd proce-
deretur ad ea, quæ incumbunt in causis, opposi-
ta exceptione hostica non obstante, sub die 15.
97 Maij 1634. ad relationem *D. Didaci Varela Re-
gij Consiliarij* numeris omnibus absoluti, qui po-
stea fuit eiusdem Sacri Consilij Decanus meri-
tissimus, & facto verbo loco reclamationis, ad
instantiam prædicti Didaci conventi, fuit de-
98 cretum Sacri Consilij confirmatum die 30. Iu-
nij eiusdem Anni. Speta Actuarius, confert *de-
cisio* de Anno 1629. relata per *Thor. in 3. parte
Compendij in verbo Exceptio hostica 2.* & aliam
99 decisionem de Anno 1646. adducit *Consiliar.
Staiban. in resol. forensi 66.* quam refert etiam
Consiliarius Pratus, qui fuit contrariæ partis
100 Advocatus in *discept. forensi 20. lib. 1.* verum
si de ordine Regis, etiam post litem cœptam,
aliquis proficisceretur ad bellum, gaudet ho-
stica exceptione, quia si non coactè, tamen de
Principis voluntate abest, iuxta terminos de-
cisionis relatæ per *Thor. in d. compend. decis. p. 2.
in verbo Submonitio,* ad quod optimè facit *text.
in l. si cui 38. ff. ex quibus causis maiores.*

R E R V M   S V M M A.

1 *Actor, & reus tenentur in iudicio deponere tan-
quàm principalis.*
*Et respondere super capitibus, sive positionibus,
ab adversa parte productis, n. 2. & 3.*
4 *Depositio principalis est in Regno Neapolis fa-
cienda sine præsentia procuratoris, vel Advo-
cati.*
Ac sine temporis intervallo, n. 5.
Per verbum credo, *vel* non credo, *n. 6.*
*Et peti non potest post conclusionem in causa
factam, n. 7.*
8 *Deponere tanquàm principales tenentur Ab-
batissa, & Moniales in causa Monasterij.*
*Si facti circumstantiæ hoc expostulant, num. 9.
& 10.*
11 *Depositio principalis est in loco iudicij facienda.*
*A quo si principalis absit, suis sumptibus venire
tenetur, n. 12.*
*Vel eius sumptibus recipienda committitur in
loco ubi degit, num. 13.*
14 *Depositio nedùm à principali, sed etiam à pro-
curatore fieri debet.*
*Licet ille assistere prohibeatur in depositione prin-
cipalis, n. 15. usque ad 18.*
19 *Depositio, ut a procuratore principalis nomine
fieri possit, speciale requiritur mandatum.*
*Cuius vigore ad deponendum admittitur, & iu-
randum in animam constituentis, n. 20.*
*Et per eum, tanquàm organum dominus respon-
dere tunc, atque iurare videtur, n. 21.*
*Sed specialissimum, desiderari mandatum, ad sic
respondendum alij voluerunt, n. 22.*
Vel saltem, cum libera sufficit, n. 23.
*Maximè quando calumniosa detegerit, deposi-
tionis principalis petitio, n. 24.*
Quæ non est admittenda, n. 25.
26 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refer-
tur.*
27 D. Thomas de Franchis, *Regius Consiliarius
Sacri Consilij Neapolitani commendatur.*
28 *Declaratio circa usum testium, & scripturarum
est ab actore, vel reo in iudicio facienda, altera
parte instante, ex Iure Neapolitani Regni.*
Sub pœna falsi, n. 29.
Et amissionis causæ, n. 30.
*Dummodò petatur infra quindecim dies à pu-
blicatione pro testibus, ut n. 31.*
Et pro scripturis a notificatione illarum, n. 32.
33 *Procurator cum specialissimo mandato esse de-
bet, ad sic declarandum, in declaratione circa
usum testium, & scripturarum, ubi laudatur*
Illustrissimus Episcopus Dom. D. Franciscus
Verde.

C A P V T   LXIII.

De Depositione principalium in iudicio facienda, ad *Rubricam ff. de interrogatoriis actionibus.*

1 ACtor, sive Reus tenentur in
iudicio ad omnem adversæ
partis instantiam depone-
2 re, tanquàm principalis,
super capitibus, seù posi-
tionibus ab ea productis,
3 ut relevetur ab onere pro-
bandi, tàm inspecta Iuris Communis dispositio-
ne, ex toto *tit. ff. de interrogat. act. & cap. 2 de
con-*

confessis in 6. quàm ex Regni Neapolitani
Iure, per *Ritus M.C.V.70.79.& 93.* & *Regiam
Pragm.8.sub tit.de ordine iudicior.* ubi sine pro-
4 curatoris, vel Advocati præsentia, statuitur esse
5 à partibus ipsis sine temporis intervallo, re-
6 sponsionem faciendam, per verbum, *credo*, vel
non credo, ut notant *Reg.Sanfelic.in prax.iudic.
sect.48.num.19.Consiliar.Gizzarell.decis.63.nu.*
2. ubi *Mele in addit.num.4.Consiliar. Hodiern.
ad Surd.decis.17. num.1.* aliijque quos sequitur
D.Sceppa in observat.ad decis.Gratian. observat.
147.*ex num.1.& observat.227.num.13. ac in
addit.ad Nicolin.in prax.civil.pag.57. num.10.*
& novissimè *D.Pisanus in addit.ad Goffred. de
Gaeta ad Ritus Reg.Camer. Summar. rubr. 23.
num. 10.* quam praxim à communi Iure de-
sumptam, ait *Reg.Rovit.in Commento ad eam-
dem Pragm.num.2.*per *text.in l.2. §.quod obser-
7 vari,C.de iuram. calumnia*, & hanc principalis
depositionem peti non posse, neque concedi,
post conclusionem in causa factam, nisi super
novis, non calumniosè petatur, fuit eodem
Neapolitani Regni Iure dispositum in *pragm.*
4.sub *tit.de dilationib cap.7.*

8 Tenentur verò deponere tanquàm principa-
les, etiam Abbatissa, & Moniales in causa Mo-
9 nasterij, si facti circumstantiæ hoc expostulaot,
10 ut quia de facto antiquo ageretur, quod senio-
res Moniales magis scire possunt, ut practica-
tom refert in eodem S. C. Neap. *Thor. in com-
pend.decis.Regni Neap.p.3.in verbo Deponere an
teneantur omnes de Collegio*, quem refert, & se-
quitur *Novar. in collect.decis.* super *pragm.8. de
ordine iudicior. n.13.*

11 Debet autem principalis deponere, ac re-
spondere in loco Iudicij, à quo si absit, suis
12 sumptibus venire tenetur, vel examinatorem,
13 sive locorum Officiales admittere, quibus eius
depositionem recipere iubetur, ut ex *Afflicta
in decis.177.* & alijs declarat *Gallupp. in praxi
Sacri Consilij p.2.cap.19.num.17. & seqq.* & ibi
14 *num.23.cum seqq.* cogi posse ad deponendum
affirmat, nedum principalem, sed eius quoque
procuratorem ad procuratorio nomine depo-
15 nendum, licèt ei in depositione principalis
16 assistere prohibeatur ad removendam falsita-
tem, quam cum eius consilio, principalis com-
17 mittere possit; melius enim principalis depo-
nentis verba procurator præsens consideret, ad
eum malè verba proferentem, corrigendum,
quàm verba à se ipso prolata; ut dicitur in vi-
dente ludere ad ludum schaccorum, quòd me-
18 liùs vincendi modum cognoscit, quàm ipse
lusor, per *gloss.in l.error, in princ.C.de Iuris, &
facti ignorant.*

19 Sed ut procuratoris depositio valeat, & offi-
ciat principali speciale mandatum ad depo-
nendum principalis nomine requiri, ut eius vi-
20 gore ad deponendum admittatur, & iurandum
21 in animam constituentis, eum per eum, tan-
quàm per organum, tunc ipse Dominus iurare,
& respondere videatur per *text. in l.qui autem
14.in fine cum l.seq.ff.de constit.pecun.* & in *cap.
presentium 2. de testib. lib.6.* affirmant *Bart.in l.
qui bona §.si aliene,num.25. ff.de damno infecto
Ursill. ad Afflict. in decis. 92. & 148. num.ult.
D. Altimar. ad Reg. Revit. decis.34.in princip.*
22 alij verò ex *Ritu* prædicto *Magnæ Curiæ Vi-
caria 93.* specialissimum desiderari volunt man-
datum, ad sic respondendum, ut fuisse in S. C.
Neap. decisum testatur *Reg. Rovit. in decis.34.*
quem referunt, & sequuntur post alios *Dom.
Consiliar. Petra in Commentarijs ad præd. Ri-
tum 93.num.3. & Consiliar. Pratus in addit.ad
Muscatell.in practica civili lib.1.p.3.in gl.here-
ditaria, & p.5.in gl.legaliores, ad num.30.* licèt
23 sufficere mandatum cum libera sustinuerit, at-
que iudicatum postea retulerit in *lib.3. discept.
24 forens.cap.12.* maximè quando calumniosa de-
tegitur, depositionis petitio super capitibus
25 non relevantibus, quæ non est admittenda, ut
ibi *n.18.* secundùm limitationem à *Reg. Revita*
positam *ex Præside de Franch. in decis.220. nu.
6.& 7.*

Iuxta quam limitationem indicavit idem
Sacrum Consilium Neapolitanum in causa
26 Mariæ Ros contra D. Magdalenam Vincenti,
petentem in termino secundi beneficij princi-
palis actricis depositionem, non obstante de-
positione procuratoris cum speciali mandato
ad deponendum super articulis præfoctis, &
in eodem mandato insertis, quia non erat ad
sic deponendum; cum enim pro actrice fuisset à
nobis allegatum, calumniosè fuisse depositio-
nem principalis petitam, quæ in longinquis
partibus ultramarinis scilicet in Civitate Car-
thagenæ, Regni Hyspaniarum commorabatur,
& quòd mandatum in filiæ personam confe-
ctum fuerat ab actrice, unde illa ut coniuncta,
& non extranea persona scire poterat, atque
deponere contenta in articulis, seu positioni-
bus, quæ pro maiori parte concernebant, *eadem*
ab actrice in eius positionibus *articulata* in
causa principali; fuit propterea provisum sub
die 16. Ianoarij 1638. & facto verbo loco recla-
mationis, confirmatum sub die 10 Martij eius-
dem anni, quòd procedatur ad ulteriora, peti-
ta depositione principalis non obstante, ad
relationem integerrimi Regij Consiliarij *D.
27 Thomæ de Franch.* magni illius Vincentij Præ-
sidis Sacri Consilij Neapolitani filij, cuius an-
teas habemus decisiones æditas. Actuarios Fi-
gliola.

28 Declarationem verò circa usum testium, &
scripturarum, paritèr ab utroque, tàm actore,
quàm reo altera parte instante faciendam, sub
29 pœna falsi, & amissionis causæ ex dispositione
30 *Reg.Pragmatica* Regni Neapolitani 9. *sub tit.
31 de falsis*, & infra quindecim dies à publicatio-
32 nis tempore pro testibus, & pro scripturis, ab
earum notificatione petendam, ex *pragm.4.§.8.
33 sub titulo de donationib.* specialissimo similitèr
in

indigere mandato, ut per procuratorem fieri valeat, post *Menoch.in tract.de Arbitrar. Iudic. lib.2.cent.4.casu* 315.*num.*24. docuit *Muscatell.in d.practica civilis,lib.*1.*p.*6.*in gl.termino repulsæ,num.*10. quem præ alijs sequitur *D.Scoppa in addit. ad Nicolin.in prax.civil.pag* 62. *num.* 20.*& in annotat.ad Sarn.in prax.civil.p.*1.*§.*12. *num.*12.& confirmat doctissimus,omnique laude dignissimus Dominus *D. Franciscus Verde* meritissimus Vici Æquensis Episcopus *in addit. ad Gallupp.in prax. S.C. part.*2. *cap.*27.*sub num.*59.

RERUM SUMMA.

1 *Dilatio probatoria,sive terminus ad probandum incumbentia, concedi debet in iudicijs.*
*Tam de Iure Communi, quàm ex Regni Neapolitani Pragmatica sanctione,n.*2.
3 *Litis contestatio non fit in Regno Neapolis, in quo terminus vim habet litis contestata.*
*Eiusque defectus remitti censetur, n.*10.
*Et proceditur in causis absque figura iudicij sola facti veritate inspecta,n.*4.
Dum tamen pro libello præcedat talis, qualis petitio, ex qua reus deliberare possit, an cedere, vel contendere velit n. 5.
6 *Terminus in causa dari omissus vitiat processum in Regno Neapolitano.*
*Sed contrarium veriùs,n.*7.
8 *Solemnitates etiam substantiales iudicij sunt in Regno sublata.*
*Dummodò sententia ritè, ac rectè proferatur, num.*9.
11 *Dilatio certa est à Iudice danda, etiam non petita, ad lites abbreviandas.*
*Unde in Regno Neapolitano datur ex officio in omnibus causis, etsi non petatur, n.*12.
*Et quamvis non appareat, ad cuius instantiam sit assignata,n.*13.
14 *Dilatio, seu terminus probatorius, non datur in puncto Iuris,in quo proceditur sine termino.*
15 *Dilatio probatoria, quanta constitui debeat? Iudicis arbitrio remittitur, de Iure communi.*
*Qui potest iuxta loci distantiam, & qualitatem, personarum,& causa breviorem, & longiorem concedere dilationem,n.*16.
*Sed in Regno Neapolis viginti dierum statuta intelligitur,n.*17.
*Nisi extra locum iudicij sint recipiendi testes, ut num.*18.
*Tunc enim infra viginti milliaria, quindecim dierum terminus conceditur, n.*19.
*Abinde supra multiplicatur numerus per terminum quinque dierum pro qualibet dieta, num.*20.
*Et cuilibet dieta attribuantur passus viginti mille, n.*21.
*Dummodò omnis dilatio tres menses non excedat,nu.*22.
23 *Testes examinandi, cum extra iudicij locum esse à partibus nominantur, eorum audientia committitur Officialibus locorum, in quibus commorantur.*
*Quæ remissoria ad testes recipiendos, quando sit in civilibus, vel criminalibus causis concedenda, vel deneganda? remissivè n.*24.
25 *Testium receptio tàm in Urbe Neapolis, quàm extra, Iudicis arbitrio committitur in Tribunalibus Magna Curia Vicaria & Regia Cameræ Summaria.*
*Sed in Urbe Scriba causa, & in partibus Officialibus locorum committi solet,n.*26.
*Nisi aliquis ipsorum suspectus fuisset allegatus, num.*27.
*Infra tamèn biduum à die notificationis termini,n.*28.
*Absque eo, quòd alius terminus præfigatur ad dandam iistam examinatorum suspectorum, num.*29.*&* 30.
31 *Testes à Regijs Examinatoribus ad hoc deputatis recipiuntur in causis vertentibus in Sacro Consilio Neapolitano.*
*Non solùm in Civitate, sed extra,in causis valorem quinecentum aureorum excedentibus, num.*32.
*Nisi ipsi Examinatores renuncient,n.*33.
Vel duo tantùm testes recipi debeant, ut ibi.
*Et nisi causa sint Neapolitanorum, in quibus testium audientia committitur, n.*34.
*Causis tantùm criminalibus, & feudalibus exceptis,n.*35.
36 *Testes in Civitate Neapolis recipi possunt, etiam elapso termino pro eis examinandis dato, durante termino pro testibus in partibus nominatis concesso.*
37 *Testes cùm nominantur in Civitate Neapolis extra Regnum existere,prorogandus est terminus iuxta locorum distantiam.*
*Si nominans faciat depositum pecunia necessaria pro illis recipiendis, & pro pœna solvenda,quatenus nominatione non uteretur,n.*38.
*A cuius pœna deposito excusatur, si nominatione uti velle dicat, sicut si factù esset in ultimis partibus Regni, & verè in ultimis Regni partibus faciat nominationem, n.*39.
Dumtamen testes per nomina,& cognomina describat infra quinque dies post terminum, ut ibi.
*Sed etiam post quinque dies, facta nominatione testium infra Regnum, nominans admittitur ad nominandùm testes extra Regnum modo prædicto,n.*40.
*Dummodò consentire declaret, quòd terminus caperit currere in hac ultramarina dilatione à die, qua capit currere terminus infra Regnum,n.*41.
42 *Dilatio probatoria potest de partium voluntate per Iudicem abbreviari,& prorogari.*
*Vel ex aliqua iusta causa,n.*43.
*Etiam de Iure Regni Neapolitani,n.*44.
45 *Dilationes abbreviari debent, prout possibile est*

est in causis summarijs.
47 *Terminus viginti dierum ipso Iure statutus intelligitur in causis in Regno Neapol. vertentibus.*
Quòd tamen hodie non servatur, n.46.
Oportet enim, quod à Iudice concedatur, n.48.
Qui si terminum Iuris statuat, de viginti diebus intelligitur, n.49.
Sed quandoque dierum quindecim, decem, vel octo concedere solet, prout sibi videtur, num.50. & 51.
52 *Dilatio brevior est concedenda, cum causa qualitas exposcit.*
Vel conditio personarum, aut temporis, in quo mora esset periculum allatura, num.53.
Item in iudicio immissionis in possessionem hereditatis ex remedio, l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo, *n.54.*
Cum legitimus contradictor non extat, num. 55. 57. & 58.
56 *Litis contestatio non requiritur in remedio immissionis in possessionem hereditatis ex* l.fin.C. de edicto Divi Adriani tollendo, *non existente legitimo contradictore.*
59 *Dilatio probatoria est continua.*
60 *Feriati dies includuntur in termino ad probandum dato.*
Nisi totam dilationem absorberent, aut maiorem eius partem, n.61.
62 *Dies termini non computatur in termino.*
63 *Terminus ad probandum, est peremptorius.*
Et non nisi quàm semel conceditur, n.64.
Fallit primò nisi aliquid actor, libello adderet, vel novam cumularet actionem, nu 65. & 66.
Secundò limitatur, si causa ab inferiori Iudice ad superiorem avocetur, n.67. & 68.
Nisi coram inferiori Iudice, jam fuissent incumbentia in termino inducta, n.69.
Et novus terminus ad dilatandum iudicium peteretur, n.70.
Tertiò fallit, stante nova commissione causa, nu. 71. & 72.

CAPVT LXIV.

De Dilatione probatoria, ad *text. in l. 1. C. de Probationibus.*

1 Dilationem probatoriam, sive
terminum ad probandum
incumbentia, regulariter in
2 iudicijs concedi debere, ha-
bemus, tàm ex Iuris Com-
munis dispositione per *l. 1.*
C. de dilationib. quàm ex
Neapolitani Regni Iure per *Pragm.7.* quæ inci-
pit, *Post prædicta, de ord. Iudicior.* quinimò, cum
3 in Regno lis non contestetur, sed terminus ip-
se probatorius vim litis contestationis obti-
neat, ut ex *Capyc. in decis.48. sub num.4.* alijsque
pluribus probat *D. Consiliarius Petra super Ri-*
tu 48. num.5. stante *Pragm.1. sub eod. tit. de ord.*
4 *iudicior.* decernente, quòd procedatur in causis
absque figura iudicij, ac sola facti veritate in-
5 specta, dumtamen pro libello præcedat talis,
qualis petitio, ex qua reus deliberare possit, an
6 cedere velit, vel contendere? videbatur termi-
ni omissionem vitiare processum, ut post *Af-*
flict. in Const. Regni Si quis in posterum, num.33.
adnotavit *Reg. de Ponte d. consil.59. num.2. lib.1.*
7 sed contrarium in Regno veriùs esse probat *Reg.*
Rovit. in d. Pragm.7. num.10. per *Cap. Regni De-*
testantes, insertum in *Ritu 288. M.C.V.* quo tol-
8 litur solemnitas, etiam substantialis iudicij,
9 dummodò aliàs sententia ritè, ac rectè profe-
10 ratur, & sic litis etiam contestationis defectus
remitti censetur, ex traditis per *Afflict. in decis.*
283. quem sequitur post alios *Reg. de Marin. in*
observat. ad Reg. Revert. decis.273. num.1. licèt
11 causa abbreviandarum litium, dandam esse à
Iudice certam dilationem, etiam si non peta-
tur, affirmet idem *Rovit.* ibidem *num.7. & seq.*
12 *& num. 11.* atque ex hoc introductum in Re-
gno fuisse, ut in omnibus causis detur à Iudice
terminus, quamvis non petatur, & ex officio,
13 licèt non appareat ad cuius instantiam sit assi-
14 gnatus; nisi punctus esset Iuris, in quo procedi-
tur sine termino, ex *Præside de Franch. in decis.*
225. num.12. & Anna in singul.470. quos etiam
refert *Reg. Sanfelic. in praxi iudiciar. sect.46. nu.*
10. & confirmat *Reg. de Marinis lib. 1. quotid.*
resol. cap.66. num 6. Gallupp. in prax. S.C. part.1.
cap.18. num.12. & seq. & D. Scoppa ad Nicolin. in
prax. civil. pag.33. sub n.270.
15 Sed quanta esse debeat ad probandum dila-
tio? De Iure Communi est Iudicibus arbitrarium:
16 possunt enim attenta loci distantia, & qualita-
te personarum, & causæ, breviorem, aùt longio-
rem concedere dilationem, ut in præallegata
l. 1. C. de dilationib. & ex Speculat. in tit. de citat.
in §. nunc de temporum in fine, & in *§ fin. in fine*
tradit *Maranta in Spec. p.6. in tit. de dilationib.*
17 *num.15.* De Iure autem Regni Neapolis ter-
minus viginti dierum ad probandum incum-
18 bētia, statutus intelligitur, nisi partes manife-
staverint, ubi testes extra iudicij locum existen-
tes, intendant examinare: nam tunc si locus sit
19 infra viginti milliaria, terminus est quindecim
20 dierum abinde supra, multiplicatur numerus
per terminũ quinque dierum pro qualibet dieta
21 attribuendo cuilibet dietæ passuum viginti
22 mille, ita tamen, quòd omnis dilatio nume-
rum trium mensium non excedat, per disposi-
tionem *Regia Pragm.7. de ordine iudicior.* &
23 cum testes nominantur extra iudicij locum esse,
committitur eorum audientia Officialibus lo-
corum, quos testes inhabitant, ex praxi desum-
pta in *l. Iudices 17.* cum *Auth. apud eloquentis-*
simum, C. de fide instrument. de qua *Gallupp. in*
24 *Praxi S.C. Neap. p.2. cap.24.* & de hac remissoria,
ad

ad testes examinaodos, quam nos testium au-
dientiam appellamus, quando sit in causis tàm
civilibus, quàm criminàlibus concedeoda, vel
deneganda? plenè loquuntur *Farinac. in tract.
de testib.q.77. per totam, Reg. Sanfelic. in relata
sect.46. a num.18.* & *D.Consiliar. Petra ad Ritum
Magna Curia* 158. ubi *num.4. & seqq.* hodier-
25 nam Regni nostri observantiam subnectunt io
causis in Tribunalibus M. C. V. & Reg. Cam.
Summariæ, vertenribus, committendi testium
examen, tàm in Civitate, quàm in partibus, ar-
26 bitrio causæ Commissarij, qui tamen in Ube
scribam causæ, & in partibus Officiales loco-
27 rum ordinarios eligere solet, nisi repetiantur
ab aliqua ex partibus suspecti allegati, infra
28 biduum à die ootificationis termini ad hoc
statutum per *Regiam Pragmat.4. cap.10. de di-
29 lationib.* ex qua non requiritur, quòd alius ter-
minus præfigatur ad dandam listam examina-
torum suspectorum, ut fuerat Iure Communi
30 dispositum, de quo *Anna in singul.274.* Sed in
31 causis in Sacro Consillo vertentibus, testes re-
cipiuntur à Regijs Examinatoribus, Regio di-
plomate deputatis, ad Sortem eligendis ex *prag-
mat.49. cum pluribus seqq. de Offic.S.C.* nè dum
32 verò ab eis testes à Civitate recipiuntur; sed
etiam extra, io causis valorem quingentorum
33 aureorum excedentibus; nisi ipsi Examinatores
renuncient, vel duo tantùm testes recipi debe-
34 ant, ut causæ sint Neapolitanorum, in quibus
35 causis audientia committitur, exceptis causis
criminalibus, & feudalibus, ut cum *Reg. Revito*
& alijs plenè declarant *D. Petra in loco relato,
& D.Sceppa ad Nicolin. ubi supr. n.170.*

36 Durante autem termino, testium nomina-
tionis in partibus factæ, posse testes in Civita-
te recipi, licèt sit elapsus terminus datus pro
testibus in Civitate recipiendis, obstruat *Præs.
de Franch. in decis.57. num.3.* ubi etiam *num.1.*
37 *&* 2. quod etsi facta nominatione testium ex-
tra Regnum sit facienda prorogatio termini se-
cundùm locorum distantiam, facto per nomi-
38 nantem deposito pecuniæ necessariæ pro exa-
mine, & pro pœna in casu, quo nominatione
non uteretur; si tamen declaret velle ea uti, ac
39 si facta esset in ultimis partibus Regni, & verè
faciat in ultimis Regni partibus, atque testes
40 per nomina, & cognomina describat infra
quinque dies post terminum, excusabitur à de-
posito pro pœna facienda; sed facta nomina-
tione testium iofra Regnum, etiam post quin-
que dies, admittitur nominatio testium extra
Regnum modo prædicto; dummodò nominans
41 declaret consentire, quod etiam pro hac dila-
tiooe ultramatina, terminus cœperit currere à
die, qua cœpit currere terminus infra Regnum,
ut per *Reg. Revit. in pragmat. 3. de dilationibus
num.7.*

42 Potest nihilominus hæc probatoria dilatio,
vel de partium voluntate, vel ex iusta aliqua
43 causa per Iudicem abbreviari, & prorogari, ut
advertit *Borrell. in summa decis. tit.47. de dila-
44 tion. num.21.* etiam in terminis prædictæ *Regia
Pragmatica 7. de ordine iudic.* tenet *Maranta
in præallegato tit. de dilatione, num.16.* ubi, quòd
45 in causis summarijs dilationes breviari debent,
pro ut est possibile, ex *Clement. sæpè, de verb. si-
46 gnificat.* non enim servatur, quòd *Pragmat.* di-
47 cit, terminum viginti dierum ipso Iure statu-
48 tum in causis intelligi, sed oportet, quòd à Iu-
dice terminus concedatur, ut ex *Ritu Magna
Curia* 69. comprobat *Caravita* ibi *num.4.* subij-
49 ciens, terminum Iuris à Iudice datum esse re-
50 gulariter viginti dierum; sed quandoque ab
eo concedi solere quindecim, decem, aut octo
51 dierum, prout ei visum fuerit, attenta causa, &
52 loci distantia: nàm & brevior est conceden-
da dilatio, cum causæ qualitas exposcit, & con-
53 ditio personarum, vel temporis, in quo mora
esset periculum allatura, vel damnum, ut post
Ripà in l.2. n.26. ff. de re iudic. affirmat *Menoch. in
tract. de arbitrar. Iudic. lib.2. casu 52. num.9. &
54 seqq.* Item cum de iudicio agitur immissionis in
possessionem hæreditatis, ex remedio *l. fin. C. de
55 edicto Divi Adriani tollendo*, minor est dilatio
danda, si nullus extet legitimus contradictor;
56 quia tunc, nec litis contestationem requiri,
post *Bald. Aretin.* & alios docet idem *Menoch.
in tract. de adipiscenda possess. remed.4. num.551.*
57 secus esse dicens sub *num.552.* quando legiti-
58 mus contradictor extaret, quia tunc redditur
iudicium ordioarium, ut ibi.

59 Hæc dilatio probatoria est regulariter con-
60 tioua, ut dies etiam feriatos includat, nisi to-
61 tam absorberet dilationem, aut maiorem eius
partem, quo casu terminus incipit currere post
lapsum feriarum, iuxta tradita per *Marant. in
loco relato, num.18.* & per *Gallupp. in d.p.2. cap.*
62 *18. num.15.* dies verò termini non computatur
in termino, *l. eum qui Kalendis 41. ff. de Verb.
obligat.* quod latè declarant post alios *Consiliar.
Pratus in libro practic. observ. cap.40. D.Consil.
Petra super Ritu Magna Curia 119. & D.Sceppa
in observat. ad decis. Gratian. observation.124.
num.6. & 7.*

63 Et est hic terminus de Iure peremptorius, ut
non amplius, quàm semel sit concedendus, Iure
64 tàm Communi, quàm Regni inspecto, per *l. fin.
ff. de ferijs, & pragmat.2. de ordine iudic.* & no-
tant *Afflict. super Const. in pecuniarijs, num.22.
Gallupp. in praxi S.C. part.2. cap.18. num.5.* quòd
pro regula constituit *Maranta ubi supra, nu.2.
& 4.* hoc limitans sub *num.10. & 11.* Nisi actor
65 aliquid libello adderet, vel novam cumularet
66 actionem, tunc enim novam dilationem con-
cedi debere, fuisse in S.C. Neap. iudicatum te-
statur *Thor in compend. decis. Regni p.2. in verbo
67 Terminus alias datus.* Secundò limitatur, ubi
causa ab inferiori Iudice, etiam post conclusio-
68 nem factam, ad superiorem avocatur, quia no-
va est concedenda dilatio, ut apertè probatur
in *l. edictum 55. ff. de iudic.* à *Rebuffo* ad hoc al-

legata ad Constitut. *Gallia in tract. de Avocatio-*
69 *nib. num* 85. nisi iam fuissent incumbentia co-
ràm inferiori Iudice in termino concesso dedu-
70 cta, & novus terminus ad dilatandum iudicium
coràm Superiori Iudice peteretur, ut ex *glossa in*
l. fin. ff. de ferijs, cum alijs ibi allegatis declarat
Reg. Rovit. in consil. 89. num. 5. & 6. & in fine lib.
1. ubi ita decisum refert in Sacro Consilio. Ter-
71 tiò limitatur hæc regula, ut stante nova com-
missione causæ novus terminus sit impartien-
dus, ultra illum primo loco præfixum, qui ex-
72 cludere non potest Ius seu Iudicis Officium ex
nova commissione quæsitum, *l. non potest* 23. *ff.*
de Iudic. & ita post *Oldrad. in consil.* 206. tradit
Lancellott. in tract. de attentatis p. 3. cap. 24. q. 16.
num. 10.

RERVM SVMMA.

1 *Dilatio moratoria per debitores à Principe ob-tinetur.*

Vel a maiori creditorum parte, n. 2. & 3.

4 *Creditorũ maior pars, quando praeiudicet minori in remissione partis debiti? remissivè.*

5 *Dilationis moratoria a Principe, vel creditoribus obtentæ materia, remissive.*

6 *Dilatio moratoria pro quinquennio tantùm, & non ultra conceditur.*

Ob modicum praeiudicium, ex modici temporis mora resultans creditoribus, n. 7.

Quòd ampliatur, ut si pro maiori tempore concedatur, in totum nulla redditur, n. 8.

Sed fallit, quando Princeps de plenitudine potestatis hoc faceret, n. 9.

Imò eum hoc posse, usque ad triginta annos concedere, nonnulli affirmant, n. 10.

11 *Dilatio moratoria generalis a Principe concessa, an debitores Ecclesiarum, vel piorum locorum comprehendat? remissivè.*

12 *Dilationis quinquennalis iudicium, ubi a debitore laico intentatur in eius foro, non licet Clerico creditori illud declinare.*

13 *Dilatio quinquennalis, non tantùm semel, sed bis, ac etiam ter concedi potest a maiori parte creditorum.*

Non obstante contradictione creditorum non concurrentium, n. 14. & 15.

16 *Dilatio moratoria, quibus in casibus locum non habeat? remissivè.*

Non procedit contra Venetos in Regno Neapolis ex particulari privilegio, n. 17.

18 *Dilatione moratoria pendente, instrumenti etiã liquidi executio ad formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis suspenditur.*

Nec agi potest, ut debitor solvat finita dilatione, num. 19.

Aut cautionem præstet de solvendo, adveniente tempore, n. 20.

Quòd intelligendum est in dilatione à creditoribus concessa, n. 21.

Sed nec in ea, quæ à lege, vel à Principe obtinetur, cautionis præstatio servatur, ut ibi.

Licèt elapso tempore, dilationis integrum remaneant iura creditorum, n. 22.

23 *Dilatione moratoria pendente, census, & usuræ currunt.*

Maximè redditus, sive annui introitus ex stipulatione debiti, n. 24.

In dilatione à Principe concessa, num. 25.

Et idem est, in dilatione creditorum, n. 26.

Vt usuræ per stipulationem promissæ currant, & interesse damni emergentis, n. 27.

Præsertim, si iam currere cœperant ante dilationem, n. 29.

Non autem usura lucri cessantis, vel ex mora debitæ, n. 28.

30 *Dilatio debitori concessa eius personam regulariter non egreditur.*

Maximè quando certo generi personarum, utpote omnibus Cruce signatis, fuit concessa, n. 39.

Neque fideiussorem comprehendit, n. 31.

Cuius non fit expressa mentio, n. 32.

Aut tertium possessorem bonorum debitoris, num. 37.

Limitatur si debitor pro fideiussore compareret ad evitandam illius exacti molestiam, num. 33. & 40.

Vel pro alio, quem defendere tenetur, n. 41.

Etiam tertio bonorum possessore, n. 46.

Præsertim si dilatio fuit a creditoribus concessa, num. 35.

Sublimitatur primò dilatione generalitèr quoàd omnes creditores concessa, n. 34. & 43.

Sed contra, n. 45.

Secundò sublimitatur in dilatione Principis gratiosa, n. 36. & 37.

Contra, n. 38.

42 *Defensor necessarius potest reum ex Iure proprio iuvare.*

44 *Dilatio debitori concessa, futuris creditoribus non nocet.*

47 *Dilatio à Principe concessa debitori, non operatur contra sententiam in rem iudicatam transactam.*

Eoque magis, cum sententia est Sacri Consilij Neapolitani, authoritatem habens Præfecti Prætorio, n. 48.

Nisi fuerit cum clausula, motus proprij, certæ scientiæ, *vel* non obstante, *concessa, n. 49.*

Vel cum geminato rescripto, n. 50.

Ex quibus tollitur subreptionis vitium, n. 51.

52 *Rescriptum geminatum vim habet clausulæ ex certa scientia.*

Et in eo cessat subreptionis, vel obreptionis exceptio, n. 53.

54 *Geminationis effectus remissivè.*

55 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani refertur.*

56 D. Antonij Navarretta *Regiam Cancellariam Regentis laudes recensentur, & laudatur etiam* D. Nicolaus Vincentius Scoppa.

CAPVT LXV.

De Dilatione Moratoria per Principem, aut creditores concessa, ad *text. in l. quoties 2. C. de precibus Imperatori offerendis, & in l. fin. C. qui bonis cedere possunt.*

1 Moratoria dilatio, per debitores ære alieno gravatos vel à Principe solet obtineri, *l. quoties 2. C. de precib. Imperat. offerend.* vel à
2 maiori creditorum parte, *l. fin. C. qui bonis cedere possunt*, intelligendo maio-
3 rem partem pro cumulo debiti, non personarum, ut ibi declaratur, & in *l. & sunt 8. §. hodie tamen, cum seq. l. maiorem, ff. de pactis*, ubi idem
4 esse decernitur, quoad remissionem partis debiti à maiori creditorum parte faciendam, de qua *Afflict. in decis. 288. Rodriquez in tract. de concursu, & privileg. credit. p. 1. num. 10. & seqq.* de
5 utraque verò dilatione à Principe, vel creditoribus obtenta, plenè agunt *Crass. in tract. de except. except. 32. Nicolaus Genua in tract. de scriptura privata, lib. 3. in tit. de litteris inducialib. & in tit. de annalib. & quinquennalib. dilationib. Apicella in tract. de tutam. pauper. tit. 1. & 2. Salgad. in labyrinto creditor. p. 2. cap. 30. Novar.* & alij super *Pragm. Regni Neap. prima, sub tit. de cessione bonor.* ac demum *Reg. Tappia de Iure Regn. Neapol. lib. 4. rubr. 19. Consiliar. Roccus in notabilib. Mercatorum*, post eius responsa æditis *tomo 1. in tit. de Decoctione mercatorum, notabili 61. cum plurib. seqq.* & novissimè *D. Scoppa in annot. ad Sarn. in prax. civil. par. 2. ex n. 76. pag. 630.*
6 Quam dilationem pro quinquennio tantùm, & non ultra concedi posse ob modicum præiu-
7 dicium, ex modici temporis mora creditoribus
8 resultans, et si fuerit pro ulteriore tempore obtenta, in totum vitiatur, nec pro solo quinquennio valeat sustineri, post *Paul. Castrens. in l. si si debitori 21. ff. de iudic.* & in *d. l. quoties, num. 4.* firmant *Anton. Fab. in tit. C. de precib. Imperat. offerend. definit. 17.* citatus ab *Episcopo Ricc. in collect. decis. 393. p. 2. Apicella in practi. tit. 1. num. 39. & tit. 2. num. 13.* ubi limitat, nisi Princeps de
9 plenitudine potestatis, hoc indulgeret, quod eum posse longè ultra quinquennium, & multo maiora facere dicit; quinimò usque ad triginta
10 annos, quibus personalis actio durat, posse à Principe dilationem concedi, quosdam ex classicis Doctoribus, affirmare ait *Reg. Capyc. Latr. in decis. 192. num. 21. lib. 2. ex Egid. Bellamera in capit. Qua in Ecclesiarum, de constitutionib.* & an
11 sub generali dilatione à Principe ex causa, concessa, fiat etiam debitores Ecclesiarum, vel piorum locorum comprehensi, latè differit *Reg. Sanfelicius in decis. 187. lib. 2.* ubi *num. 17.*
12 quòd non liceat Clerico declinare forum in iudicio dilationis quinquennalis, idque confirmat in *seq. decis. 305. eod. lib. 2.* & ex multis concludit, atque decisum refert *D. Pisanus ad Goffred. de Gaeta in proœm. super Ritib. R. C. S. num.*
13 *23.* & quòd non tantùm semel, sed bis, ac etiam ter, concedi possit quinquennalis dilatio, à ma-
14 iori parte creditorum, non obstante recusatio-
15 ne creditorum non concurrentium, pluriès in Sacro Consilio Neapolitano iudicatum fuisse testatur *Thor. in tertia parte compend. decis. Regni Neapolis in verbo: Dilatio quinquennalis se-*
16 *mel concessa*; quibus autem in casibus moratoria locum non habeat? videndi sunt *Consiliar. Theodor. in allegat. 45. Gizzius ad Capyc. Latr.*
17 *in decis. 45. lib. 1.* & quòd non procedat contra Venetos ex particulari eorum privilegio à Serenissimis huius Neapolitani Regni Regibus concesso, decisum refert in eodem Sacro Consilio Neapolitano *Consiliar. Gizzarell. in decis. 70.*
18 Hac verò dilatione pendente, instrumenti, etiam liquidi exequutionem ad formam Ritus M. C. V. Regni Neap. suspendi probaverunt *Francisc. Anton. de Iudice roberto in tract. liquid. instrument. considerat. 4. num. 66. & Bernardinus Pandus in tract. de præsentat. & exequut. instrument. p. 5. declarat. 32. & 36.* quos sequitur *Reg. Capyc. Latr. in d. decis. 45. num. 4. & in fine*, ubi communi voto, iudicatum restatur in S. C. Neap. & *in decis. 64. num. 3. & 4. ac in sequenti*
19 *decis. 114. lib. 1.* nec agi posse ait, ut finita dilatione à creditoribus concesse debitor solvat,
20 aut cautionem præstet de solvendo advenien-
21 te tempore, licèt aliud esse dicat in dilatione à lege concessa, vel à Principe, in qua etiam, nec in Regno servari, quòd talis cautio præstetur, affirmat in *d. decis. 45. num. 17.* Sed elapso
22 dilationis tempore, integrum ius creditorum remanere, pluribus comprobavit *Carol. Maranta Episcop. Invenacensis respons. controvers. 75. p. 4.* ubi *num. 46. & seq.* quod interim dilatione
23 non obstante, censos, & usuras currere non debuisse, ex eodem *Capyc. Latro in relata decis.*
24 *45. num. 10.* ubi loquitur in redditibus, sive annuis introitibus ex stipulatione debitis, atque
25 promissis, quos interea currere ait in dilatione à Principe concessa, & confirmant *Faber in definit. 8. sub tit. C. de precib. Imperat. offerend. Consiliar. Paschal. in tract. de virib. patria potestat. p. 1. cap. 9. num. 73. Gizzius ad Reg. Capyc. Latr. decis. 114. n. 9. Salgad.* in præcitato *cap. 30. num. 49. & seq.* & ibi *num. 51. & 52.* idem et-
26 sc scribit in Induciis, seu dilatione à creditoribus debitori concessa, ut usuræ per stipulatio-
27 nem promissæ, & interesse damni emergentis, currant pendentibus induciis; quidquid sit in
28 usuris lucri cessantis, vel ex mora debitis; &
29 maximè hoc procedit in usuris, quæ iam cur-

rere

tere cœperant, prius quàm dilatio concederetur, iuxta Salyceti distinctionem in d. l. quoties num. 3. C. de precib. Imperat. offerend. quam etsi Alberic. ibi improbet nu. 20. alitèt distinguens, eumque sequutus fuerit Boer. in decis. 296. nu. 5. circa finem, eam tamen amplexum fuit Concistorium Regni Siciliæ apùd Mastrill. in decis. 16. relatum à Ricc. in collectan. decis. 8. part. 1.

30 Sed an dilatio principali debitori concessa,
eius fideiussori prosit? regula est negativa, tan-
31 quàm si dilatio personalis, quæ debitoris per-
sonam non ægræditur, nec ad fideiussorem ex-
32 tenditur, nisi in dilatione fiat expressa mentio
fideiussoris, quòd ex l. exceptiones 7. ff. de exceptionib. alijsque deducit Craßus in tract. de exception. excep. 32. num. 49. & seqq. & communem esse DD. sententiam profitetur Farinac. in pract. crimin. in tit. de carcerib. & carcerat. q. 29. num. 25. & seqq. quem citat Consil. Hodierna in addit. ad Surdi decis. 301. num. 2. hoc tamen rectè pro-
33 cedit, nisi debitor ad fideiussorem defenden-
dum compareret dilationis exceptionem proponendo, ne per indirectum à fideiussore molestetur, quo casu fideiussor, dilatione principali debitori concessa, iuvatur, ut ex Bart. Baldo, Paulo de Castro, Iasone, & alijs, docet Crassus ibidem n. 54. sequitur Carav. in Ritu 287. nu. 18.
34 ubi limitat in dilatione generalitèr, quoàd om-
nes creditores concessa, Surd. in cons. 345. num. 12. & in decis. 301. num. 16. & ex Ioan. Bapt. Thoro in compend. decis. Regni Neap. p. 1. in verbo Dilatio quinquennalis concessa, qui refert in S.C. Neap. iudicatum, probat Cons. Staiban. in resol forensi 46. num. 4. lib. 1. ubi etiam num. 6. in
35 dilatione à creditoribus concessa, hoc maximè
36 procedere affirmat, quidquid alind in dilatio-
ne par Principem gratiosè concessa, voluerint alij ibi relati, & in fine refert, idem fuisse in illa causa decisum in S. C. Neapolis, quam sententiam quotidie servari in Regijs Tribunalibus Regni Neapolitani testantur Consil. Paschal. in tract. de virib. patria potest. p. 2. cap. 9. num. 71. Gallupp. in praxi eiusdem S.C. Neap. p. 1. cap. 6. num. 24. licèt in numero pracedenti 17. in mora-
37 toria olim gratiosè concessa per suam Catho-
licam Maiestatem Illustri Principissæ Scillæ, tunc uxori Illustris quond. Ducis Nuceriæ, dicat fuisse iudicatum Illustri Duci Crosiæ tertio possessori, & laudanti Principissam in auctricem, non prodesse; quod tamen in processu
38 eiusdem causæ à nobis præmsnibus habito, non
legitur; sed & Principis dilationem fideiussori prodeße firmat Reg. de Marin. in lib. 1. resol. iur. cap. 133. num. 20. & in addit. ad Reg. Reverter. decis. 406. n. 2.

39 Idem voluerunt in fortioribus terminis di-
lationis à Principe concessæ, omnibus Cruce signatis, quæ licèt reum tantùm, non etiam fideiussorem Cruce non signatum comprehen-
40 deret; comparente nihilominus debitore, &
beneficium ex persona sua opponente pro eius interesse, ne conveniatur à fideiussore, adhuc fideiussori, etiam cruce non signato, dilationem prodesse, tradiderunt Bald. in l. tam mandatori, num. 13. versic. secundum scilicèt, C. de non numerata pecunia, Muscatell. in praxi fideiuss. p. 2. q. 9. num. 9. & seqq. Apicella in tutam. pauper. in tract. de quinquennali dilat. tit. 1. num. 81. circa medium in versic. circa secundum, Stephan. Gratian. in lib. 1. discept. forens. cap. 12. num. 2. & in fortioribus terminis D. Pisanus ad Goffred. de Gaeta super Rrib. R.C.S. rubr. 26. n. 64.

41 Quæ omnia in fideiussore disposita in omni
alio procedere, què debitor defendere tenetur, post Bald. in l. quoties in fin. C. de precib. Imper. offerend. qui refert Cynum dicentem hoc esse de apicibus Iuris, affirmant Surd. in relata dec. 301. num. 16. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 290. nu.
42 39. est enim speciale in qualibet necessario de-
fensore, ut possit reum iuvare, ex iure proprio ipsius defensoris, ut ex l. idemque 10. §. generalitèr, ff. mandati, cum concord. dicit Bald. in loco relato, & tradunt alij apud Mangil. in tract. de evictionib. q. 6. n. 10.

Hinc dilationem, sive moratoriam eidem Illustri Principissæ Scillæ novitèr concessam ab Illustrissimo, & Excellentissimo Regni Neapolis Prorege, ut minimè possit in causa concursus creditorum molestari, stante concordia cum nonnullis eorum inita, & cautione præstita de solvendo creditoribus, quolibet Anno, ducatos quindecim mille, ne dum ipsi Principissæ, verum etiam Illustri Duci Crosiæ, ab ea causam habenti, tanquam possessori Terræ Petræ Paulæ titulo emptionis ab eadem habitæ, prodesse, indubitati Iuris esse dicebamus.

43 Neque obstabat fideiußorem, sive alium in-
demnitatis creditorem, tanquàm, in dilatione generalitèr debitori concessa, comprehensum agere non posse contra principalem creditorem; quamvis fuerit à creditore exactus, quòd movit contrariam sectantes opinionem apud Barz. in decis. Bononiensi 78. & ansam dubitandi dedit Caravita super Ritu M.C.V. Neap. 287.
44 num. 18. cum enim dilatio per debitorem ob-
tenta, respectu futurorum creditorum nihil operetur, ut per text. in l. Aurelius 21. §. Caius ff. de liberat. leg. & ex communi Doctorum Sententia deducit Guido Papa in decis. 109. quem sequitur post Annam in singul. 463. Reg. Rovit. in pragm. 1. de cessione bonor. num. 31. Illustris Principissa, quæ dilationem obtinuit, necessariò Illustrem Ducem conventum, defendere tenebatur à Bernardo de Laurentio eius creditore, etiam vigore sententiæ Neap. qua fuit condemnata ad reficiendum omnia damna, expensas, & interesse, & propterea, rectè posse videbatur dilationis beneficium sibi competens opponere, ne per indirectum solvere compelleretur, mediante ipso Duce rei hypothecatæ possessore, qui cum nunquàm fuerit in creditorum concurrentium numero; sed uti futurus, &

con-

conditionalis creditor, in casu evictionis fortè sequendæ, cum ei quinquennales, sive maiores induciæ non noceant, valorem rei evictæ à principali debitore repeteret, cui propterea
45 beneficium dilationis inutile remaneret, contra notata in *l.fin. §.fin. C. de usuris rei iudicatæ*, cum concordantibus apud *Crassum in d. exceptione 32. num. 57.*

46 Præterea in tertio rei hypothecatæ possessore, diversa, quàm in fideiussore, militat ratio, & nihilominus tàm fideiussor, quàm tertius rei hypothecatæ possessor, dilatione principali concessa iuvantur, ut ex *l.fin. C. qui bonis cedere possunt*, probat in specie respectu hypothecarum, seu pignorum, pro quibus creditor habet possessorem bonorum hypothecatorum, quem convenit, *Alex. in l. & fuum §. hodie tamen, nu. 11. ff. de pactis*, ubi contrarium in remissione debiti, quàm in dilatione procedere affirmat, quòd etiam *Glos.* voluit in *l. rescripti, in verbo hypothecas, ff eod. tit. de pactis*, & ibi *Paulus de Castro, Afflict. in decis. 288. in fine*, quem sequitur *Gregorio Lopez*, alijsque additis *Rodriquez in tract. de concursu, & privileg. creditor. p. 1. nu. 20. Apicella in d. tract. de dilat. quinquennali tit. 1. num. 61.*

Ita minus obstare dicebamus, quod idem *Lucas Matthæus Apicella* tradidit *in tit. 2. de Moratoria Principis*, dum ex *Guid. Pap. in decis. 97. & Thesauro in decis. 186.* dicit, litteras mora-
47 torias à Principe debitori concessas, non impedire exequutionem sententiæ in rem iudicatam
48 transactæ, & maximè cum sententia est Sacri Consilij Neapolitani, authoritatem habentis Præfecti Prætorio, ut ex eodem *Guid. Pap.* & alijs docuit *Consil. Theodor. in alleg 45. num. 8.* stante sententia à Sacro Regio Consilio obtenta per creditorem, ex qua minus est dilationem datam obesse dicebatur, cum in ea nulla
49 fieret mentio sententiæ; hoc enim locum habet, nisi Princeps cum clausola, *motu proprij*, sive, *certa scientia*, vel *non obstante*, dilationem
50 concedat, sive per geminatum rescriptum, ex
51 quibus tollitur subreptionis vitium, ut monuit *Mauritius de Apicella in addit.* ad locum relatum *tutaminis pauperum, num. 524.* ubi allegat eundem *Lucam Matthæum de Apicella in d. tit. 2. num. 2. in versic. & geminatum*, dicentem, ge-
52 minatum rescriptum habere vim clausulæ ex
53 certa scientia, in quo omnis exceptio subreptionis, vel obreptionis cessat, iuxta notata per *Bald. in l. nec damnosa, C. de precib. Imperat. offerend.* per *text. in auth. ut nulli Iudicum §. & hoc verò iubemus*; idque latiùs prosequitur *Crassus in tract. de except. except. 14. num. 34. cum seqq.*
54 & signantèr *num. 37.* ubi alios geminationis effectus congerit.

55 Sed magis placuit S. R. C. Neap. contrariam sententiam, quòd moratoria hæc dilatio tertio possessori non profit, ad retardandam exequutionem sententiæ assistentiæ, contra cum obtentæ, ut proinde sub die 16. Novembris Anni 1650. decreverit sententiam esse, debitæ exequutioni demandandam, non obstantibus oppositis, tàm pro parte Illustris Principissæ Scillæ, quàm pro parte Illustris Ducis Crosiæ, refe-
56 rente *Dom. Consiliar. D. Antonio Perez Navarretta*, Equite Hyspano ornatissimo, qui postea Marchionatus titulo super eius Terra Lateritiæ decoratus fuit, & unius ex Aulis Sacri Consilij Præfectutam fuit adeptus, ac postmodùm in eodem Sacro Consilio Decani munere functus; fuit tandèm intèr Regentes Regiam Cancellariam meritissimè connumeratus, unde innumeris refertur encomijs ab elaboratissimo I. C. *D. Nicolao Vincentio Scoppa in suis Theorico-Practicis observat. ad decis. Gratian. observ. 14. n. 5. observ. 19 n. 5. & observ. 68. num. 9.* Acta sunt in Banca Carbonis intèr Franciscum Antonium, & Anibalem de Laurentio, atq; Principissam Scillæ, & Crusiæ Ducem.

RERUM SUMMA.

1 *Scriptura ad faciliorem actus probationem fieri solet.*
Non tamen est ad substantiam actus requisita, num. 2.
3 *Testamentum nuncupativum per soles testes absque scriptura probatur.*
Etsi testator animum habuisset, quod scriptura conficeretur à Notario, n. 4.
5 *Scriptura pro forma requiritur in quibusdam casibus remissivè notatis.*
6 *Assensus Regius super alienatione, vel obligatione feudi scripturam requirit.*
Maximè in Regno Neapolis, n. 9.
7 *Gratia Principis non nisi per litteras probatur.*
Nec testibus verificatur, n. 8.
10 *Assensus Regij super alienatione, vel obligatione feudi, sunt pro forma registrandi in Regno Neapolis.*
11 *Assensus Regij scriptura probari potest amissa.*
Per testes tamen, qui illam perlegerunt, & de eius tenore deponant, n. 12.
13 *Dos, vel antephatum, de Iure Consuetudinario Civitatis Neapolis peti non potest absque instrumento dotali.*
14 *Solutio debiti inscriptis contracti per scripturam est probanda.*
Vel saltem quinque testes, n. 15.
Et in scriptis debitum contrahi dicitur, cum partes conveniunt de facienda scriptura, & quod alitèr contractus non valeat, n. 16.
Nec sufficit, quòd post contractum, dicant de convento fieri instrumentum; num. 17. usque ad 21.
22 *Solutio debiti, in scriptis contracti, validè pacisci potest, quòd per testes probari non valeat, sed per scripturam tantùm, n. 23. usque ad 25.*
27 *Solutio quomodo possit per testes probari, non obstante pacto, vel statuto in contrarium? remissivè.*

CA-

CAPVT LXVI.

De Scriptura regularitèr ad substantiam actus non requisita, per *text. in l. pactum* 17.*C.de Pactis.*

1 SCripturam, quæ fieri solet, ad
faciliorem actus probatio-
nem, non tamen esse regu-
2 laritèr ad substantiam actus
requisitam, nos aliàs tradi-
dimus in *præcedenti cap.* 35.
*num.*2.per *text.in l.pactum*,
quod bona fide 17. *C. de pact.* ex hoc inferentes,
3 *num.*4. testatoris dispositionem in testamento
nuncupativo per solos testes absque scriptura
4 legitimè probari, etsi testator animum habuis-
set, quòd de ea per Notariũ scriptura conficere-
tur, ut ultra ibi relatos, ex veriori, & communio-
ri DD. sententia latissimè comprobavit *Rubens
in practicab.resol. circa testam. aliasque disposit.*
5 *cap.*8.*num.*312 *& seqq.* Sed in casibus quibus-
dam omninò scripturam pro forma requiri, di-
ximus in loco relato, quos ultra DD. ibidem ci-
tatos enumerant *Galupp. in Praxi S.C. p.*2. *cap.*
22. *à num.*12.*versic.Tertiò principalitèr*, & *D.In-
dex M.C.V.Baldaxar de Angelis in Prato* super
*Cod.in Commento ad eamdem l. Pactum, quod bo-
na fide, num.*2.*& ad l.unicam, C.de mandat.Prin-
cip.num.*5..*& seqq.* ubi *num.*10. quòd Assensus
6 Regij probatio super alienatione, vel obliga-
tione bonorum feudalium, requirit scripturam:
7 nam & gratia Principis, qualis est Assensus, non
8 nisi per litteras probari potest, neque testibus
verificatur, ut per *Mascard. in tract.de probat.
conclus.*845.*Annam in repet.Constit.* quæ incipit
*Constitutionem Diva memoria, num.*55. *& seqq.*
idque tametsi priscis temporibus, non sine con-
9 troversia processerit; hodiè tamen in Regno
Neapolis omnem cessare contentionem ex Re-
10 gijs Pragmaticis assensus registrationem pro
forma requirentibus, post *Vrsill.in addit, ad Af-
flict.decis.*398.*num.*3. probat *Reg. de Marin.in
addit. ad Regent.Reverter.decis* 435.*num.*2. *&*
11 *decis.*166.*num.*1. ubi tamen amissionem scrip-
12 turæ Regij assensus posse per testes probari ait,
qui assensum illum perlegerunt, & de eius te-
nore deponant, ex *text.in cap. cum olim* 12.*de
privileg. Afflicto, Surdo*, alijsque ibi relatis, &
ita practicari debuisse in amissione sequuta pri-
vilegiorum, assensuum, quorum registra fue-
runt, cum alijs scripturis combusta in domo Se-
cretarij Regni, tanquàm Plebi odiosi, tempore
popularium revolutionum, quæ de Anno 1647
in hac Fidelissima Civitate, & Regno contri-
gerunt.
13 Cum etiam dos petitur, vel antephatum, de
Iure Consuetudinario huius Civitatis, scriptu-
ra requiritur, & sic dotale instrumentum in for-
ma probante producendum, sine quo minimè
debentur per *Consuetud.* quæ incipit: *Dos, &
Quarta, sub tit. de Iure Quarta*: cuius meminit
*Minad.in decis.*6. *Galupp.in praxi S.C. p.*2.*cap.*
22.*num.*13. *& seq. D. Scoppa ad Gratian.obser-
vat.*71. *num.* 16. atque nos etiam de illius di-
spositione aliqua congessimus in *cap.*16. *ista-
rum Observat. à num.* 14.
14 Sed & solutio debiti in scriptis contracti est
paritèr per scripturam, aut quinque saltèm te-
15 stes probanda ex *l.testium* 17.*C.de testib.* intel-
16 ligendo, quòd in scriptis debitum contractum
fuisse censeatur, non quia tantùm sit in scriptu-
ra redactum, sed cum fuit inter contrahentes
conventum, quòd fiat de contractu scriptura,
& quòd alitèr non valeat, *Afflict. in decis.*105.
*num.*4.ubi *Vrsill.in addit.* & in *decis.* 39.*num.*6.
*Mascard.in tract.de probat. conclus.*1324. *nu.*6.
& 7. *Anton.Fab.in Cod.lib.*4. *tit.*15. *definit.*23.
*Consil.Hodierna in addit. ad Surd. in decis.*277.
17 *num.*16.alioquin si partes post contractum di-
cerent, quòd de convento fiat instrumentum,
18 adhuc ante instrumenti celebrationem, con-
tractum esse perfectum, & absolutum, nec esse
19 locum penitentiæ firmat *Consil. Gizzarell. in
decis.*72.*num.*8.ex magis communi DD. senten-
tia, secundùm quam fuisse passim iudicatum
testatur in S.C. Neap. refert *Thor. in compend.
decis.Regni Neap.p.*2.*in verbo Contractus pro ab-
20 *soluto factus*, licèt aliud esse, si partes de con-
tractu Notarium rogatum esse velint, quia tunc
21 censeantur contractus substantiam in stipula-
tionis tempus contulisse, cum *Soccino sen.in
cons.*169.*num.*9.*vol.*2.sentiat *Consiliar.Staiban.
in cent.*2.*resol.forens.cap.*120.*nu.*19. & validum
22 esse pactum, quòd solutio debiti in scriptis
contracti per testes probari non possit, sed per
scripturam tantùm, censuerunt *Vrsill.ad Afflict.
in decis.*398.*num.*3. *& seq.* ubi ita decisum fuis-
23 se refert in S.C. Neap. *Præs. de Franch.in decis.*
361 *nu.*4.*Reg.Sanfelic.in decis.*185. iunctis alijs
pluribus, quos recenset *D. Scoppa ad decis.Gra-
tian.observat.*81.*num.*27. & examinat in *anno-
tat.ad Sarn.in prax.civil.part.*3.*observ.*1.*ex nu.*
24 26.*fol.*65 t.secundùm quam sententiam fuisse
in R.C.Summ. eiusdem Regni Neap. nemine
contradicente iudicatũ testatur *Reg.de Marin.
in observ.ad prædictam decis.*435. *Regent.Revtr.
num.*2. etsi referat *Thesauri* filij sententiam in
25 *add.ad decis genitoris* 260. Iudicis arbitrio re-
mittentem, quando pactum sustineri debeat,
26 vel non, & pro alia opinione pactum impro-
bante aliàs in eodem S.C. Neap. iudicatum af-
firmet *Consil. Hodierna* in loco relato, *num.*5.
27 sed nonnullas cautelas probandi solutionem
per testes, non obstante pacto, vel statuto in
contrarium, ex *Baldo*, *Alberico*, & alijs ponit
*Carpan.in Commen. ad Statuta Mediol.cap.*95.
*num.*41.*& seqq.lib.*1.

RE-

RERVM SVMMA.

1 *Librorum rationum plura genera.*
De quorum fide remissivè, n.2.
3 *Libor mercatoris, pro scribente non probat, & num.5.*
Sicut neque mercator ad sui commodum testis esse potest, n.4.
Limitatur, nisi alia concurrant adminicula, num.6. & 7.
Secundò limitatur, nisi consuetudo in contrarium extaret, n.8. & 9.
Tertiò limitatur, cum aliqua ex partitis in libro contentis, verificantur publicis scripturis, num.10. 11. & 12.
Quartò limitatur, ubi debitor, & creditor sunt mercatores, n.23. & 24.
Quintò limitatur in modica quantitate, quæ plenè probatur ex libro mercatoris fide digni, num 26.
Sextò fallit in libro mercatoris mortui, qui maiorem facit fidem, accedente bona qualitate scribentis, n.27.
Septimò restringitur in libro contra scribentem producto, ad probationẽ datorum, cui fidem adhibere pro scribente, quoàd solutiones in eo contentas, est Iudicibus arbitrarium, n.28.
13 *Liber rationum idem est, quòd sit à mercatore scriptus, vel ab alio eius nomine, & num.17. & 20.*
Quinimo efficacior oritur probatio, ex libro alterius manu, conscripto, n.18.
14 *Scribere ille videtur, cuius nomine scribitur.*
15 *Faciens per alium, per se ipsum facere videtur.*
16 *Scriptum in libro rationum mercatoris, penès eum existente, de eius voluntate scriptum fuisse præsumitur.*
19 *Testis pro alio admittitur, non autem pro se ipso.*
21 *Decisio Sacri Consi'ij Neapolitani refertur.*
22 D. Ioannes Franciscus Marcianus Regius Cõsiliarius, & Regiam Cancellariam Regens, *laudatur.*
25 *Mercatorum in causis, de bona fide agitur, neque congruit de Iuris apicibus disputare.*
29 *Liber rationum, quibus in casibus ab actore, vel reo sit exhibendus? remissivè.*
30 *Librum rationum, si quis edi petat, non ex hoc illum censetur in omnibus approbare.*
Nec declarare tenetur, si velit stare libro, etiam in illis, quæ contra se faciunt, n.31.

CAPVT LXVII.

De Libro Mercatoris pro scribente fidem, alijs adminiculis accedentibus, faciente, ad *text. in l. instrumenta 5. C. de probationibus.*

1 Librorum rationum plura esse genera, ex *Ludovico in commun. conclus. tit. de libris mercator.* adnotavit *Reg. Sanfelic. in praxi iudiciar. sect.52.* & latiùs prosequitur *Nicol. Genua in tract. de scriptura privata, lib 4.* de quorum fi-
2 de ultra relatos, plura congerunt *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.3. præsumpt.62. & 63.* & in *tract. de arbitrar. Iudic. lib.2. casu 91. 92. & 93. Escobar. in tract de ratiocin. cap.11. D. Episcop. Ricc. in collect. decis.72. p.1. & in collect. 2817. & 2854. p.7. in collect. 3314. 3388. & 3535. p.8. Manson. in tract. de causis exequutivis lib.1. q. 6.* & aliqua tangunt *Gaitus in tract. de credito cap.2. Reg. de Marin. in lib.2. resol. cap.125. & Consiliar. Rocens in notabilib. Mercator. lib.2. in tit. de decoctione mercator. notab.10. & 11. & D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observat. 137.*
3 Mercatoris autem libro pro scribente, fides regularitèr non adhibetur: sicut enim eius vi-
4 væ voci ad proprium commodum testificantis non crederetur, *l. omnibus 10. C. de testib.* ita do-
5 mestica eius instrumenta, vel privatæ scripturæ nullam inducunt probationem, nisi alijs ad-
6 minicula inventur, ex *l. instrumenta 5. & l. exemplo 7. C. de probationib.* & ità ex *Genua cit. lib.4. num.2. & Trivisan. decis.16. num.2. & 5.*
7 probat *D. Scoppa in d. observat. 137. n. 8.* Adminicula verò multa requirit *Guido Papa in decis.441.* legalitatem scilicèt Mercatoris, quòd sit eius manu scriptus, quòd consueverit scribere veritatem, quod habeat causam annexam, quòd aliquid scriptum fuerit in eo contra scribentem, & quòd verisimile sit illud, quod in eo scriptum reperitur, ut refert *Foller. in praxi nundin.* apud *Marant. in specul. p.6. in verbo Sin autem producuntur testes, num.34. Surd. in consil. 543. num.8. lib.4. & in decis.199. num.11.* quibus alia plura addunt requisita *Ludovic. & Genua* in locis relatis in *tit de libris Mercator. Gait. in d. cap.2. tit.3. num.153. & seqq.* sed librum privati, etiam pro scribente probare, data verisimilitudine, & difficultate probationum, pro singulari posuit, ex *Baldo Alex. Iasone, alijsque Caroc. in sing. 582.*
8 Illud interim omnes affirmant, consuetudine induci posse, quòd libris Mercatorum plena fides, etiam pro scribente, adhibeatur, prout eam communitèr in Italiæ Civitatibus adesse

testatur *Soccin. sen. in cons. 87. nu. 16. vol. 1. Bursat. in cons. 39 num. 28. lib. 1.* & in specie in Regno nostro, post alios *Mansen. in d. q. 6. nu. 10.* ubi etiam *num. 21.* huius Consuetudinis validitatem ex pluribus comprobavit, quibus addendus est *Boer. decis. 105. num. 4.* licèt absolutam Consuetudinem, quòd cuicunque mercatoris scripturæ credatur, non valere, uti indiscretam, & pronam ad falsum committendum, *Bald. Alex. & Ias.* affirmaverint, & post eos *Caroc. in*
9 *sing. 579.* tunc verò demùm admitti, cum ex causis, aut circumstantijs iustificaretur *Covarr. & alijs* tradiderunt à *Reg. de Marin.* relati in *d. cap. 125. num. 4. lib. 1.*

10 Cum verò aliquæ ex partitis in libro contentis, verificatæ, & approbatæ reperiuntur, per
11 publicas scripturas, aut partis confessionem,
12 & mercator est legalis, atque fide dignus, remanent aliæ partitæ, quamvis non connexæ, vel individuæ sufficientèr probatæ, ut post *Paul. Castrens. in cons. 301. lib. 1. Surd. decis. 199. n. 12. Grat. in lib. 1. discept. forens. cap. 171. n. 13.*

13 Neque refert per eumdem Mercatorem, an verò per alium, eius nomine fuerit liber scrip-
14 ptus? ille enim scribere videtur, cuius nomine
15 scribitur, per regulam, quòd qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, ut in *cap. qui per alium 72. ff. de reg. Iur. in 6.* cum concord. apud *Barbos. in axiom. Iuris 92.* & quidquid ex
16 libro mercatoris penes eum existente, scriptum reperitur, de eius voluntate scriptum fuisse præsumitur, ut per *text. in l. census 10. ff. de probat.* docuit *Bald.* quem refert, & sequitur *Stracca in tract. de mercatura p. 2. num. 65.* ubi etiam post *Abbatem, Io: Andream*, & alios in
17 nihilo differre librũ ab alio mercatoris nomine
18 conscriptum affirmat; quinimò efficaciorem ex illo probationem oriri in favorem mercatoris,
19 tanquàm tertij testimonio, quòd in alterius
20 beneficium admittitur, non autem in causa propria, ex *l. nullus 10. ff. de testib.* probat post alios *Cravetta in tract. de antiquitate temporum p. 1. §. vidimus, num. 21. & seqq.* idemque *Farinac. Vivio*, atque *Ludavico* relatis, veriùs esse probat *Nicol. Genua in d. tract. de scripi. priv. in tit. de libris mercator. num. 54. cum duobus seqq.*

21 Quibus concurrentibus in causa in S. R. C. Neap. intentata per Angelam Spolitam, pro eius pretenso credito, contra patrimonium quondam Francisci, & Ioseph de Roberto mercatorum, cuius partes tuebamur, stantibus parti tisdebiti, contra eam oppositis, ex libro rationum ipsorum debitorum, mediante sententia Sacri Consilij, sub die 23. Martij Anni 1650 fuerunt patrimonium prædictum, eiusque posteriores creditores conventi pro relaxatione bonorum adiudicatorum absoluti ab impetitia
22 per actricem, referente integerimo Consiliario, atque doctissimo *D. Io: Francisco Marciana*, qui eximias virtutes Marcelli patris Regij similitèr Consiliarij imitatus, meruit in unum ex Regiæ Cancellariæ Regentibus cooptari. Actuarius de Vendicto.

23 Plena quoque oritur probatio ex libro mercatoris, etiam pro scribente, ubi debitor, &
24 creditor sunt mercatores, vigore taciti mandati, quòd præsumitur debitori iniunctum, tanquàm solito, Codicem rationum conficere, ut in eo data, & recepta conscribat, ut per *Bart. in l. 1 num. 5. C. de edendo*, per *Ripam in l. admonendi, num. 118. ff. de Iur. iur.* & per *Mascard. in tractat. de probat. conclus. 976. num. 18.* tùm quia in
25 causis mercatorum, cum de bona fide agatur, non congruit de Iuris apicibus disputare, ut ex *l. si fideiussor 29. §. quadam, ff. mandati*, tradit *Bald. in cons. 198. num. 5. in versic. Item in causis vol. 1.*

26 Insuper in modica quantitate plena inducitur probatio per librum mercatoris, qui tamen sit fide dignus, ex indubitata omnium doctrina, de qua per *Bald. in l. unica, num. 6. C. de confess. Tiraquell. in tract. de iudic. in rebus exiguis, col. 4.* & alios, quos refert, & sequitur *Ma-*
27 *scard. in d. conclus. 976. num. 13.* & liber mortui mercatoris, maiorem facit fidem: quia mors vim habet iuramenti, accedente præsertim bona qualitate scribentis, *l. qui cum maior natu 14. §. fin. ff. de bonis libert.* ut ex *Bartolo*, & alijs plenè docent *Surd. in d. decis. 199. nu. 2. Vivius in decis. 184. num. 11. & seqq. Gaitus in pracitat. cap. 2. tit. 4. n. 825. cum seqq.*

28 Tandèm arbitrarium esse Iudicibus, libro rationum fidem adhibere pro scribente, quòad partitas solutionum in eo contentas, si fuerit contra scribentem productus ad probationem datorum, ex *l. Publia 26. §. ultimo, ff. depositi* firmant *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 93. Genua de script. priv. lib. 4. in tit. de fide libri ration. fol. mihi 198.* nam, & petens, libri ratio-
29 num exhibitionem à parte altera, in casibus, in quibus exhibere tenetur, à *Menochio* congestis in *tract. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 499. & Gaito in tract. de credito cap. 2. num. 1066. &*
30 *seqq.* non censetur illum in omnibus approbare, ut cum *Alphano in Auth. si quis in aliquo documento, num. 59. C. de edendo*, verius esse tradidit *Visconte in Conclusionib. Iuris verbo Instru-*
31 *menta, & alia scriptura*, nec ad declarandum cogi potest, si velit stare libro, etiam in illis, quæ contra se faciunt, ut latè probant *Regentes Capyc. Latr. & de Marin.* hic in *lib. 2. resol. cap. 125.* & ille in *decis. 113. lib. 1.* de quo differit *Gaitus* in loco relato *n. 1010. cum seqq.*

RERUM SUMMA.

1 *Creditor liberum habet arbitrium super bonis debitoris pro eius credito consequendo.*
Quod tamen regulatum esse debet, neque dolo, aùt mala fide exerceri, n. 2. usque ad 5.
6 *Creditor quando super uno corpore sententiam obtinuit, variare non potest.*

Sed

Sed contra, n. 7.

Non autem potest meliorem debitoris rem eligere, sed mediocri debet esse contentus, n. 8.

Neque a feudorum venditione incipere, ante allodialia, n. 11.

Aut à feudi proprietate ante fructus, n. 12.

Et à feudis non titulatis, priusquam à titulatis, n. 13. 15. & 16.

9 *Quod sibi non nocet, & alteri prodest, quis agere debet.*

Declaratur remissivè, n. 10.

14 *Assensus Regius in feudi titulati alienatione requiritur, neque Proregis sufficit.*

17 *Creditor anterior si potest in bonis debitoris satisfieri, non debet posteriorem pro restitutione pecunia sub cautione recepta molestare, & num. 20.*

Ne cum inutili circuitu, posterior exactus contra debitorem agere cogatur, n. 18.

Sicut nec debet contra posteriorem agere, si alius magis posterior existat, n. 21.

Contrarium exponitur, n. 22. 23. & 24.

Sed illa procedere potest, cum non omnes creditores fuissent in iudicio conventi, n. 25.

Unde non ita commodè potest ex postremi creditoris pecunia anteriori satisfieri, n. 26.

Aut locum habet, si existente in iudicio, priore creditore, fuit posteriori pecunia liberata, num. 27. usque ad 30.

19 *Circuitus inutilis est evitandus.*

31 *Dolus nemini debet patrocinari.*

Et à Iuris beneficio dolosum excludit, n. 32.

33 *Exclusionis exceptio cessat propter dolum excipientis.*

34 *Creditor cum assensu à creditoribus sine assensu, cogi potest super feudalibus agere.*

35 *Electio creditori competens ita fieri debet, ut alijs creditoribus sit quoque consultum.*

Per regulam, quod tibi non nocet, & alteri prodest, agere debes, n. 46.

Si tamen ita potest creditum suum commodè consequi, n. 47.

Unde cogi non potest pro eius credito dotalem pecuniam accipere, n. 48.

Maximè si dotem habuisset, cum pacto eam convertendi in emptionem, n. 49. usque ad 52.

36 *Fideicommissaria bona, ex causa dotis, alienari possunt in subsidium, non existentibus bonis liberis.*

Eisque etiam existentibus, si testator eorum alienationem pro dote concesserit, n. 37.

38 *Creditor habens fideicommissaria bona principalitèr, unà cum liberis obligata, cogitur super illis agere, ut libera alijs creditoribus remaneant.*

Secus si in subsidium sint bona fideicommissaria sibi obligata, n. 39.

41 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur & num. 45.*

42 *Filia non venit appellatione filiorum in fideicommisso, pro conservanda agnatione facto.*

43 *Argumentum validum est, à dote ad alimenta.*

43 D. Carolus Brancatius *Regius Consiliarius laudatur.*

53 *Creditor cogi non potest pro credito, res debitoris litigiosas, & intricatas prosequi.*

54 *Excussio bonorum debitoris non requiritur, si litigiosa sint.*

55 *Iudicia duo, quorum unum se habet ut genus, alterum ut species, separari non debent.*

Sed ad eundem Iudicem remittenda sunt, n. 57.

56 *Continentia causa eadem esse, triplice modo dicitur, ex* Baldo.

58 *Tertius, universalem proponens actionem, supersederi facit iudicium in particulari actione, qua universali praeiudicaret.*

59 *Contractuum rescissio oritur ex graduatione creditorum, & venditione bonorum debitoris ordinata.*

60 *Actionis causa cessante, cessat actio.*

61 *Sententia diffinitiva, vel interlocutoria Sacri Consilij Neapolitani, vim habens diffinitiva, exequi debet, non obstante reclamatione ab ea interposita.*

Neque proceditur in causa reclamationis, ante illius exequutionem, n. 62.

63 *Procurator dilatoriam exceptionem remittere non potest absque speciali mandato.*

Nisi, parvi momenti fuerit, ut n. 64. & 65.

66 *Restitutio in integrum petita impedit sententiæ exequutionem.*

Ampliatur primò, licèt petita sit, post intimatum mandatum de parendo, n. 68.

Secundò ampliatur, etiam in sententia Principis, vel Sacri Consilij eius personam repræsentantis, n. 69. & 70.

Limitatur, quando petita fuit post cœptum realitèr exequi, n. 67.

Secundò limitatur, ut locum non habeat, nisi constito de iustitia petentis restitutionem, n. 71.

Tertiò limitatur, ubi læsio non fuisset in libello allegata, n. 72.

Quartò ubi non appareret ex eisdẽ actis, num. 73.

Quintò si læsio non adfuerit, minoris ætatis tempore, vel alterius inhabilitatis, n. 74.

75 *Restitutio in integrum, infra quadriennium à die scientia, peti, & obtineri debet.*

76 *Tertius veniens ad coadiuvandum iura unius ex litigatoribus, audiri debet in terminis, in quibus causa reperitur.*

77 *Exitus causæ.*

CAPVT LXVIII.

De Creditoris arbitrio refrenando, ut regulatum sit, atque discretum, ex *text. in l. creditor 60. §. Lucius, ff. mandati.*

1 ARbitrium, quod à lege cre-
ditori conceditur, ut ex
pignoribus sibi obligatis,
quibus velit, distractis, ad
suum commodum, valeat
pervenire, in *l. creditoris
arbitrio 8. ff. de distract. pi-
gnor.* quamvis liberum, & effrenatum; debet
2 nihilominùs esse, non indomitum, nec iniqu-
um; sed boni viri arbitrio regulatum, atque di-
scretum: ut electio bona fide fiat, non autem
dolo, aut mala fide creditor agat, ut optimè
probatur in *l. creditor 60. §. Lucius, ff. mandati*,
& *Bart.* docuit in *l. alio, num. 13. versic. sed si po-
neres, ff. de aliment. & cibar. legat.* ex hoc infe-
3 rens, non esse permissum pro modica quanti-
tate debita, rem magni pretij vendere;
4 præsertim si ex vilioris rei venditione potest
creditori satisfieri, ut ex *Glos.* & alijs in *l. quam-
diù, C. de distract. pignor.* similitèr affirmat *Ne-
gusant. in tract. de pignorib. p. 6. membro 1. nu. 28.
& p. 8. membro 1. num. 48.* ubi etiam, quod si ex
5 unius rei venditione potest creditori satisfieri,
non sunt aliæ debitoris res vendendæ, quod ex
Bart. in d. l. creditoris arbitrio, paritèr tradide-
runt *Anna pater in allegat. 141. nu. 4 lib. 2. An-
na filius in cons. 63. num. 4. & in cons. 76. num. 1.
lib. 1. Amat. in cons. 95. num. 10. Tasson.* qui alia
cumulat de arbitrij creditoris refrenatione in
*suis observat. ad pragmat. de antephato vers. 12.
observ. 2. num. 40. Thor. in voto decisivo 68. num.
20. cum seqq. p. 1. Novar.* apud *Ricc. in collect.*
6 *decis. 2498. p. 7.* maximè quando creditor super
aliquo corpore sententiam obtinuit, variare
non potest super alio, nè Prætoris authoritas sit
elusoria, sed super illo tenetur experiri, ut per
text in l. si Prætor 75. ff. de indic. decisum refert
7 *Capyc. in decis. 33.* etsi contrarium esse commu-
nitèr receptum, ex *Præs. de Franch. in decis. 53.* &
Reg. Revertor. in decis. 173. Reg. de Marin. ibi-
dem *in addit. num. 1.* adnotaverit & *Moccia in
sylva casuum forens. cap. 48.* nec licere creditori,
8 rem debitoris meliorem eligere pro credito, sed
teneri arbitrio boni viri, sive Iudicis, rem ali-
quam mediocrem accipere, scribunt post alios
*Fontan. in tract. de pact. nupt. claus. 7. gl. 2. p. 8. nu.
18. & seqq. Merlin. in tract. de pignorib. lib. 4. tit.
1 q. 21. num. 18. & seq.* ex regula in præcedenti-
bus *numeris 16. & 17.* firmata, cogi quem pos-
9 se ad faciendum, quod sibi non nocet, ac alte-
10 ri prodest, quam tamen declarat pluribus mo-
dis sub *num. 24.* ex *Bart. in l. 2. in princ. in 6. oppo-
posit. ff. sol. matrim.* & *Corn. in cons. 246. n. 1 lib. 1.*
11 Et propterea allodialibus, & feudalibus bo-
nis existentibus, ab allodialium venditione est
incipiendum, quamvis pro feudalium bonorum
obligatione Regius obtentus fuerit Assensus,
qui censetur in subsidium concessus, ut Iuris
communis dispositioni conformem Dominus
assentiens, reddere se voluisse dicatur, quo in
subsidium feuda exequebantur, in burgensati-
corum defectum, ut ex *Andrea de Isernia* pro-
bant *Anna in d. allegat. 141. num. 9. Reg. de Tap-
pia in lib. 3. Iuris Regni Neap. in constitut. Contu-
macem, num 3. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.
de assensu Regio super dote, num. 38. Reg de Ma-
rinis quotid. resol. cap. 58. a n 8. Consiliar. Hodier.
ad Surd. decis. 44. sub num. 1.* cum alijs, quos se-
quitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. in observat.
25. num. 16.* & novissimè etiam *D. Pisanus in
addit. ad Goffred. de Gaeta super Rit. R.C.S. rubr.
25. num. 32. & 33.* & conferunt tradita per *Mi-
12 nad. in decis. 13.* quod electio mulieri competens
pro dote, & antephato super bonis viri, fuit
per Sacrum Consilium Neapolitanum tempe-
rata, ut super feudo non fieret, cum aliunde ex
fructibus, sive introitibus ipsius poterat sibi
commodè satisfieri, refert post alios *Thor. in
compend. decis. Regni Neap. p. 1 in verbo Electio
competens*, & *Consiliar. Hodierna in add. ad Surdi
decis. 44. num. 1. & in controvers. forensi 40. n. 25.*
13 Ita super feudis non titulatis esse prius exe-
quendum, postea verò super titulatis, & capite
Baroniæ, probat *Minad. in repetit. Constit. Re-
gni, in aliquibus, verbo. Comitum, & Baronum,
num. 42.* quem sequitur *Reg. de Ponte in tract. de
14 Potest. Proreg. tit. 6. num. 38.* eo magis, quòd in
venditione feudorum titulo decoratorum Re-
gius requiritur Assensus, neque sufficit à Prore-
ge obtentus, ex *Pragm. 4. de feud.* quam hodie
servari testatur idem *de Ponte in d. tract. tit. 7.
15 num. 16.* neque refert, quòd bona discutienda
sint extra Territorium Iudicis de causa cogno-
16 scentis: nàm si commodè super illis agere po-
test, ab eorum excussione, non excusatur, ut per
*Negusant. in d. 1. membro 8. partis nu. 42. Caroc.
in d. tract. de excuss. bonor. p. 2. q. 34. num. 3.* qui-
bus conferunt tradita per *Thesaur. in decis. 40.
num. 3.*
17 Simile est, quod dicitur, posteriorem credi-
torem, cui in iudicio concursus creditorum
fuit à Iudice liberata pecunia, sub cautione
eam restituendi ad omnem Iudicis ordinem,
non posse ab anteriori creditore molestari, pro
restitutione, cum alia extant communis debi-
toris bona, super quibus, potest anterior ille
creditor suum consequi creditum; ne cum inu-
18 tili circuitu posterior exigatur, & exactus age-
re cogatur super bonis debitoris, & sic liberum
creditoris arbitrium moderatur, ut circuitus
19 evitetur inutilis, iuxtà regulam *text. in l. domi-
nus 53. in fine, ff. de condict. indeb.* cum cõcordan-
tibus, cuius dicemus in sequent. *cap. 69. num.
61.*

20 61.& ita in proprijs terminis probaverunt, atque iudicatum testantur in S.C.Neap. *Reg. de Marin in lib. 1.resol.cap.75.num.14. & Giz.in add.ad Reg.Capyc.Latr.in decis.24.num. 17. & seq.*& in præcedenti *num.14.cum seqq.*ex eadem inutilis circuitus evitandi rationæ,iudicatum fuisse refert in eodem Sacro Consilio,nec posse
21 ravocatoria priorem creditorem , contra posteriorem agere pro restitutione pecuniæ sibi liberatæ, si alius creditor magis posterior adsit, contra quem,eandem pecuniç avocatio fieri pos-
22 sit, licèt contrarium sentiant alij novissimè relati per *D. Altimar.in addit ad Regent.Rovit.in cons.12.num.26.lib.3.*inter quos *Salgad. in Labirinto creditor.p.1.cap.17.num.16.& seq.* & la-
23 tiùs *in p.3.cap.34.ex nu.19* ibi enim veriorem esse affirmat sententiam , & in praxi quotidia-
24 na observatam, atque frequentèr amplexam, posse priorem creditorem, & potiorem suo arbitrio eligere, unum ex alijs creditoribus posterioribus, sc. quem maluerit , & contra ipsum intentare revocatoriam, ut sibi restituat pecuniam à se præmaturè exactam, & sibi ordinis gradu non servato solutam,sive conventus anterior sit,sive posterior inter solutos, nec eorum prioré posse creditori potiori opponere,ut prius incipere debeat,& revocatoriam intentare contra posteriores, quia ad hoc nullum ius habet, per *text.in d.l.creditoris arbitrio, & in l. Moschis 47.ff.de Iure fisci ,& in l. qui generalitèr 2.ff qui potior. in pignere habeantur* , plures DD.authoritates allegans , & præcipuè *Manent.in decis.45. num.18. & Neguerol. in alleg. 7.num.48.* ita in terminis (ut ait)affirmantes, quæ tamen *Salgadi* opinio forsan sustineri po-
25 terit , quando non fuisset contra omnes creditores actio revocatoria intentata, unde non
26 posset ex ea commodè satisfieri anteriori creditori super pecunia à postremo creditore detenta, iuxta ea , quæ diximus in *præcedenti nu. 16.*vel intelligenda erit in terminis , in quibus
27 loquitur , si primus creditor non supervenerit
28 post pecuniæ liberationem , sed iam antea in concursus iudicio existens fuerit dolosè , aut
29 fraudulentèr exclusus: tunc enim non potuit creditor inferioris gradus in primi præiudi-
30 cium absque mala fide,fraude,& dolo, saltèm præsumpto,prævenire exactionem, ut post *Laratam in cons.64.& Novar.in q.forensi 139.p.1.* declarat idem *Salgad.in labyrinto creditor.prad. p.1.cap.11.num.66 & in d.cap.14.num.3.& 25.* nec mirum , si dolus eum excludat à beneficio cogendi anteriorem creditorem, ut prius agat contra postremi gradus creditores,ex æquitate agendi, quod sibi non nocet , alteri verò pro-
31 dest,de qua nos supra *num* 9.quia dolus nemini deber patrocinari,*l.neo ex dolo 13.ff.de dolo*,cũ concord.apùd *Barbosan axiom. Iur.16.num.5*,
32 & dolus excludit à beneficio Iuris , ut per *text. in l.verum 64.§.hoc quoque,ff.pro socio*,post *Bal. in l.si autem ,ff.de legat.primo*, tradunt *Caroc.de*
33 *benefic.excussionis* , loquens in *tract. de excuss. bonor.p.2.q.38. num.6. Costa in tract. de remed. subsid.remed.28.num.7.versic.Quinto requiritur Novar.in tract.de dat.insolutum,sect.3.q.25.nu. 2. & seqq.*
34 Contra verò in præiudicium creditorum sine assensu non posse creditorem cum assensu super allodialibus bonis agere, feudalibus omissis,notat *Bald.in l.si certarum,§.Iulianus, ff.de milit.testam. Anna in d. allegat.141. nu.6. Novar.*apud *Ricc.in d.collect.decis.2498 p.7.* debet
35 enim electio bona fide fieri , ut alijs creditoribus sit quoque consultum , iuxtà tradita per *gloss.in d.l.quandiù,C.de distract.pignor.*cum alijs per *Annam in d.cons.76.n.1.lib.1.* pro ut etiam
36 in creditore, ex causa dotis habente libera bona, & fideicommissaria obligata , & hæc alienabilia , non quidem subsidiariè, in defectum liberorum , ex Iuris tantùm dispositione,per *Auth.res quæ C.communia de legat.*sed ex testa-
37 toris permissione illa aliensndi pro dote , quæ operatur, ut principalitèr, non in subsidium alienatio fieri possit, quamvis adsint bona libera , ut latè probat *Consiliar. Paschal.in tract. de virib.patriæ potest.p.2.cap.7.à n.15.*ubi plures ad hoc adducens *num.19.* magis communem DD.sententiam esse profitetur , *num.30.* aliosque addit *Reg.de Marin.in lib.2. resol. cap.16.*
38 *num.11.*neque ei licere super bonis liberis agere in præiudicium creditorum , ea tantùm hypothecata habentium , & bona fideicommisso subiecta relinquere, idem *Reg.de Marin.ibidem num.16.*ex *Molina*, & alijs observavit , declarans minimè adversari decisionem Sac.Consilij Neapolitani relatam à *Præs. de Franch.in sua*
39 *decis.519.* quæ denegavit mulieri pro dote agenti actionem super bonis fideicommisso subiectis , ante quàm super liberis experiretur, quia non habebat, nisi subsidiariam obligationem ex dispositione prædictæ *Auth. res quæ*; non autem ei erant utraque bona ex testatoris
40 dispositione principalitèr obligata , quamvis contrarium opinatus fuerit in creditore super bonis maioratus cum facultate Regia, & super bonis liberis debitoris,ut cogi non possit à posterioribus creditoribus super bonis tantùm liberis, ad prius excutiendum maioratum , contra *Molinam Salgad. in labyrinto creditor. p.2. cap.5.*per totum,ubi *num.20. & seq.* alios pro hac adducit sententia , quam veriorem, & in praxi receptam affirmat , atque non semel in Supremo Regio Consilio Hyspaniæ admissam.
Et in creditore ex causa alimentorum super bonis fideicõissarijs,& super bonis liberis hære-
41 dis, fideicommisso gravati, fuit aliàs per S.C. Neap. restricta libertas agendi , providendo quòd eidem satisfiat super bonis fidaicommisso subiectis,ut super bonis liberis esset alijs creditoribus consultum, non habentibus fideicommissaria bona obligata:cum enim Venerabile Monasterium S.Georgij Monialium Civitatis

Sa-

Salerni fuisset octavo loco graduatum inter
creditores quondam Aspremij , & Francisci
Scales patris , & filij in anouis ducatis 60.pro
alimentis in educatione Sororis Benedictæ Sca.
les, eorum filiæ , & sororis respectivè in Mona-
sterio prædicto , ab utroque in solidum promis-
sis,publico mediante instrumento, se opposuit
D. Ioannes Baptista Amendola Regius Consi-
liarius ex persona D. Iuliæ Torrelli eius uxoris
graduatæ nono loco , dicens Monasterium pro
eius prætenso credito , quatenùs deberetur, sa-
tisfieri debere, super bonis subiectis pretenso fi-
deicommisso quond. Livij Scales patris , & avi
respectivè Aspremij,& Francisci, ut bona libera
pro satisfaciendo eius credito remanerent;cum
etiam ipse Livius , prohibita alienatione , vel
obligatione quorumdam bonorum stabilium
Scipioni alteri eius filio relictorum, pro quavis
causa, etiam urgentissima,& necessaria,ac à Iu-
re permissa,excepto , quòd pro securitate dotis,
& antephati liceat illa tãtùm obligare, ad hoc,
ut bona prædicta sint prædicti Scipionis , eius-
que filiorum legitimorum , & naturalium in
perpetuum, & in infinitum , & in casu mortis
Scipionis sine filijs,voluit, quòd succedant in-
ais filij legitimi, & naturales Aspremij,alterius
filij testatoris,ut semper in familia remaneant;
mortuo itaque Scipione sine filijs , successerant
filij Aspremij, inter quos erat eadem Soror Be-
42 nedicta Scales,quæ tametsi tãquàm fœmina, &
finis agnationis , vocata non censeretur cum
masculis,à quibus tantùm agnatio conservatur,
ex *l.pronunciatio* 195.*ff.de verb.significat.* cum
alijs plenè traditis , per *Fusar.in tract. de sub-
stitut.q.*311.*num.*28.*& seqq.*erat nihilominus à
Francisco fratre, eiusque filijs,& hæredibus do-
randa in monacatu,sivè matrimonio spirituali,
& interim alenda etiam principalitèr ex testa-
toris dispositione,qui permittens obligationem
fideicommissi pro dote , & antephato, pro ali-
mentis paritèr permisisse cẽsebatur; à dote enim
43 ad alimenta , validum esse argumentum , do-
cuerunt *Surd.in tract.de aliment.tit.*9.*q.*1.& alij
multi apud *Barbos. in locis argument. loco* 39.
Fuit propterea iudicatum per S. C. referente
44 præstantissimo , & nobilissimo *Cons. D.Carolo
Brancatio*,sub die 6.Iulij Anni 1650.quòd citra
45 præiudicium iurium partium super prætenso
fideicommisso,satisfiat Monasterio prædicto de
annuis duc.60.debitis pro alimentis D.Benedi-
ctæ Scales , super bonis in prætenso fideicom-
misso contentis,in cuius exitu providebitur su-
per expositis in comparitione presentata pro
parte Regij Consiliarij Io:Baptistę Amendola
Actuarius Cioffus.

Quam tamèn arbitrij refreoationem , contra ex-
pressam Iuris dispositionem in prædicta *l.cre-
46 ditoris arbitrio*,catenùs fieri posse dicendum est,
quatenùs æquitas adsit agendi , quod sibi non
nocet, alteri verò prodest, de qua in *l.*2.*§.item
Varus in fine,ff.de aqua pluvia arcenda*, cum
47 scilicèt creditor commodè posset creditum su-
um aliunde consequi,iuxta ea,quæ notat *glossa
in d.l.quamdiù in verbo amittit* , & post eam
*Covarr.in lib.*3,*variar.resolut.cap* 14. *nu.*8.*vers.
48 Item communis*,neque cogi potest , pro suo cre-
dito pecuniam dotalem eius debitoris accipere
49 maximè si dotes illi datæ fuerint , cum pacto
50 eas converrendi in emptionem, ex quo pecu-
nia illa remanet sẽper dotis restitutioni obno-
xia,ut in S. C. Neap. iudicatum fuisse testatur
*Tasson.in pracit.versic.*12.*observ.*2.*nu.*34. *& seq.*
51 nisi in capitulis matrimonialibus fuisset ab ini-
tio conventum, ut dos à viro ad eius electio-
nem converteretur , vel in emptionem , vel in
sui debiti reemptionem , quia tunc stante pa-
52 cto, dotalem pecuniam recipiens , non poterit
ullo futuro tempore molestari,ut benè declarat,
& rerum iudicatarũ authoritate confirmat *Con-
siliar.Staiban.in lib.*1. *resolut.forens.cap.*76. *à n.*
16.& *in novissimis additionibus,nu.* 10. *& seqq.*
quem sequitur *Reg de Marinis in addit. ad Re-
gent.Reverter.in decis* 86.*circa finem* , & si post
53 exequutionem aliquis illi se opponat , aùt tea
exequuta reperiatur intricata, licitum erit cre-
ditori variare,& super alijs rebus agere, ut in *l.
à Divo Pio* 15.*§.si post addictum,ff.de re indicata
Thesaur.in lib.*1.*quest.forens.q.*7. *num.*6. *versic.
cum iste casus* , qui refert ita fuisse in Senatu
54 Pedemontano iudicatum, nam, & ab excussio-
ne bonorum debitoris sui facienda , excusari
creditorem,si super eis de aliqua lite dubitetur,
& postea tunc omissis bonis litigiosis ad alia,
quæ absque lite , & controversia consequi po-
test, licito Iure recurrere,ut per *text.in d.l.à Di-
vo Pio §.si super rebus,versic.sed* , *& illud* docet
glossa ibidem in §. *sic quoque in verbo aliud* , &
post multos *Molin.in tract.de Hyspan. primog.lib.*
4.*cap.*7.*num.*30.*versic. qua omnia* , quem novis-
simè cum prædictis alijs allegat *Reg. de Marin.
in d.lib.*2.*resol.cap.*58.*num.*12. *& num.*15. ubi
refert decisum in S.C. Neapolitano , in causa
Francisci Antonij de Laurentio , creditoris Ill.
Principissæ Scillæ, providendo, quòd non im-
pediatur pro suis creditis concurrere super pre-
tio Terræ Flumariæ, de Muro, licèt pro eis sen-
tentiam assistentiæ prius obtinuisset super Ter-
ra Petræ Paulæ, ab Ill.Duce Crosiæ possessa,quæ
omnia confirmat *Marotta in discept.forensi* 28.
*num.*7. *& seqq.*ubi plures discussionis evitandæ
causas enumerat.

Et ita etiam ex prædictis aliàs dicebamus, eidem
Duci Crosiæ licuisse iudicatum rescissionis con-
tractus, & assistentiæ contra prædictam Princi-
pissam Scilæ in eodem Sacro Consilio Neapo-
lis ordinariè intentatarum omittere , & pro eius
credito ducatorum decem mille , eorumque
tertiarum , & interesse cum alijs creditoribus
concurrere apud acta gradoationis creditorum
& venditionis bonorum ipsius Principissæ po-
stea ordinatæ ; cum non ità commodè in iudi-
cio ordinariè intentato creditum suum conse-
qni

55 qui potoisset; ultra quod iudicium ab ooo cre-
ditore inteutatum, taoquàm species à iudicio
graduationis creditorum, & veoditiooìs booo-
rum omoium, tanquàm à genere absorbeti vi-
debatur, ut ab eo separati minimè potuisset, ex
56 *Baldo in l. nulli, num. 1. C. de indic.* ubi causæ
cootineoeiam triplicitèr eamdem esse dicit, &
præsertim quando duo suot iodicia, quorum
uoum se habet ot genus, alterum ut species; non
eoim debent ista iodicia dividi in plures Iudi-
57 ces, sed ad eumdem remittenda suot, ut proba-
ri ait in eadem *l. nulli*, ubi *Iason num. 3.* sequun-
tur *Afflict. in decis 354. nu. 5. & 6.* alijque apùd
Consil. Carlev. in tract. de indic. tom. 2. tit. 2. disput.
58 *2. n. 3.* ita ut etiam tertius actionem uoiversa-
lem io uoo iudicio proponès, se oppooere pos-
sit, ageoti in alio iudicio supee re aliqua per
actiooem particularem, quæ uoiversali actiooi
præiudicium inferre posset, & impedire proces-
sum in actiooe particulari, donec fuerit eogni-
tum, & sententiatum super universali, ot post
Barbos. in l. si aliona 12. num. 17. versic. secunda
species, ff sol. matrim. & Valasc. in consult. 90. nu.
2. ita fuisse in S.C. Neapolitano iudicatum te-
statur *Reg. Rovit.* se tanquàm Advocato olim
59 patrocinante, in *decis. 1. num. 15.* imò ex gra-
duatione creditorum, & venditione booorum
ordinata contractuum omnium eeseissio resul-
tabat, secundùm praxim ab eodem *Reg. Rovito*,
relatam in *pragm. 3. num. 12. versic. inolevit, de*
cessione bonorum, & consequentèr iudicij resci-
sionis contractus effectus, cessavisse diei pote-
60 rat, eum actiooìs causa cessaote, cessare debuis-
set actio ipsa, sive illius prosequutio, & exerci-
tiom, *l. si procuratorem 8. §. mandati, ff. mandati*,
cum alijs per *Tiraquell. in tract. cessante causa*
cessat effectus, p 1. n. 22.

Neque reclamatio à decreto eiusdem Sacri
Consilij, quòd Ill. Prioeipissa solvat tertias, per
eam iuterposita, illius exequutionem retardare
valebat, stante Regia Pragmatica de Anno
1632. expresè dispooeote, quòd decreta Sacri
61 Consilij diffinitiva, aut diffinitivorum vim ha-
bentia, exequaotur, non obstante supplicatio-
ne obtenta à Spectabili Præside Sacri Coosilij,
de verbo facieodo loco eeclamatiooìs, qoam
Actuarij recipere oon debeaot, aote decreti
exequutionè, etsi receperint, est à Iudice reijci-
enda, atque ex actis tolleoda, decreto ioterim
debitæ exequotiooi demaodato, ut *ex pragm.*
9. cap. 9. de Officio Sacri Consilij.

Licèt enim procurator actoris conseosisset in
verbo faciendo loco reclamationis ad evitan-
das dilationes alias; eum tamen instare potois-
set prius exequi decretum, quo exeqooto, ver-
62 bum fieri; non tamen eoosensit, quòd decretum
Sacri Consilij de sui natura exequibile eemane-
ret ex reclamatione suspensum, sed solùm ex-
ceptionem dilatoriam remisit, per quam differri
poterat processus in eausa reclamationis, do-
nec decretum Sac. Consilij debitæ exequutioni
mandaretor, ioxta terminos *Auth. quæ supplica-*
tio, C. de precib. Imperat. offerend. ut notat *Præs.*
de Franch. in decis. 290. num. 2. quòd oeqoe po-
63 terat procurator agere, & dilatoriam exceptio-
nem absque speciali maodato remittere, ex
Bart. in l. si fraudator, ff. quæ in fraud. creditor. &
alijs per *Regent. de Tappia in lib. 3. Iuris Regni*
in titulo de suspicionib. Official. in prag. 23. nu. 22.
64 ubi lieèt affirmet, posse dilatoriam exceptionè
à procuratore remitti, si est parvi momeoti; hæc
65 tameo exceptio dici oon potest tàm parvi mo-
menti, quin maguam quandoqoe læsiooem il-
lius remissio ioducat, ex eodem *Præs. de Franch.*
in relata decis. 290. num. 4. circa finem.

66 Restitutio verò io integrum ex parte credi-
torum postulata, quamvis regularitèr superse-
deri faciat exequutiooè, *ex l. unica, C. de in inte-*
grum restitut. postulata, ne quid novi fiat; dummo-
67 do petatur, aotequàm senteotia cœpta sit rea-
litèr exequotioni demaodari, iuxta tradita pee
Oddum in tract. de restitut. in integrum p. 1. q. 43.
artic. 6. num. 91. Mastrill. in decis. Sicilia 30. nu.
3. & Gratian. in decis. Rota Marcb. 172. ubi *D.*
Scoppa in observat. num. 6. plures alios cooeor-
68 daotes allegat, etiam post iotimatum maoda-
tum de pareodo, ot reiecta *Anna*, & *Roviti*
seoteotia probat *Consiliar. Carleval. in d. tract. de*
iudic. tomo 2. tit. 3. disput. 16. nu. 32. & aote eom
affirmavit *Tasson. in d. comment. super pragm. de*
antephato versic. 13. observ. 1. num. 33. si tamen
69 adversus Priocipis senteotiam petaror in iote-
grum restitutio, noo impeditor exeqoutio, nisi
evideos eausa allegetue ad exelosiooem præ-
somptæ ealumuiæ, ut post *Afflict. in decis. 356.*
70 loqueotem in restitutiooe petita adversus sen-
teotiam Sacri Coosilij Neapolitani, qood Prin-
cipem represeotat, uti Supremom eius Conci-
storiom, docet *Reg. Rovit. in pragm. 1. de mino-*
rib. num. 29. & post eom. *Consilsar. Staiban. in*
cent. 1. resol. forens. cap. 55. num. 19. & seqq. unde
71 requirebatur, quòd evideotèr ex aliqoa scriptu-
ra, vel aliter appareret de iustitia petentis in
iotegrū restitutiouem, ot suspeodatur exequu-
tio, ex traditis pee *Præsid. de Franch. in decis. 86.*
num. 8. & 9. debet enim læsio oedum in libello
72 exprimi, ot dicit *Afflict. in Constit. Regni appel-*
lationum tempora, ante num. 40. Sed etiam ex
73 eisdem actis apparere ex eodem *Rovito ibidem*
74 *num. 27. & Carleval. in loco relato num. 47.* &
minoris ætatis, vel alterios iohabilitatis tem-
pore, debet adfuisse læsio, ut competat in inte-
grum restitutio, *l. doli mali exceptio 19. in versic.*
diversum 2. ff. de novationib. & pee *Gomes. in lib.*
2. variar. resol. cap. 14. num. 7. versic. adde tamen;
75 debet etiam infra quadrieooium à die scientiæ,
nedùm peti, verùm etiam obtineri, ot *ex l. fin.*
C. de temporib. in integrum restitutionis, & alijs
commonem esse DD. seotentiam testatur *Sfortia*
Odd. in d. p. 1. q. 19. artic. 12. num. 94. quo termi-
76 no elapso, oeque tertius coadiuvando prioci-
palis iura poterat hoc remedium io iotegrum
re-

restitutionis proponere, quia non admittitur, nisi in terminis in quibus causa reperitur, iuxta solemnitèr tradita per *Reg. Rovit. in decis. 1. Reg. Merlin. tom. 1. contr. cap. 30. & Consil. Carleval. de iudic. tit. 3. disputat. 12. num. 18.*

77 Sed non fuit causa decisa, stante concordia ab Illustris. Principissa Scillæ cum eius creditoribus inita.

R E R V M S V M M A.

1 *Electio in alternativis, est regularitèr debitoris.*

Nisi propter moram, aut alia ex causa ad creditorem devoluatur, n. 2.

3 *Variatio permittitur creditori in electione ex contractu competente.*

Si tamen electio secum non trahit exequutionem num. 4. & 5.

6 *Variatio non admittitur in annua obligatione alternativè concepta.*

Cum nihil est a creditore adimplendum post electionem, n. 7.

Secùs si aliquid est ab eo adimplendum, n. 8.

9 *Criminalis actio post civilem intentari potest, & num. 10.*

Finito tamen prius civili iudicio, num. 11. 12. & 13.

14 *Actio civilis, quando possit post criminalem intentari? remissivè.*

15 *Civili causa, vel criminali intentata, an possit adversarius aliam Civilem, vel criminalem movere quæstionem? remissivè.*

16 *Accusatus criminalitèr, non potest neque civilitèr accusantem reconvenire, & n. 17.*

18 *Criminalis actio de violentia, atque turbatione possessionis intentari non potest ante completam civilem causam super hoc antea propositam.*

19 *Interdictum possessorium, ut locum habeat, etiā civilitèr de actoris possessione constare debet.*

Neque simplex detentio sufficit, sed vera possessio requiritur, n. 21. & 22.

Si verò civilitèr de possessione uterque contendant, criminalitèr agi non potest ante sententiam in civili causa proferendam, n. 23.

20 *Possessorium interdictum locum non habet, nisi de molestia, atque turbatione rei constet.*

Etsi criminalitèr agitur, constare debet, quòd turbatio dolose processerit, n. 24. 25. & 26.

27 *Possessionem authoritate propria recuperare incontinenti deiecto permittitur.*

28 *Electa via ordinaria, variari non potest ad extraordinariam, & exequtivam.*

Licèt expensas reficere actor vellet, ut n. 52.

Nec tunc partibus etiam consentientibus Index cogi potest ad exequutivè procedendum, n. 29.

Sed quòd hæc opinio, non sit in puncto Iuris tuta, num. 35.

Et quòd licita sit variatio, etiam post litem in ordinario iudicio contestatam, n. 41.

Maximè cum reo litis expensæ reficiuntur, num. 38. & 54.

Et non fuit in ordinario iudicio probata exceptio aliqua, viam infringens exequutivam, num. 55.

Nec in causa conclusio facta, per quam liqueat de Iure partium, n. 56.

Quamvis in stricta disputandi ratione, anceps quæstio videatur, n. 42.

Et modo affirmativam, modo negativam sententiam tenuit Rota Romana, *n. 43.*

Sed negativa magis procedit in iudicio, de sui natura summario, & exequutivo, n. 44.

Ac in Regno Neapolis, & Supremis Curijs, nu. 45. & 46.

Nam inois variatio admittitur, tàm in prima, quam in secunda instantia, n. 47.

Præsertim si procuratoris, vel Advocati inscitia intercedat, qui litem ordinariè instituerunt, num. 48. & 49.

Admittitur etiam variatio ex pacto, quòd una via electa, alia non tollatur, n. 50.

Sive quòd variare liceat de una ad aliam, num. 51.

Vel si reus contumax existat, n. 52.

Aut facultas agendi via exequutiva fuerit ab actore reservata, n. 53.

30 *Viam, quam semel quis elegit, sequi tenetur.*

Eaque electa, ad aliam recurrere non potest, n. 31.

32 *Creditor non potest iudicium semel incœptum eludere.*

Quod cum solemnitèr inchoaverit, solemnitèr quoque terminare debet, n. 33.

34 *Variatio eligenti non permittitur inter contraria.*

36 *Exceptio litis pendentiæ locum non habet in via exequutiva.*

Nec regula text. in l. ubi acceptum 30. de iudicijs, *n. 37.*

38 *Iudicium ubi cœptum est, ibi terminari debet.*

39 *Via ordinaria, & exequutiva non sunt inter se contraria, aut incompatibiles.*

Et unius electione alteri renunciatum non censetur, n. 40.

58 *Actor non potest, invito reo à lite ordinariè intentata desistere.*

59 *Iudicium ordinarium est, in quo instatur condemnari reum.*

Ad differentiam exequutivi, in quo petitur, eum cogi, atque compelli, n. 60.

61 *Circuitus inutilis est evitandus.*

62 *Aquam transducere licet per agros alienos privatorum, ratione publicæ utilitatis.*

Et per eosdem fossata facere Civitati, n. 66.

Ipsis etiam dominis invitis, atque de damno satisfactis, n. 63.

65 *Vendere, nemo cogitur invitus.*

Fallit ratione publicæ utilitatis, ut pro aqua ducenda in Civitatem, n. 64. & 67.

Et publica utilitas intelligitur unius loci, aut Terræ favor, n. 68.

An verò partem rei, & non totam vendere, cogi possit, ex bono, & æquo iudicandum, n. 73.

69 *Quod*

69 *Quod aui non nocet, & alteri prodest, Iudicis officio conceditur.*
70 *Decisa Sacri Consilij Neapolitani refertur, & num.71.*
72 D. Ioannes Laganarius *Iurisconsultus in foro versatissimus memoratur.*

CAPVT LXIX.

De Variatione ab una re, actione, aut via ad aliam, ad *text. in l. eum qui certarum 138. §.fin.ff.de verborum obligationibus.*

1 ELectionem in alternativis
esse regularitèr debitoris,
pro regula constituitur in
cap.in alternativis 70. de
reg. Iur. in 6. cum concor-
dant.per *Afflict. in dec.397.*
num.4.Card. Mantic. de ta-
cit.& ambig.convent.tom.1.lib.12. tit.28.sub nu.
32.Reg.de Marinis lib.1.quotid.resol.cap.91. nu.
23. & Fontanell.de pact. nuptial. claus. 5. glos.8.
part.13.num.67.& 68. quos sequitur *D.Scoppa*
in observat.ad decis.Gratian.observat. 12.nu.35.
2 nisi propter ejus moram, aùt alijs ex causis, ad
creditorem electio devolvatur, de quo plenè
apùd *Gratian.in lib.2.discept.forens. cap.239. &*
*338.& Ursell.in exam.apum conclus.96.*atque
alios relatos per *Salgad. in Labyrinto creditor.*
p.2.cap.29.n.37.& seqq.
3 Cum tamen electio creditori fuit ex contractu
concessa, licitum est ei quandocumque variare;
ita ex *l.eum qui certarum* 138. *§. fin.ff.de verb.*
*oblig.*probant communitèr DD. quos *Molina*
adducit in *tract.de Hispan.primogen. cap.4.n.35.*
lib.2.& præter eos *Capyc.decis.33. & 46.* dum-
4 modò electio semel facta secum non trahat
exequutionem, quo casu ampliùs variatio non
permittitur, ut ex *l.apùd Aufidium 20.ff.de op-*
tione legata, etiam in electione ex contractu
competente, affirmat *Surd.* post alios in *cons.*
413.n.18. lib.3.
5 Hinc si debitor offerat rem electam, quod se-
cum trahit exequutionem, ex *l.acceptam 20. C.*
de usuris, cum notatis per *Rip.in l.servi electio-*
6 *ne,n.15.ff.de legat.1.*creditor variare non potest,
quamvis annua sit obligatio, alternativè con-
cepta, ubi nihil est per creditorem implendum,
7 quo casu stipulatio, licèt annua, unica dicitur,
& variationem non admittit, ut ex *l.si Stichum*
*16.§ 1.ff.de verb.oblig.*docet *Bartol in l.si sterilis*
§.qui domum,ff.de actionib.empti, ubi enim ali-
8 quid est à creditore implendum quolibet anno,
una esse dicetur stipulatio, *l.si servus communis*
Mavij 18.§.fin.ff.de stipulat.servor. propterea
tunc esset variatio quolibet anno permissa, ex
relato *§.qui domum.*
9 Civili paritèr actione, pro re aliqua intenta,
criminalis actio ad eamdem rem competens,
non consumitur; unde ad eam variare licet, ex
l.1. C.quando civilis actio criminali praeiudicet,
10 quam non esse correctam ex dispositione *Con-*
*stitutionis Regni Neap.*incipiente: *Si Civiliter*
*agens, sub tit.de praeiudicialib.sublatis,*firmat *Af-*
flict.in ead.Const.n.9.in fine; sed hoc intelligen-
11 dum est, finito primo iudicio civili, quo pen-
12 dente, criminalem causam silere, etiam civili
13 maiorem, si ex eodem facto, & ex unico fonte
utraque proveniat, ex pluribus comprobavit
Consiliar.Pratus in responso crimin.20. num.13.
14 *& seqq.*& *in responso* 14.loquitur è converso de
civili actione post criminalem intentata, alle-
gans inter alios *Farinac. in pract. crimin. in tit.*
de varijs, & diversis quaestionib. q. 100. cap.2.
15 ubi latè prosequitur, quando pendente civili,
vel criminali causa ab una parte proposita, sit
supersedendum in alia civili, vel criminali, per
aliam partem deducta, quia una sit alteri præiu-
16 dicialis, & de accusato criminalitèr, quòd non
possit neque civilitèr accusantem reconvenire,
ut voluerunt etiam *Maranta in speculo p.4. di-*
stinct.6.num.56.& seqq.Guazzin.in tract.ad de-
fensam reor.defens.3.cap.10.num.14. licèt con-
17 trarium *Carav.*voluerit in *Rit.193. n.6.*
18 Unde si aliquis civilem actionem pro recu-
peranda, aùt retinenda possessione intentave-
rit criminalem accusationem, de violentia, at-
que turbatione, proponere prohibetur, donec
fuerit in causa civili pronunciatum, per expres-
sam Iuris dispositionem in *l.1. C.de appellat.* ubi
dicitur: *Priùs de possessione pronunciare, & ita*
crimen violentiæ excutere Præses Provinciæ de-
buit, quod cum non fecerit, iustè ab eo provocatum
est: pluribus exornat *Farinac.in relato cap. 2.*
19 *n.61.*cum enim in interdicto possessorio, etiam
civilitèr intentato, constare debeat de Actoris
20 possessione, & molestia, atque turbatione Rei,
ut ex *l.1.in principio, & in §.hoc interdictum,ff.*
uti possidetis, post multos fundat *Mascard.in*
tract.de probat.conclus.1196. num.1. & seqq. &
*num.25.*ubi *num.6.& num.9.*dicit non sufficere
21 simplicem detentionem, sed requiri veram
22 possessionem, & sine vitio respectu adversarij,
23 & propterea, quando utraque possidere con-
tendit, actio criminalis minime competit, ante-
quàm à Iudice per sententiam huic prætentioni
silentium imponatur, ut post *Bald.in disputat.*
incipiente: *Recusatus, de vi turbativa, col.1.ver-*
sic.solve quando, docet *Rebuff.ad Gallia Consti-*
tut.tom.3. in tit. de Materijs possessorijs, artic.1.
*glos.2.num.45.*quem refert, & sequitur *Menoch.*
in tract.de retinenda possess.remed.3. n.55.
24 Nàm ut criminalis actio competat, nedùm
turbatio in possessione requiritur, sed quòd
hæc turbatoris dolo processerit, ex *Mascardo in*
d.conclus.1196.num.128.cum duob.seqq. Meno-
chio in d.remed.3.nu.61. Decian.in tract. crimin.
25 *lib.8.cap.2.num.10.*ubi dicit, quamlibet etiam
coloratam causam à dolo excusare, & *n.5. & 7.*

26 solam possidendi credulitatem sufficere ad removendum possessorium interdictum, quod etiam *Menoch.* affirmat in loco relato *nu.* 226.
27 *& num.* 252. ubi quòd cessat possessorium interdictum, si quis à possessione deiectus incontinenti eam, propria etiam authoritate, recuperaverit, idem voluerunt *Lancellot. in tract. de attent. cap. 4. limitat. 1. num. 27. & num. 33. & seq. Farinac. in p. 1. fragment. criminal. in verbo Authoritate propria, nu.* 258.

28 Sed cum creditor duas habet vias agendi, ordinariam scilicèt, & extraordinariam, sive exequutivam, intentando ordinariam, non potest illam mutare, & exequutivè agere, ut per *text. in cap. ne qui duas 25. de electione lib. 6. & in cap. 1. de postulat. Prælator. eodem lib. 6.* docet *Roman. in cons.* 133. quem sequitur *Maranta in spec. p. 6. actu 8. num. 31. & in disput. 6. num. 24. & 26 in fine*, ubi in calce, *nu.* 36. ita refert iudicatum in S.C.Neap. & hanc sententiam communiorem, & veriorem esse, atque in iudicijs servari, ex alijs deducit *Mastrill. in decis. 157. n. 1. cum duob. seqq.* pro qua consulvisse dicit *Cancer.* plures adducens in *lib. 1. variar. resol. cap. 17. nu. 42. & 46. & in lib. 2. cap. 3. num.* 124. ac ita communitèr omnes tenere testantur *Scaccia in tract. de appellat. q. 17. limitat. 9. n. 45. Barbat. in tract. de assistent. gl. 6. num. 33. Cons. Carleval. in tract. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 14. num. 2.* cum plurib. seqq. innumeros adducit *Giurb. in decis. 55. num. 18.* quem sequitur *Cenc. in tract. de censib. q. 95. num. 28. Reg. Revit. in Prag. 1. de conservatorijs n. 10. Cons. Marcian. in cons. 54. lib. 2.* neque tunc par-
29 tibus etiam consentientibus, Iudicem cogi posse ad procedendum via exequutiva, voluit *glossa in clement. sæpè, in verbo Partibus, de verb. signific.* quam sequitur, & singularem dicit *Roman. in d. cons.* 133.

30 Ratio autem est, quia viam, quam semel quis elegit, sequi tenetur, *l. si mulier 21. §. fin. ff quod metus causa*, cum alijs per *Barbos.* collectis in *axiom. Iur. 225. num. 1. & 2.* ubi, quòd via una
31 electa, nemo ad aliam recurrere potest, neque
32 in creditoris potestate esse debet, iudicium se-
33 mel cœptum eludere, quod cum fuerit solemnitèr inchoatum, eadem solemnitate est ordinariè terminandum, ut *glos. in l. proinde in fine*, & in *verbo sed æstimanda, ff. ad leg. Falcid. Baldum*, & alios ait *Giurba* in loco relato, eligens enim in-
34 ter contraria variare non potest, *l. 4. §. elegantèr & l. post diem 7 ff. de pacto leg. Commiss.*

35 Verùm hanc sententiam, non esse in puncto Iuris tutam, affirmat *Reg. Merlin. in lib. 2. contr. forens. cap. 97. num. 6. in fine, cum seqq.* ubi, quòd
36 exceptio litis pendentiæ, & regula, *text. in l. ubi*
37 *acceptum 30. ff. de indic.* quod ubi cœptum est iudicium, ibi terminari debeat, locum non habent in via executiva: maximè, cum reo litis
38 expensæ reficiuntur, & *n.* 8. dicit viam ordina-
39 riam, & exequutivam, non esse inter se contrarias, aùt incompatibiles, sed diversas ad idem
40 tendentes; unde unius electione, alteri non censeri renunciatum, stante earum compatibilitate, post *Iason. in l. 2. num. 124. vers. Ego puto, C. de Iure emphiteotico*, & alios declarat *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. num.* 7. & plures pro hac opinione refert *Reg. Merlin.* lo-
41 quentes etiam post litem in ordinario iudicio contestatam, sub *num. 9. & seqq.* ubi quæstionem
42 hanc in stricta disputandi ratione ancipitem
43 quodammodo videri, & modò affirmantem, modò negantem sententiam, fuisse à Rota Ro-
44 mana amplexam, sed negativam citra ullam, procedere controversiam in iudicio de sui na-
45 tura summario, & exequutivo, & faciliùs in Regno Neapolitano, & in Supremis Curijs, in
46 quibus summariè, simplicitèr, & de plano pro-
47 ceditur, ac sola facti veritate inspecta: nàm in eis variationem admitti, tàm in prima, quàm in secunda instantia; post *Baer. in decis. 42. nu. 14.* firmat *Reg. Capyc. Latr. in decis. 120. num. 28.*
48 *& 29. lib. 1.* attento etiam, quòd procuratoris, vel Advocati inscitia, litem ordinariè institu-
49 entis, principali non obest; nisi ratum habuerit, quod fuit eius nomine gestum, sequitur in omnibus *Consiliar. Petra in comment. ad Ritus M.C. tomo 1. Ritu 134. num. 1. & seqq.* ubi etiam,
50 quòd magis procederet hæc variationis admissio, stante pacto, quòd una via electa, alia non
51 tollatur, sive, quòd variare liceat de una via ad aliam, nam & hoc post *Vesill. in add. ad Afflict. in decis 326. sub n. 2.* voluerunt etiam *Sese in tract. de inhibitionib. cap. 2. §. 3. num. 49. Barbat. in d. glos. 6. num. 35. Cons. Marcian. d. cons. 54. num. 4. Scaccia in d. limit. 9. num.* 49. ubi in præ-
52 cedentibus *numeris* 46. 47. & 48. variationem concedi ait reo contumace existente, vel si
53 actor ordinariè agens, facultatem sibi reservaverit, agendi via exequutiva; idque paritèr probaverunt post alios *Zacchia in addit. ad Galesium in tract. de oblig. camerali q. 11. num. 18. & 22. Gizz. in add. ad Capyc. Latr. d. decis. 120. n. 37 & seq.* & quòd refectis expensis liceat actori
54 renunciare iudicio ordinariè intentato, & variare ad exequutivum, ex *Rebuffo*, & alijs docuerunt *Cancer. in precit. cap. 17. num. 45. in fine, & 47. cum seq. Scaccia in loco relato, n.* 46. hoc intelligentes, dummodò non fuerit adhùc in ordi-
55 nario iudicio probata exceptio aliqua, viam
56 infringens exequutivam, nec facta sit in eo conclusio in causa, per quam liqueret de iuri-
57 bus partium; sed quod neque refectis expensis actori sit variare permissum, & invito reo, à li-
58 te ordinariè intentata, desistere, sustinet ex pluribus *Cons. Carleval. in relata disputat. 14. num.* 6.

Cum itaque institisset in S.R.C.Neap. Marcus Andreas Grillus, condemnari Baronem Terræ Abbaeis Marei ad repletionem foveæ, & demolitionem aquæductuum in rure ipsius Marci Andreæ constructorum pro ducenda aqua ad Molendinum Terræ prædictæ, servata forma in-

ioſtrumeoti com co ſtipulati, & poſtea varian-
do de via ordioaria, ad exequutivam, ioſtetiſſet
eumdem cogi, & compelli ad prænarrata; hoc
ei licere ex præmiſſis contendebat, & ſi prius
59 inſtetiſſet condemnari, quod ſanè condemoa-
tionis verbum iudicium inferebat ordinarium,
60 ad differentiam exequutivi, in quo diciturcogi,
& compelli, ſecundùm ea, quæ poſt *Bartòl. in l.*
1. C. de exequut. & re iudicata, & *in Extravaganti*
ad reprimendum in verſic. & figura, refert *Ma-*
ranta in ſuo ſpec. p. 6. diſtinct. 9. num. 16. & notat
Aretin. in §. omnium, num. 19. inſtit. de actionib.
alijque apùd *Andreol. in controver. forenſi* 101.
num. 23. lib 2. Sed qoia interim Voiverſitas Ter-
ræ Abbatis Marci, cuius Iura toebamur, coadiu-
vando Iura Baronis, in iudicio contra eum mo-
to, inſtetit Marcum Andream turis prædicti
poſſeſſorem cogi, & compelli ratiooe publicæ
utilitatis ad vendendum ſervitutem aquæ du-
cendæ per eius locum, ut molendioa per abun-
dantiorem aquæ curſum publico Civiom uſui
deſerviant, offereos damnum, atque intereſſe
reficere, quod ex mutatione loci pateretur ab
eo, per quem aqua priùs in eodem iure duceba-
tur, omninò ſuperſedendum fore dicebamus in
petita aquæductuum demolitione, & foveæ re-
pletione, donèc exitus iudicij ab Univerſitate
iotentati videretur, in qoo ſuas facere proba-
tiones iotendebat; quatenùs eoim de eius bono
Iure conſtitiſſet; iterùm erant aquæductus cons-
61 ſtruendi, unde circuitus iootilis evitari debe-
bat, *l. cum fundus 31. §. ſervum, ff. ſi cert. petat.*
cum concord. apùd *Barboſ. in axiom. 43.* & oos
alias diximus io *præcedenti cap. 1. num. 4. & cap.*
68. n. 19.
61 Quod autem pro utilitate publica, & ad
uſum publicum liceat transducere aquam per
63 agros privatorum, Dominis etiam invitis, eiſ-
que de damoo ſatisfactia, ex *l. ſi locus 14. §. cum*
via, ff. quemadmodum ſervit. amittat. & ex l. 1. C.
de aquaduct. lib. 10. docet elegaotèr *Chaſſan.*
in Catalogo Gloria Mundi p. 12. conſid. 18. verſic.
4. ſequitur *Capiblanc. in tract. de authorit. Baron.*
tomo 2. cap. 3. n. eodem, ubi dicit ratinoe publicæ
64 utilitatis, & præſertim pro aqua ducenda, ceſ-
ſare regulam *l. invitus 11. C. de contrahenda em-*
pt. & l. nec emere 16. C. de Iur. delib. quod oemo
65 invitus ad vendendum cogi poteſt; hoc idem
poſt *Rip. in tract. de Peſte in tit. de remedijs præ-*
ſervativis contra peſtem, n. 23. & 24. affirmat *Car-*
pan. in comment. ad Statuta Mediol. tomo 2. cap.
66 197. *num. 19.* & proinde licere Civitati foſſata
facere per agrum alienum, notat *Bald. in l. ſer-*
vus, num. 1. C. quibus ex cauſis ſervi pro præmio
libertatem accipiunt, quem ſequitur *Folin. in cap.*
qui in Eccleſiarum 7. num. 28. verſic. ſed tu vide
Bald. de conſtitut. & regulam *l. invitus* propter
67 publicam otilitatem ceſſare, declarant plores à
Covarr. relati *in lib. 3. variar. reſol. cap. 14. nu. 8.*
Menoch in tract. de arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 5.
68 *caſu 461. num. 18.* ſed noo totus Orbis, vel Pro-
vinciæ favor concurrere debet; ſolus enim pu-
blicus favor unius loci, ſive Terræ ſufficit, ut poſt
Alex. in conſ. 101. vol. 1. Petram de Poteſt. Prin-
cipis, fol. 199. num. 57. aoimadvertit *Capiblanc. in*
pragm. 1. de Baronib. n. 170.
69 Et quamvis actio deficeret, adhùc Iudicis of-
ficium ſupplere debet, ut quod ooi oon nocet,
& alteri prodeſt, facilè concedatur, ex regula
l. reſcriptum 7 C. de precib. Imperat. offerend. cum
concord. apùd *Giurb. in obſerv. 47. num. 7.* idque
in propria materia aquarum ex *tex. in l. 1. §. idem*
aiunt, & *in l. 2. §. item Varus, verſic. quumquum,*
ff. de aqua pluvia arcenda, conſiderat *Theſaur. in*
deciſ. Pedemont. 245. n. 7.
Fuit proindè ſecoodùm obſervata iodicatum
io præfato S. C. quòd infra 40. dies pro omni
70 termino, oominatiooe, & beoeficijs, partes de-
duceant incumbeotia, etiam reſpectù prætenſo-
rum per Voiverſitatem, ad relationem Illuſtris
71 *D. Conſiliarij Alphonſi de Vargas* Cagnaoi Du-
cis, ſub die 26. Iunij 1645. Actuarius Spera, li-
cet in cauſa principali Baro ſuccubuiſſet, ut re-
72 fert *Ioannes Laganar.* Iuriſconſultus io foro
verſatiſſimus in *præclaris additionibus* poſteà
æditis *ad Comment. Regent. Roviti ſuper pragm.*
Regni in tit. de Aqua, & Aquaductib. in fine; nam
habuit Sacrum Conſilium pro vero, quòd cauſa
73 æmulationis, Baro partem tantùm turis, & oon
totum emere volebat, ut cum Marco Andrea il-
lius Domino convenerat, quòd ex booo, &
æquo iudicandum eſſe, non autem ex Iuris ri-
gore, an quis partem rei, & non totam vendere
cogi poſſit? tradiderunt *Theſaur. & Giurba*, ab
eo relati, illo *q. forenſi 64. num. 11. lib. 1.* & hic *in*
deciſ. 86. eodem n. 11. & ſeq.

RERVM SVMMA.

1 *Ædificium in ſolo ſuo, ad ſidera uſque elevare*
cuilibet regulariter permittitur.
Quod ampliatur etiam, ſi vicini luminibus offi-
ciat, n. 2.
Præſertim ubi vicinus eſſet, qui domum conti-
guam ab omni ſervitute liberam vendidiſſet,
num. 12.
Intellige niſi locus ædificij ſervitutem debeat, nu.
3. ubi laudatur D. Vincentius Brilla.
Et niſi vicino impeditur Sol, Ventus, aut Aer,
n. 2.
Maximè in prædio ruſtico propter utilitatem
fructuum, n. 5.
Ac niſi ad æmulationem ædificetur, Iudicis arbi-
trio inſpiciendam, n. 8.
Item dummodò non penitùs vicinus damnifice-
tur, ſed ei relinquatur, ut commodè habitare
poſſit, n. 10. & 11.
6 *Servitus, præſertim negativa, debet ab allegante*
probari, cum regulariter non præſumatur.
7 *Servitus negativa altiùs non tollendi, nunquàm*
præſcribitur, niſi prohibitum, atque intermiſ-
ſum quandoque fuiſſet ædificium.

9 *Ædificare nemo præsumitur animo nocendi, vel æmulandi.*
13 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
14 *Prohibitum in uno, in alijs censetur esse permissum.*
15 *Ædificium unum prope aliud, quo spatio relicto construi debeat?. & num. 18. cum seqq.*
Et quid fuerit de Iure Consuetudinario huius Civitatis dispositum, n. 20. & seq.
16 *Actio finium regundorum in rusticis tantùm prædijs locum habet.*
17 *Lex intelligi debet, ut conveniat Rubricæ sub qua ponitur.*
18 *Mæniana, sive solaria, quæ dicantur?*
19 *Aer cuilibet liberum est in suo.*
22 *Consuetudines Civitatis Neapolitanæ quemadmodum, & alia Statuta laicorum, Ecclesiasticas personas, earumque bona, activè, vel passivè non comprehendunt, & n. 31.*
23 *Leges sæculares an sint attendendæ, vel Ecclesiastica in iudicio, quod per Clericum exercetur in foro sæculari?*
24 *Consuetudines Neapolis in materia servitutum, fabricarum, & similium fuerunt, per Ritum Curiæ Archiepiscopalis approbatæ.*
Excepto Iure congrui, ut n. 25.
Sed non animo inducendi Consuetudinem inter Ecclesiasticos, n. 16. 29. & 30.
27 *Consuetudines laicorum non ligant Ecclesiasticos, nisi expressa adsit Pontificis approbatio.*
In forma specifica, & ex certa scientia, utn. 28.

CAPUT LXX.

De Ædificijs iuxta formam à Iure præscriptam construendis, ad explicationem *l. Mæniana 11. C. de Ædificijs privatis.*

1 ALtiùr tollere, atque ædificium ad sidera usque elevare, cuilibet regulariter
2 in solo suo permittitur, etiam si vicini luminibus officiat; nisi locus ædificij
3 servitutem deboat, ut in *l. cum eo 8. ff. de servit. urbanor. prædior.* & *in l. altiùs 8. C. de servit. & aqua*, regulam ponunt cum suis ampliationibus, atque limitationibus *Soccin. in regula* incip. *Dominum*, & alij per *Carpan.* relati in *Commen. ad Statuta Mediol. lib. 1. cap. 336. num. 4.* quam latiùs exornant *Vrsell. in exam. Apum, conclus. 62. in ver. Ædificare, Rubens de validit legal. cap. 10. & 11. Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1 cap. 104. Conciol. ad Statut. Civit. Eugub. lib. 5. rubr. 34.* ubi *D. Romaguer. in addit. rubr. 32. num. 1. Card. de Luca de servit. discurs. 2. num. 9.* & post alios noviter dignissimus Fisci Patronus in Regia Audientia Civitatis Salerni, *Dom. Vincentius Brilla ad Consuetud. Neap. tit. 20. cap. unic. nu. 32.* ac demùm *D. Altimar. in observat. ad Regent. Rovit. in cons. 19. lib. 3.* ubi *num. 14.* limitat post
4 alios, ubi vicino impediretur Sol, ventus, aût
5 aer; & maximè in prædio rustico propter utilitatem fructuum, quod probatur in *l. fin. §. fin. C. de servit. & aqua*, & post *Capoll.* affirmaverunt etiam *Ancheran. Regiensis in quæst. familiarib. p. 3. q. 23. Boer. in decis. 322. num. 12. Magon. in decis. Florentina 6.*

6 Servitus autem in dubio non præsumitur; cum ab origine quælibet res libera præsumatur ideòque ab allegante probari debet, ut in *l. si in ædibus 9. C. de servit.* docuerunt *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 89. Mascard. in tract. de probat. conclus. 1305. p. 2.* quod maximè locum
7 habet in servitute negativa, qualis est, altiùs non tollendi, quæ non præscribitur, etiam si per mille millia annorum non fuisset ædificatum; nisi fuerit ab adversario prohibitum ædificium, eique prohibitioni ædificans obtemperaverit, ut voluit *glossa in l. qui luminibus*, quam ibi sequuntur *Bart. & DD. ff. de servit. urban. prædior.* & post alios *Mascard. in d. tract. de probat. conclus. 1220. num. 81. & seqq. Thesaur. in decis. Pedemont. 41. nu. 2 Capyc. in decis. 109. nu. 25. Gomes. in lib. 2. variar. resol. cap. 15. num. 28. versic. Item addo, & Cancer. in eod. tract. variar. resol. in tit. de servitutib. n. 143. lib. 3.* unde sem-
8 per licebit ædificium elevare, dummodò ad ædificantis utilitatem, non ad socij damnum æmulationis gratia elevetur, quod boni Iudicis arbitrio relinquitur, ex hijs, quæ post alios tradidit *Menoch. in tract. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. cent. 2. casu 156. Bursat. in cons. 57. num. 17. & seq. lib. 1.* & alij innumeri collecti per *Novar. in p. 2. qq. forens. q. 1. n. 15. & seqq.* quibus addendi sunt *Reg. Capyc. Latr. in decis. 50. num. 5. lib. 1.* & alij, quos sequitur *Conciol. ubi supr. lib. 5. rub. 34.*
9 *ex num. 2.* etenim in dubio quis non præsumitur ædificare animo nocendi, vel æmulandi, ut est *glossa in l. fluminum, §. fin. ff. de damno infecto, Vrsill. ad Afflict. in decis. 215. num. 4. Præs. de Franch. in decis. 625.*

10 Sed ita ædificium regulariter extollere licet, ut non penitùs vicinus damnificetur, cum tantùm sit ei relinquendum, ut commodè habitare possit, inspecta potissimùm illius qualitate, secundùm dispositionem *l. bina ædes 9. §. Marcellus in fine, ff. de servitutib. urbanor. prædior.* ubi notat *glossa* cum concord. quam nedum in ultimis voluntatibus, favore ædium legatarium, ut *glossa* voluit in *l. præcedenti*; verùm etiam in contractibus locum habere determinant, post *Curt. iun. Salycet. & Dec. Boer. in decis. 322. num. 8. in fine Thesaur. in decis. 216. num. 5. Gratian. in lib. 5. discept. forens. cap. 896. num. 11.* idque
11 fortiùs procederet, quando ex divisione, vel emptione, aut simili contractu quis partem

tem ædium acquireret ab eo, qui in alia parte
non vendita, habebat in muro fenestras, in
aream vicinatum ædium venditarum respi-
cientes, quo casu pars ædium alienata videtur,
cum ea servitute, ne luminibus officiatur, ex
quo servitus illa, quam ædes alienatæ sustine-
bant, causam habebat continuam, & perma-
nentem, iuxta notata per *Bart. in l. 1.* per illum
text. ff. de servit. leg. quem sequitur *Cancer. in lib.
3. variar. resolut. cap. 4. num. 4. & seqq.* & in indi-
viduo hoc idem firmaverunt *Capoll. tract. de ser-
vit. urban. prædior. cap. 38. num. 6.* quem sequitur
alijs quoque relatis *Thesaur. in d. decis. 216.* ubi
secundùm hanc opinionem bis fuisse decisum
refert in Senatu Pedemontano *sub n. 1. & 3.*

12 Cum verò pars ædium vendita fuit pro fran-
ca, & libera, exceptis quibusdam servitutibus,
tunc si aliæ servitutes reperiantur, præter ex-
ceptuatas: prout ista, ne luminibus officiatur,
quamvis antiquæ, & causam habentes conti-
nuam, & permanentem, minimè debentur, imò
tolli, & auferri debent: intelliguntur enim
ædes ab omni servitute, præter exceptas exem-
ptæ, ut notat *Capyc. in decis. 187. num. 14. & 17.*
& ita decisum in S.C. Neap. refert *Afflict. in de-
cis. 298.* quam à contrarijs defendit *Vrsill* ibi-
dem *num. 2. & seqq.* sequitur præter alios *The-
saur. in decis. 216. num. 2. & 3.* eamdem decisio-
nem S. C. Neapolitani refert *Thor. in compendio
decis. Regni Neap. p. 1. in verbo Servitutes*, ad
quod optimè facit *text. in l. alienatio 67. ff. de
13 contrah. empt.* & regula, quòd exceptio firmat
regulam in casibus non exceptuatis, ut in *l. nam
quod liquidè 4. §. fin. ff. de penu legata*, & quòd in
14 uno prohibens, in alijs permittere videtur, *l.
cum Prætor 12. ff. de iudic.* ut in his terminis do-
cet *Afflict. in d. decis. 298. n. 3.*

15 Quamvis autem inter duo ædificia spatium
decem pedum ex legis dispositione relinquen-
dum esse, sancitum videatur in *l. Mæniana 11.
C. de ædificijs privat.* & sic viginti palmorum
iuxta pedis mensuram, ab *Alciato relatam, in
l. mille passus 154. ff. de verb. signif.* & alibi duo-
rum pedum, & sic palmorum quatuor iuxta
græcam Solonis legem in latinum translatam
in *l. fin. ff. finium regundor.* attamen *d. l. Mæniana*
de generali Consuetudine non servatur, ut di-
cit *glossa* in eadem *l. Mæniana*, quam ibi sequi-
tur *Salycet. & Bald. in cons. 348 num. 5. lib. 7.* ubi
plùs refert *Iacob. Butrig.* dicentem, quòd simili-
tèr *d. l. fin. ff. finium regundor.* respectù duorum
pedum spatij intermittendi, est per generalem
Consuetudinem abolita; etsi non simplicitèr,
saltèm quantùm ad ædificandum, prout etiam
voluerunt alij relati per *Surd. in cons. 74. num. 2.
lib. 1.* quamvis ipse contradicat *sub num. 11. &
seq.* idemque firmat *Carpan. in comment. ad Stat.
Mediol. tomo 2. cap. 334. num. 12.* ac demùm
Andreol. in controv. 295. num. 15. lib. 4. & *Paci-
chel. de distant. cap. 6. membr. 1. num. 13.* quos no-
vissimè sequitur *D. Romaguera in addit. ad Con-
ciol. super Statut. Civit. Eugub. cit. lib. 5. rubr.
32. num. 10.*

Rectè nihilominùs intuenti patebit, neu-
tram ex dictis decisionibus, tàm *d. l. fin.* quàm
dictæ *l. Mæniana*, locum habere in ædificijs, quæ
iuxta urbana prædia construuntur: etenim di-
spositio *d. l. fin.* solùm intelligi potest in ædifi-
cijs, quæ iuxta agrum, vel sepem, sive rusticum
prædium construuntur, ut expressè voluit *Ac-
curs. in d. l. Mæniana*, & patet ex *Rub. seu tit. finiū
regundor.* cui lex illa subijcitur, cum actio fini-
16 um regundorum, non nisi in confinio prædio-
rum rusticorum locum habeat, ut in *l. 4. §. hoc
iudicium, ff. finium regundor.* propterea lex de-
17 bet intelligi, ut conveniat Rubricæ, vel titulo,
sub quo ponitur, à quibus validum est argumē-
tum, ad notata in *l. Imperator 19. ff. de in diem
addict.* docent *Æverard. in Topica legali, cap.
92. Barbosa in locis argument. loco 98.*

Dispositio verò *d. l. Mæniana*, protrahenda
nō erit ultra casum mænianorum, & sic solario-
rum, in quibus loquitur, ut voluit *glossa in d. l.
fin.* quam sequitur alijs relatis *Franciscus Mer-
18 cus in decis. 500. num. 10. & seqq. p. 1.* sunt enim
Mœniana, ædificia illa, quæ extra parietem pro-
iecta, ambulandi, & conspiciendi causa effici
solent, ut nusquam conquiescant, e Mœnio quo-
dam Romano, ita nuncupata, quæ alio nomi-
ne, solaria nuncupantur, ut dicit *glossa in l. si
verè, §. Prætor ait, ff. de his qui deiecerunt, vel ef-
fuderunt*, quia scilicèt solariorum vicem su-
stinent, cum solum, super quo pendent, minimè
tangant, iuxta notata in *l. quemadmodum 29.
§. si proiectum, ff. ad leg. Aquil.* & voluit *Paul. de
Castro in l. fin. ff. de servitutib.* quæ nos vulgari
sermone *balconi* dicimus, & nuncupamus, hanc
Mœnianorum ethymologiam elegantèr expli-
cat *Alciat.* per illum *text. in l. mulum 241. §. in-
ter proiectum, ff. de verb. significat.* & post eum
*Alexand. ab Alexandro in lib. 5. genial. dier. cap.
11.* quem refert *Camill. Salern. in addit. ad Nea-
pol. in Consuetud. si quis habet, sub tit. de servitu-
tib. in vers. Mænianum*, declarat *Consil. Theodor.
in alleg. 82. num. 16.* ubi tamen, non à Mœnio, sed
à Mœnijs, Mœniana dicta affirmat post *gloss. in
d. l. mulum §. 1.*

Igitùr in simplicibus ædificijs iuxta urbana
prædia construendis, nulla emanavit Iuris di-
spositio, & quidem meritò, cum urbana prædia
cōmunibus ipsis parietibus terminari valeant,
nullo relicto in medium intervallo, ut in *d. l. 4.
§. hoc iudicium, ff. finium regundor.* & in suo, cui-
19 libet liberum est aer, ut in relata *l. altius, C. de
servit. & aqua.*

Sed si aliqua ex prædictarum legum disposi-
tionibus, tanquàm in urbanis quoque prædijs
militantibus, esset attendenda: equidem non
nisi duorum pedum spatium esset relinquen-
dum, iuxta dispositionem *d. l. fin.* quæ non fuit
per *d. l. Mæniana*, alitèr correcta, solùm in mœ-
nianis loquentem, ut diximus: prout ita dispo-
si-

fitionem *d.l.fin.*tanquàm incorrectæ fervandam
eſſe, cenfuerunt *Capolla in tract. de fervitutib.*
*urbanor.pradior.cap.*4n.*num.*2.*Thefaur.in decif.*
115.*in principio.*

20 Hæc atrenta difpofitione luris cnmmunis;
etenim de Iure Confuetudinarin huius Civita-
tis Neapolitanæ,ædificans cnntra parietem vi-
cini, in qno fit apertura, debet fe elnngare per
palmos dnodecim,nt in *Confuetud.*incip.*Si quis*
21 *habet, fub tit. de fervit.* fi verò ex latere velit
ædificare, debet relinquere à lnco apertnræ pal-
mos dnos, & duos tertios, nt in *feq. Confuetud.*
quæ incipit: *Etfi ex latere.*

22 Qnòd tamen Ius Confuetudinarium circa
prædicta difponens: quemadmodum, & alia
Statnta laicnrum, Ecclefiafticas perfnnas, en-
rumque bona activè, & paffivè minimè cnm-
prehendat, paret ex hijs, quæ latè prnbat *Nea-
podan.in proemio dictar.confuetud.in §.prafatis,in
verbo Tenorem, à n.*293.ubi dicit, quòd etfi in-
ter Confnetndinum Compilatores interveneriт
Antiftes Civitatis Neapolis cnm dnodecim
prnbaris viris, ut in *d. Caroli Regis proem. ad
confuetud.§.ut igitur*, electus fuit non nt Epifco-
pus, vel ex Pontificis delegatinne, nt fuper Cle-
ricis, eorumque bonis ftatueret; fed uti ex nm-
nibus prnbis viris integrior, nt explicat *Molfef.
in commento ad Confuetud. Neap.p.2.de perfonis
q.7.num.*52.*lib.*1.*& Caput.in Comment. ad eaf-
dem Confuetndines in praludijs §.3.n.3.*

23 Et quamvis *Neapodan.ubi fupra,nu.*319. di-
ftinguendo dicat, in iudicio, quod per Cleri-
cum in foro fæcnlari exercetur, leges rei con-
venti fore obfervandas, ut fi ille fit laicus, Civi-
les Leges, & Confuetndines lncum hebeant,
idemque vnluerunt *Menoch.in conf.*991. *nu.*13.
*lib.*1n.*Surd.in decif.*17.*nu.*8. Hæc tameo intel-
ligi debent, nt Iura in beneficium laici conven-
ti facientia, quæ aliàs fuerunt in favorem laicn-
rum in Ecclefiaftico fnrn recepta, fint obfervan-
da; non tamen, ut indiftinctè in damnum laici
cnnventi fint attendenda, quod maximam con-
tinerer iniquitatem, ex nntatis per *Prafid.de
Franch.in decif.*285.*circa finem*,& per *Caput.in
d.§.*3.*num.*27. cum enim Ecclefia, & Ecclefia-
fticæ perfonæ debeent eſſe cultrices iuftitiæ, nt
*in cap.*1.*de alienat.feudi puterni*; æqualitatis ra-
tio fuadet, ut quemadmndum paffivè nnn li-
gentur Confnetudinibus, five Statutis laicorum,
ita nec activè in enrum beneficium, ut dicit
*Praf.de Franch.in decif.*411.*circa finem*, fundat
nptimè *Reg.de Ponte in conf.*39.*nu.*11 *lib.*1. fe-
quitnr *Molfef.in relata q.*7 *n.*37.

24 Prædictis parum nbeft, quòd per Ritum Cn-
riæ Archiepifcopalis Neapolitanæ fuerunt
Confuetudines in materia fervitutum, fafina-
rum, fabricarum faciendarum, vel demnlien-
darnm, & fimilium approbatæ, cum præfumpto
25 confenfu Capitnli, excepto Iure congrui, ut in
Ritu 22.*Curia Archiepifcop.*& fic animn indu-
cendi Confuetudinem in foro Ecclefiaftico, &
ioter Ecclefiafticas perfonas, nt Ritum prædi-
ctum intelligit *Alberic. Oliva* fuper eius *com-
mento*, quem fequitnr *Vrfill.ad Afflict.in decif.*
31n.*num.*13.*Molfef.ad Confuetud. Neap.p.*7.*q.*
15. *num.*7. & alij *à Reg. Capyc. Latro* relati
in *decif.*66.*num.*23.*& in decif.*95. *num.*4. *lib.* 1.
quia veriùs eft, Ritus prædicti apprnbationem
fuiſſe cnmmunitèr intellectam, nnn animo in-
26 dncendi Cnnfuetudinem inter Ecclefiafticos,
qui regularitèr Confuetudinum difpnfitione
nnn ligantur, contra intellectum *Alberici in d.
Ritu*, ut ipfe quoque teftatur, quem refert *Praf.
de Franchis in decif.*285. & probat *Caput.in
pralud.ad confuetud.*§.3.ante *num.*3. opus enim
27 fuiſſet ad hnc, nt Ecclefiaftici Confuetndinibus
laicnrum ligarentur, expreſſe Summi Pontificis
approbatinne, ut ex *Farinac.in decif.*79.*n.*2. *&*
347.*n.*3.docuit *Molfef.in d.q.*7. *num.* 52. & ex
text.in cap.adverfus 7.*de immunit.Ecclefiar.* de-
ducit *Reg.Sanfelic.in decif.*188.*num.*15.*lib.*2.ubi
Ita fuiſſe aliàs indicatum affirmat in S.C.Neap.
licèt ibi contrarium decifum fuiſſe referat, &
eum allegat *Thor.in fupplem.compend.decif. Re-
gni in verbo confuetudines*, neque fimplex Pon-
tificis apprnbatio, in qua vim cnnftituit *Vrfill.
ad Afflict. in relata decif.*31n. *num.*13. aliquid
nperatur, quòad Clericos, & Ecclefiafticas per-
fnnas, laicnrum Confuetudini fubmittendas, cui
28 nnn fnbfunt, tanquàm non facta In forma fpe-
cifica, & ex certa fcientia, ut poft *Carol.de
Graffis in tract.de effectib.clericat.effectu* 2. *limi-
tat.*8.*num.*149.*cum feqq.* vnluit in terminis no-
ftrarum Cnnfuetudinum *Caput.in proximè relato*
29 §.3.*num.*5.& refpectu Clericorum Archiepifco-
pali Curiæ Neapnlitanæ fubditnrum, adhuc
30 dubia redditur apprnbatio ab Antiftite fine
Capituln facta, ut ex eodem *Praf. de Franchis in
d.decif.*285.*num* 8.confirmat *Reg.Sanfelic.in ad-
dit.ad prafatam decif.*188.*n.*3.

Quibus etiam frequentiffima Praxis adftipu-
latur, In qua fæpiffimè hæfitari contingit de
Confuetndinibus, quæ in bona, vel in perfonam
dirignntur, nt Ecclefiafticas cnmprehendat, vel
non; cum tamen inutilis eſſet difputatio, fi ef-
fent confuetudines receptæ etiam In foro Ec-
31 clefiaftico; & nihilominus confuetudinum
prædictarum difpofitionem in Ecclefiafticis
perfnnis lncum nnn habere, fuit pluries deci-
fum in Sacro Confilin Neapolitano ex traditis
per *Prefid.de Franch.in d.decif.*285.*in decif.*411
& 667.

RERVM SVMMA.

1 *Vafalli Dominos adiuvare tenentur.*
*Et fubventiones, five fubfidia ab eis praftanda, fuerunt adiutoria nuncupata, n.*2.
*Qua in Regno pluribus in cafibus permittuntur, num.*3.
*Primò, pro redimenda perfona Domini, feu Baronis à Regis hoftibus capti, cum eius fervitio incumberet, n.*4. *Se-*

Secundò, pro faciendo filio Milite, n.5.

Tertiò, pro maritanda filia, vel ſorore, n.6.

Quartò, pro emenda Terra, ut ibi.

Quintò, quando fuit vocatus, aut miſſus in Regis exercitum, vel pro eius ſervitio, n.7.

Sextò, quando Rex in eius Terris hoſpitatur, & Baro facit Regi expenſas, n.8.

Septimò, pro faciendo fratre Milite, n.9.

Extra quos caſus Domini adiutorium imponentes, aut aliter vaſalles affligentes, ultra damni emendationem, pœna dupli puniuntur, num.10.

Quinimò in caſibus etiam permiſſis non poſſunt adiutorium exigere ſine Regijs litteris, n.11.

12 *Adiutorium Baroni debitum à Sacro Reg. Conſilio hodie liquidatur in Regno Neapolitano.*

Et olim à Reg. Camera Summaria cogneſcebatur, num.13.

Cum enim in eo multa contingat opponi circa caſus, in quibus debeatur, & pro quo tempore, & quantitate, n.14.

Barones illud exigere propria authoritate non poſſunt, n.15 & 17.

16 *Iudex in cauſa propria, quis eſſe non poteſt.*

18 *Sacrum Regium Conſilium Neapolis ſuper feudis quaternatis cognoſcit, ubi Regius Fiſcus non habet intereſſe.*

Et in eo ſupplicationes pro adiutoria porriguntur, ad quod vaſalli previa condemnantur informatione, n.19.

20 *Adiutorium pro filia, vel ſorore, nedum una, ſed pluribus etiam maritandis debetur.*

Quæ opinio in puncto Iuris verior, n.22. & 23.

Ampliatur in pluribus filiabus, eodem tempore nuptis, n.24.25. & 26.

Secundò ampliatur, ut pro filia etiam monacanda competat, n.27.

Et pro pluribus eodem tempore monacatis, num. 28. & 29.

Tertiò ampliatur, ut in filia præiudicium, non poſſit hoc adiutorium vaſallis à Barone remitti, n.30.

21 *Numerus ſingularis continet pluralem ex identitate rationis*

31 *Adiutorium Dominæ etiam diviti debetur, & aliunde habenti, & n.36.38. & 45,*

Quidquid aliud ſit in Lombardia, & alijs Provincijs, in quibus ex uſu, & non ex lege competit, n.37.

Atque debetur etiamſi vaſalli pauperes ſint, num.39.

Dilatione tamen ex æquitate concedenda pro eius ſolutione, n.41. & 42.

Licèt plura adiutoria deberi contingat, num. 40. & 44.

Sed hoc locum habet, non benè allegata, & probata paupertate vaſallorum, n.46. & 48.

32 *Condictio ex lege pro alimentis conceſſa, etiam diviti competit.*

33 *Alimenta Iure actionis, & Iudicis officio debita, differunt.*

Quia illa etiam præterita debentur alimentando, qui aliunde vixerit, nu.34.

Hæc vero tantùm non habenti, unde ſe alat, num.35.

43 *Adiutorium Baroni debitum pro emenda Terra, taxatur ad rationem carolenorum quinque pro ſingulo foculari.*

47 *Paupertas excuſat à tributis, tallijs, & collectis, atque functionibus etiam fiſcalibus.*

49 *Adiutorium Baroni debetur pro ſe Milite faciendo, & n.50.51. & 52.*

53 *Adiutorium pro filio Doctorando non debetur.*

54 *Doctores in litteraria militia, militare dicuntur.*

Sed eorum arma libri, cum quibus hoſtes expugnare non poſſunt, n.56.

55 *Militare eſt cum Equis, & armis exercitum adire, ex communi uſu loquendi.*

57 *Belli tempore, leges, aut ſilent, aut in viribus conſiſtunt armatorum.*

58 *Adiutorium Baroni debetur pro militia S. Ioannis acquirenda.*

Vel Sanctorum Iacobi, Stephani, & Lazari, n.59. & 60.

62 *Adiutorium pro nuptijs Domini, vel filij non debetur.*

Nec pro Nativitate, & faſcia filiorum, n.62.

Aut feſtivitatibus eorum occaſione faciendis, num.63.

Et quæ ſit diſparitatis ratio cum nuptijs filiarum, vel ſororum, n.64.

Fallit primò, ſi Conſuetudo eſſet in contrarium præſtandi in caſibus præmiſſis adiutorium, n.65.

Secundò, niſi ex vaſallorum libertate, aut urbanitate procederet, n.66. & 67.

Tertiò fallit in Principe Supremo, aut Rege, num.68.

69 *Adiutorium Dominæ feudi, ſe maritanti non debetur.*

Et ita in facto determinatum, n.70.71. & 72.

73 *Adiutorij à vaſallis debiti materia à quibus plenè tractata?*

CAPVT LXXI.

De Adiutorio à vaſallis Domino præſtando, iuxta *Regni Neapolitani Conſtitutionem*, quæ incipit : *Quamplurium, ſub tit. de Adiutorio à Vaſallis præſtando.*

1 VAſalli, cum Dominos ſuos adiuvare teneantur, *cap. 1. in princip.* & in *§. fin. in tit. hic finitur lex, cap. 1. §. ſimiliter, de Capitulis Corradi in uſib. feudor.* hinc ſubventio-
2 nes, ſive ſubſidia ab eis præſtanda, fuerunt Adiutoria nuncupata

in

in *Regni Neap. Constit.* quæ incipit: *Quamplurimum, in Rubr. de Adiutor. præstand.* in qua ne Co-
mitibus, Baronibus, aut feudatarijs liceret pro
voluntatis arbitrio, adiutoria à vasallis petere.
3 In quibusdam tantùm casibus fuit eorum pe-
titio moderatè permissa, quorum Primus est
4 pro redimenda persona Domini, sive Baronis à
5 Regis hostibus capti, cum eius servitio incum-
beret. Secundus pro faciendo filio Milite. Ter-
6 tius pro maritanda filia, vel sorore; Quartus pro
7 emenda Terra. Quintus, quando vocatus, aut
missus fuerit in Regis exercitum, vel pro eius
8 servitio. Sextus quando Rex in eius Terris ho-
spitatur, & Baro facit Regi expensas, quibus
9 additur, Septimus pro fratre Milite faciendo
in sequenti *Constitut. Comitibus*, sub *tit. de Adiu-
torio pro militia fratris.*
10 Extra quos casus in Regni *Constitutionibus*
expressos, Domini Adiutorium imponentes,
aùt aliter vasallos affligentes, præter damni
emendationem, dupli pœna mulctantur in *cap.
Item statuimus* 112. secundùm *Nigri* compila-
tionem *in tit. de Adiutor. petend.* ubi tametsi non
11 indigere Comites, Barones, cœterosque feuda-
tarios, Regijs litteris, prò Adiutorio in præmis-
sis casibus exigendo, decernatur; nihilominus
sine illis exigi non posse, dicit ibi *Niger n.* 10.
ut cautum fuisse per aliud capitulum *Regis Ro-
berti* incipiens: *Pro parte Universitatis Vici*,
quod impressum non reperitur, *Afflict.* etiam
testatur in *d. Constitut. Quamplurium, num.* 12 &
in *decis.* 165. *num.* 56. quem refert *Reg. de Tap-
pia in lib.* 6. *Iuris Regni Neap. tit.* 14. *in eadem
Const. Quamplurium*, & in *cap. Regni Comites,
Barones, & feudatarij, in fine*, dicit hodie liqui-
12 dationem subventionis, quæ Baroni debetur in
casibus prænarratis, Sacro Consilio Neapolita-
13 no committi; nam & prius in Regia Camera
Summariæ similes causæ agitabantur, ut ex illi-
us Arrestis infra citandis, & quidem cum mul-
14 ta, tàm circa casus, in quibus Adiutorium de-
betur, quàm circa eius quantitatem, & solutio-
nis tēpus opponi contingat, permitti minimè
15 potest, quòd Barones propria authoritate illud
16 exigant, aut in propria causa sibi ipsis ius dice-
re valeant, contra notata in *l.* 1. *C. ne quis in sua
17 causa iudicet*, sed Superior est adeundus, & sic
18 Sacrum Consilium, cui spectat cognitio cau-
sarum super feudis quaternatis, ubi Fiscus Re-
gius interesse non habet, ex *Pragm. Regni Neap.
sanct.* 3. & 17. *de officio S.C.* & in eo solitum esse
19 porrigere supplicationes, & prævia informa-
tione, vasallos condemnari ad Adiutorij solu-
tionem, testantur *Montan. in tract. de Rega-
lib. in §. extraordinaria collatio, nu.* 5. *in fine, No-
var. in tract. de gravam. vassallor. tomo* 2. *cap.* 17.
& in Collectan. ad prag. 1. *de Baronib. n.* 2.
20 Debetur autem Adiutorium, nedùm pro una
sed pro pluribus, etiam filiabus, & sororibus
maritandis: nàm etsi *Constitutio Regni* lo-
quatur in numero singulari *pro maritanda filia,*
21 *vel sorore* singularis numerus pluralem quoque
comprehendit, si eadem militat ratio, ex *l. qui
filiabus* 17. *§. si quis ita, ff. de legat.* 1. *cum con-
cord.* apud *Barbos. in tract. de Appellat. verb. Iur.
significat. cap.* 169. *num.* 4. & *Afflict. in d. constit.*
22 *num.* 13. qui propterea hanc opinionem in
puncto Iuris veriorem affirmat *num.* 16. *in fine*,
& licèt dubiam quæstionem esse dicat sub *n.* 18.
ubi se remittit iudicio, meliùs sentientis; non
23 tamen est ab ea recedendum, tanquàm in Re-
gno, pro indubitata habeatur, ex *Freccia in
tract. de subfeud. in* 2. *authorit. Baronis, q.* 5. quem
sequitur *Præs. Mormil.* super *d. Const. num.* 1. & 3.
eamque in dies servari docet *Præs. de Franch. in*
24 *d. decis.* 215. *n.* 12. & ampliat etiam in pluribus
filiabus eodem tempore nuptis in *decis.* 306.
25 in cuius calce restatur, pluries hoc fuisse iudi-
catum in S.C. Neap. ut etiam ex *Iacobo de Ayel-
lo in tract. de Iure Adoha, num.* 30. *in fine* refert
Capan. in eod. tract. q. 19. *num.* 8. & fuisse ex im-
26 memorabili Constitutione servatum ex *glossa
fin. in d. Constitut.* probat *Manson. in tract. de
causis executivis, ampliat.* 29. *nu.* 100. *cum seq.*
& confirmat *Reg. Donatus Anton. de Marin. in
observat. ad decis.* 369. & 505. *Reg. Revert.* ubi
27 pro filia etiam monacanda Adiutorium debe-
ri dicit ex *Præsid. de Franch. in decis.* 42. *Anna in
28 sing.* 13. & alijs, & pro pluribus, quamvis eodem
tempore nuptis, vel monacatis; licèt pro illis ta-
29 xari ad rationem carolenorum quinque pro
quolibet focular, pro istis verò ad rationem
granorum viginti quinque ex *Ursillo*, & alijs tra-
diderit in *d. decis.* 369. *num.* 2. & in Arrestis, sive
Decretis Regiæ Cameræ Summariæ post deci-
siones prædictas collectis, ita fuisse olim sub-
ventiones taxatas, apparet pro maritagio, &
monacagio, tàm filiarum, quàm sororum, in
Arresto 30. 60. 68. 78. 92. 93. 98. 107. 127. 488.
30 & 565. neque posse hoc adiutorium pro mari-
tanda filia, vasallis remitti in filiæ præiudi-
cium, cui principalitèr actio competit, post *Sese
in tract. de inhibitionib. cap.* 4. §. 7. *num.* 32. qui
loquitur in filia Regis, refert *Moccia*, dicens hoc
esse notandum, quia hunc articulum aliquis ex
nostratibus non tetegit, in sua *Sylva casuum fo-
rens. cap.* 77.
31 Item debetur adiutorium, sive subsidium
Domino, etiam diviti, & aliunde habenti, ut se
subvenire possit, cum indistinctè Constitutio-
nes loquātur, ut animadvertit *Præs. de Franch. in*
32 *præalleg. decis.* 215. *num.* 19. competit enim ex
his condictio ex lege etiam diviti concessa, ar-
gumento *text. in l. libertis quos* 18. §. 1. *ff. de ali-
ment. & cibar. legat.* ubi *Bart. num.* 3. distinguit
33 inter alimenta iure actionis, & iudicis officio
34 debita, dicens illa, etiam præterita deberi,
quamvis alimentandus aliunde vixerit, per *text.*
35 *in d. §.* 1. hæc verò tantùm deberi non habenti
unde se alat, ex *l. si quis à liberis* 5. §. *sed si filius,
ff. de liber. agnoscend.* alios adducunt *Surd. in
tract. de aliment. tit.* 5. *q.* 1. *num.* 43. & in *tit.* 6. *q.*
6. *n.*

6.num.5. Gratian.in lib.1. discept.forens. cap.
60.num.19.& seq.& in lib.5.cap.954. num.39.
& *Conf. Provenzal. in observationib. ad Consue-*
tud. Neap.in Rubr.de aliment.præstand. obser.1.
num. 24. & in terminis nostræ *Constitutionis.*
36 *Quamplurium, Reg.de Tappia* ibidem *in verbo*
pro filia maritanda,limitat.6. ubi sequitur *Pras.*
de Franch.in praallegata decis. addens *Menoch.*
37 aliusque ab eo adductus,contrarium sentientes
loqui in Lombardia, & alijs Provincijs,in qui-
38 bus ex usu tantùm , non ex lege competit
adiutorium ; hoc idem per alia media confir-
mat *Galupp.in methodo feud.p.4.cap.2.num.5.&*
6.ubi subdit *num.7.*quòd licèt dives Dominus,
39 & vasalli pauperes sint, atque contingat plu-
40 ra deberi Adiutoria;debent nihilominus cogi
vasalli ad præstationem illorum,& ex æquita-
41 te dilatio sit concedi solita,secundùm decisio-
nem S.C. à *Thoro* relatam *in compend. decis. Re-*
gni,p.2.in vers.Adiutorium debitum , quem re-
fert , & sequitur *Capan.in loco relato* , *num.*9.
42 quod comprobatur ex prædictis *Arrestis*, sive
Decretis Regiæ Cameræ à *Reg.de Marin.* recol-
lectis in quorum 92. provisum fuit , quòd pro
monacagio duarum filiarum una subventio in
primo anno, & alia in secundo , tertia tim sol-
vantur , & in sequentibus *Decretis* 93. & 107.
fuit similitèr subventionis solutio pro marita-
gio filiæ Baronis in tribus tertijs ordinata , &
in *Arresto* 98. fuit concessa biennij dilatio pro
subsidio filiæ maritandæ in sex tertijs solvendo,
43 sicut in Adiutorio pro emptione Terræ paritèr
taxato ad rationem carolenorum quinque pro
44 quolibet foculari in *Decreto* 187.& 220.fuit or-
dinata solutio in tribus tertijs, pro ut etiam in
Decreto 380.in quo fuit additum, dummodò in
45 eodem anno non curtat duplicatum onus; sed
Novar. decisionem à *Thoro* adductam, simpli-
citèr sequutus in *pragm. 1. de Baronib. num.*19.
eam impugnat in *tract. de Gravam. vasallor.*
*tom.2.gravam.13. à num.8.*dicens, quòd vide-
re vellet processum decisionis prædictæ à *Thoro*
46 allatæ , quia fortè non erat in eo benè allega-
ta, & probata paupertas, quæ à tributis , tallijs
47 & collectis, atque functionibus , etiam fiscali-
48 bus excusat, & proinde stante vasallorum pau-
pertate , qui neque fiscales functiones Regiæ
Curiæ solvere poterant, fuisse à S.C.Neapolita-
no denegatum Baroni adiutorium pro mari-
tanda sorore , testatur *Capiblanc. in tractat. de*
*Baronib.tomo 2.cap.1. num.*16. sequitur *Danza*
ad Gramatic.in decis.88.n.26.

49 Sed pro se Milite faciendo , Baroni Adiuto-
rium deberi, tanquàm similis casus sit,imò for-
tior expresso, firmat ex *Roffredo Benevent. Bar-*
tholom.de Capua in Apostilla,ad prædictam Con-
stitut.Quamplurium;qui dicit,ita de facto fuisse
50 in Regia Curia servatum , & de hoc refert ex-
51 pressam Roberti Regis declarationem , alia
Pisanelli Apostilla ad eamdem *Constitutionem*,
quæ incipit: *Quid si vasalli* , sequuntur *Afflict.*
ibi *num.5.Niger.in relato cap.Item statuimus,n.*
11.Mausen.in relata ampliat.29.num.82. Gal-
lupp.in relato cap.2.num.31. Reg.de Tapp.in d.
Constit.in versic. pro faciendo filio Milite , alle-
gans *Frecc.in pracit.2.Authorit.Baronis,q.8.*ubi
52 tamen contrarium apertè sustinuit, licèt in fi-
ne, alijs cogitandum relinquat; verùm tamen
est, quòd in eadem *authorit.2. num.*13. videtur
hanc affirmativam sectari opinionem in Domi-
no, qui non ambitione ductus , sed maiorum
vestigia insequutus,atque generis claritatem ex
rebus claré gestis adaugens,se ipsum,aut filium
Militem creari faceret:hoc enim principalitèr,
magis favorem Regis,quàm Baronum respicit,
ut Militem habeat in eius servitio benè orna-
tum,& in militari disciplina enutritum, sed in
*seq.num.*15. subiungit pro hac militia hodie
non esse certam regulam; non enim fiunt veri
illi antiqui Milites, cum solemnitatibus , qui-
bus antea creabantur: neque hæc exactio pro
militia datur, aut in usu versatur , ita nec pro
53 filij Doctoratu Adiutorium practicari posse
54 dicit, tanquàm Doctores in litteraria militia
militare dicantur , ut ex *Alex, & alijs* , atg uit
55 *Anna in singul.*14. inspecto enim communi lo-
quendi usu militare est , cum equis , & armis
exercitum adire , quæ sunt Militum propria
56 monumenta; Doctoribus autem libri,cum qui-
bus hostes non expugnabunt , maximè belli
57 tempore , quo leges aut silent , aut in viribus
consistunt armatorum ; nihilominus in crea-
58 tione Militum Melitensium verificari posse
Adiutorij petitionem,opinatur *Capiblanc.in d.*
*pragm.1.de Baronib.num.77.*quod servatum vi-
59 disse testatur , nedum in Militibus prædictis
60 Sancti Ioannis , sed in alijs etiam Sanctorum
Iacobi, Stephani, & Lazari, *Mauson.in loco re-*
*lato,num.*81. Sed casu eveniente cogitandum
esse putavit *Reg.Tappia* in loco paulò ante
citato.

61 Pro nuptijs verò Domini, eiusque filij,& ca-
62 tena aurea sponsæ danda , vel pro Nativitate,
63 & fascia filiorum , atque festivitatibus eorum
occasione faciendis , nihil à vasallis peti posse,
cum non sint de casibus in Regni Constitutio-
nibus expressis , tradiderunt *Capyc.in investit.*
feud.in verbo Feudorum Adiutoria,in 6. casu,in
versic.quid autem,Afflict.in d.constit.Quamplu-
*rium,num.21.in versic.Quarta dubitatio,*ubi di-
64 versitatis rationem assignat,cum Baro maritat
filiam, & sororem,& cum ipse,aut filius nubit;
primò enim casu dat de suo , & pauperior effi-
citur ; secundo verò dotem recipit , ex qua di-
tior fit, ut observat *Speculat.in lib.4. in tit. de*
feud.§.quoniam,num.67.& post eum *Boer.in de-*
65 *cis.130.nu.14.* unde in casibus prædictis Adiu-
torium non deberi , nisi Consuetudo extet in
66 contrarium, vel ex vasallorum liberalitate, aut
67 urbanitate , prævia Regis licentia , sive Prore-
gis dispensatione contingeret, docuit *Reg.de*
Ponte in tract.de Potest.Proreg.in tit.10.in Rub.

de donis,& expens.Universit. num. 12. quem sequitur *Manson.in d. ampliat.*29. *nu.*80. & post
eum *Reg.de* Tappia *in d.Constitut.quamplurium*
*in princip.limitat.*1. *Tasson.in observat.iurisdict.*
super *pragm.de antephat.in versic.*3.*observ.*4.*nu.*
92.& 222.*Novar.in relato tract.de gravaminib.*
*vasallor. gravam.*8.*Reg.de Marin.in d.observ.*
68 *ad decis.Reverterij* 369.*num.*2. qui tameo omoes iu Priocipe supremo, aot Rege, aliud esse
dicunt.

69 Dominæ insuper feudi se maritaori, subventiooem à vasallis non deberi, cum de ea non
loquatut præfata Regni Cōstitutio, tenet *Frecc.*
*in d.auth.*2.*q.*7.ubi sequitur *Chassan.in Commen.*
*ad Consuetud.Burgundiæ,in Rubr.*1.*§.*4.*in textu*
3.*in versic.Item quaro pone*, loquentem in termiois prædictarum Consuetudinum subventiooem odmittentium pro maritando filia; odhæret etiom huic sententiæ *Reg.de Mario.in observ.ad decis.Revert.*505.*num.* 10.& secundùm
70 eom fuisse iu facto determioatum testatur *Capiblanc.in pragm.*1.*de Baronib.num.*103. quam-
71 vis contrarium voluerit *Afflict.in d.Constitut.*
*Quamplurium,num.*22.& *Boer.* eum sequutus
contra *Chassan.in decis.* 130. *à num.*3. ubi aoi-
72 mum in dubio positum hobuisse dicit in huiusmodi questione, ut paulò momeoto huc, vel
illuc impelleretur.

73 Reliquo circa materiam Adiutorij à vasallis
debiti, pleoè tractant ultra DD. io discursu citatos, & præsertim *Frecc.* atque *Boerium* pluribus quæstionibus excitatis, omnia resolventes,
*Ricc.in collect.decis.*65.*p.*1. & 1324.*p.*4. & *in*
*collect.*3339.& 3489.& 3875.*p.*8.*Thor.in comp.*
*decis.Regni p.*1.2. & 3. & *in supplem. in verbo*
Adiutorium,& post olios *Capan.* quem postea
vidimus io *tract.de dote super l.*1.*ff.sol.matrim.*
*q.*4. *à num.*94.& ex ceteris *Rosental. in tract.de*
*feudis,cap.*5.*conclus.*76. & *seqq.Ursell.in exam.*
*apum conclus.*54.

RERUM SUMMA.

1 *Administrator quilibet, sua administrationis rationē reddere tenetur, cū reliquorū restitutione.*

2 Tutor *administrationis rationem, actione tutela, reddere compellitur, ubi laudatur D. D. Michael de Cortlada.*

*Qua actio pro rationum redditione durat usque ad triginta annos, post completum administrationis tempus, ut n.*3.

4 Tutor *quantitatem à pupillo debitam, antequàm suscepisset eius administrationem consequi non potest, & n.*5.

*Maximè si pecuniam habuit in administratione, n.*6.

*Vel aurum, & argentum, n.*7.

*Aut etiam bona, ex quorum venditione potuit creditoribus satisfieri, n.*8.

*Nam, & sibi, & alijs, solvere tenetur, pracipuè debitum sub usuris contractum, n.*10.

*Quod si non fecerit, sibi imputatur, ut nec ulterius damno pupilli currant usura, n.*11.

*Ampliatur in matre tutrice, & creditrice filiorum pro dote, n.*9. & 25.

*Hac enim in culpa esse dicitur, si sibi non solvit, num.*12.

*Unde nec dotis usuras, nec alimenta petere potest, n.*13.

*Sed matri pro dote agenti, non obstare, prasumptionē satisfactionis ex tutela administratione resultantem, magis recepta est DD. sententia, n.*15.

*Nisi bona sua obligaverit pro tutela administratione, n.*16.

*Et maximè si renunciaverit omni legum auxilio, n.*17.

*Ac nisi respectu bonorum in inventario descriptorum, n.*18.& 19.

*Fallit etiam hac satisfactionis prasumptio ex tutela administratione resultans, si contrarium tutor probaverit, n.*23. & 24.

*Idque ex rationibus administrantis, & calculo facto, & faciendo, n.*26.

*Et hoc modo negativa probatur contraria prasumptioni Iuris, n.*27.

*Nisi pupillus probaret postea contrarium, n.*28.

*Aut inventarium, & librum rationum tutor non fecisset, n.*29.& 30.

14 *Dotis petitioni non opponitur retentionis exceptio.*

*Fallit in casibus adnotatis, n.*16.& 18.

20 *Compensatio non admittitur de specie ad quantitatem.*

*Nisi species non existens, quia consumpta, reducatur ad quantitatem, n.*21.& 22.

31 *Tutor solemne inventarium, & librum rationum conficere tenetur, & n.*32.66.& 67.

33 *Tutoris liber debet specificè continere, annum, diem, mensem, locum, & personam, à qua recepit, & cui dedit.*

*Quos fructus ex quolibet fundo, & à quo colono percepit, n.*34.

*Atque omnia distinctè, & clarè, ut veritas, & falsitas ex eodem libro absque alio adminiculo cognoscatur, n.*35.& 36.

37 *Tutori potest inventarium à testatore remitti.*

*Non autem liber rationum, ex quo veritas elucescit ad pupilli utilitatem, & nu.*38.39.& 40.

41 *Tutoris liber debet esse clarus, & apertus, atque distinctus omnia separatim continens.*

*Ac benè compaginatus, & consutus, n.*42.

43 *Inventarium continere debet bona mobilia cum eorum astimatione, ut malignandi via auferatur, & n.*44. & 45.

*Licèt in contrarium sit Consuetudo, nu.*46.

*Qua tamen restringi debet, ubi res aliter designari non potest, n.*47.& 48.

Aliàs sufficit distinctè, & clarè bona describere cum eorum qualitatibus, num. 49. *usque ad* 53.

54 Tu-

54 Tutor non dicitur reddidisse rationem administrationis, nisi de ea appareant computa distincta cum credito, & debito.

Ex quibus veritas calculi, totiusque negotij haberi possit, nn. 55. usque ad 58.

59 Tutor a se ipse exegisse præsumitur quantitatem pupillo debitam.

60 Pupilli actio pro credito contra tutorem ex alia causa ante tutelam, non convertitur in tutelæ actionem, nisi hoc in minoris utilitatem resultet.

Neque illi obstat compensationis exceptio pro credito tutoris non liquido ex causa administrationis, ante redditas rationes opposita, num. 61.

62 Tutor non tenetur debitum ex causa administrationis solvere, antequam redditis priùs rationibus, eum debere constiterit.

63 Tutor, nedùm de malè administratis, verùm etiam de neglectis in computorum redditione tenetur.

64 Tutoris bona remanent pupillo pro malè administratis tacitè hypothecata.

Ita etiam pro neglectis, n. 65.

68 Iuramentum in litem locum habet contra Tutoris hæredem, qui dolosè occultavit bona hæreditaria.

Non autem proprio cessante dolo, n. 70.

69 Tutoris hæredes propter illius dolum; etiam præsumptum, in rationum redditione tenentur.

72 Tutor, qui potuit hæreditatem, vel aliud pupillo acquirere, & non acquisivit, eiusque hæredes ad interesse tenentur.

72 Tutor de dolo, lata, & levi culpa regulariter tenetur.

Imò etiam de casu fortuito, quem dolus, vel culpa præcessit, n. 73.

74 Tutor, qui non solvit sibi ipsi quantitatem per eum pupillo debitas, in computorum redditione, ad sortis restitutionem, cum interesse tenetur.

Idem est, si pecuniam debitam non exegerit à nomine debitoris, postea effecto non solvendo, num. 75.

76 Tutor, qui cum non esset, pro tutore se gessit, ad computorum redditionem tenetur actione tutelæ.

Eiusque bona ad instar tutoris tacitè sunt pupillo hypothecata, n. 77.

Fallit in protutore puberis, vel non dùm nati, ut num. 78.

Item fallit in Milite, n. 85.

Intellige, ut n. 95.

79 Tutor patrem habenti, regulariter dari non potest.

Sed curator tantùm datur, patre administrare recusante bona filij adventitia, n. 80.

Fallit primò, ubi pater propter malos mores facilè dissiparet bona filij, n. 81.

Secundò fallit, si pater sit deportatus, n. 82.

Tertiò fallit generaliter, ubi pater est inutilis, quia fortè sit absens, vel bannitus, num. 83.

84 Miles, nec volens, potest esse tutor.

Quod intelligitur de Milite in acie belli existente, num. 94.

Etsi legatum Militi relinquatur sub conditione: si tutor fuerit, legatum ei debetur, neque tutelam exercebit, n. 86.

Ampliatur in Veterano benemerito, & à militia dimisso, n. 87.

Intellige, ut n. 104. 117. & 119.

88 Miles, qui per viginti annos militavit, vacationem consequitur à muneribus.

89 Milites stipendiarij, sive intertenìti, tanquàm parati ad militandum, gaudent privilegijs Militum.

Intellige, ut n. 89. 101. & 166.

90 Milites nostri temporis non gaudent privilegijs Militum, nisi actualiter armis vacent.

Intellige, ut n. 101.

91 Militaria privilegia in Militibus hodiernis, non sunt in usu.

Qui conducere possunt, fideiubere, mandata recipere, & alia facere priscis Militibus interdicta, n. 92.

93 Milites, qui militarem professionem actu non exercent, quamvis in matricula descripti, non gaudent privilegijs Militum.

96 Milites nostri temporis non gaudent privilegio exemptionis ab onere tutelæ, nisi actu militent cum armis in exercitu.

Tanquàm cesset in eis exemptionis causa, num. 109. & 111.

97 Argumentum valet, à Tutore ad Sindicum Universitatis.

98 Milites actu solùm militantes exemptionem habent à muneribus.

99 Federicus de Rosis genitor Authoris memoratur.

100 Officium Relatoris Sacri Consilij Neapolitanè noviter introductum, fuit postea sublatum.

102 Militaris testamenti privilegia Præsidi Provinciæ, tanquàm actualiter non militanti, non conceduntur.

103 Præses Provinciæ, Dux Belli dicitur, & Capitaneus ad guerram.

105 Milites Veterani parati olim erant, necessitate suadente pugnare.

107 Milites nostri temporis actù non militantes eatenùs gaudent militaribus privilegijs, quatenùs ipsorum causa eis quoque convenit.

108 Privilegij causa cessante, cessat privilegium.

110 Militibus omnia prohibentur, quæ possunt eos à militia distrahere.

112 Barones passim admittuntur ad tutelæ, curæ, aut Balìatus administrationem.

113 Barones Milites dicuntur.

Et ad omnem Regis iussum accedere tenentur ad bellum, n. 114.

115 Milites stipendiarij si ante tempus recedant, nihil habent eorum salarij.

116 Milites intertenìti à Civitate recedentes abs-

absque licentia Proregis possunt officio privari.

118 *Tutor, qui excusationem ab onere tutelae non proposuit infra quinquaginta dies, à tempore quo se Tutorem datum sciverit, cogitur esse tutor, atque de neglectis tenetur.*

120 *Decisio Sacri Reg. Consilij Neapolitani refertur.*

121 D. Ferdinandus de Exquerra *Regius Consiliarius Regni Neapolitani, & Regens apud Reg. Catholicam Maiestatem commendatur.*

122 *Tutor sex mensium dilationem habet ad convertendum pecuniam pupillarem in emptionem.*

123 *Administrationis ratio, in loco gesta administrationis reddi debet, & n. 124.*

Neque in eis electio, & variatio fori admittitur, num. 125.

Nisi cum magna, & potenti persona ageretur, num. 126.

127 *Tutori salarium ab initio non petitum, neque constitutum, non debetur.*

Et quare, n. 128. cum seqq.

Sed quod etiam ab initio non constitutum, neque petitum debeatur, vide n. 138.

132 *Tutoris officium est publicum, quod absque mercede quilibet subire tenetur.*

CAPUT LXXII.

De Tutore, eiusque hæredibus ad computorum redditionem cogendis, iuxta *l. 1. ff. de tutelis, & rationibus distrahendis.*

1 ABsolutissima est Iuris conclusio, quemlibet alienam in se suscipientem administrationem, ad computi redditionem teneri, una cum reliquorum restitutione, iuxtà illud Evangelicum: *Redde rationem villicationis tuæ*, de quo etiam *in cap. qualitèr, & quando 14. de accusat.* & latè *Soccin. in cons. 73. vol. 1. in princ. Boer. decis. Burdegal. 59. num. 1. Muñoz de ratiocin. cap. 3. num. 31. Massin. de confiscat. bonor. quæst. 44. num. 1. Oliva de for. Eccles. part. 3. quæst. 34. num. 1. & seq. Palma allegat. 18 num. 3.* cum alijs, quos sequitur *Conciol. super Statut. Civit. Eugub. lib. 1. rubr. 11. num. 1.* ubi *D. Romaguera in addit. num. 11.* affirmat, hanc rem sic esse stabilitam, & uti talem, cum alijs amplectitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. observat. 46. num. 16.* ac etiam *D. Mucci ad Reg. Sanfelic. tom. 1. decis. 134. num. 19.* & latissimè demonstrant *D. Pegas ad Ordinat. Regni Portugal. tom. 1. tit. 1. §. 43. cap. 158. D. Cæsar Nicolaus Pisanus ad Goffred. de Gaeta super Rit. R. C. S. in rub. 34. nu. 27. & 30. & in rub. 37. nu. 1. & D. D. Michael de Cortiada* doctissimus I. C. & in Regia audientia Cathaloniæ, Reg. Cancellariam Reg. meritissimus, *in tom. 3. decis. 163. n. 8.*

2 Hinc tutorem administrationis rationem, tutelæ iudicio, reddere compelli, cautum expressè reperitur in *l. 1. in princip. & in §. officio ff. de tutel. & rationib. distrahend.* eamque ratio-
3 num redditionem, usque ad triginta annos, peti posse, post completum administrationis tempus, patet in *l. maximeque 30. ff. de administrat. tutor.* & in *l. adversus 8. C. de negot. gestis*, & notat *Boer.* post alios *in decis. 59. in principio.*

Quod eatenùs verum est, ut creditum à pupillo debitum, etiam citra administrationis
4 causam, consequi tutor non possit, nisi prius
reddita administrationis ratione: quia tutori,
quemadmodum alteri cuilibet, debitoris bona
administranti obstat præsumpta crediti satis-
factio, quod sibi solvisse præsumitur, *l. pecu-
lium 10. in versic. nam, ut elegantèr ff. de peculio;*
5 unde nisi ex rationum redditione contrarium
ostenderit, creditum consequi minimè potest,
iuxtà tradita per *Afflict. in decis. 13. num. 16.
Mascard. in tract. de probat. conclus. 1397. num.
18. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.
135. num. 12. & 13.* & plenè per *Reg. Capyc. La-
tr. in decis. 197. num. 14. & 36. lib. 2.* maximè si
6 pecuniam habuit in administratione, per *l. Ti-
7 tia 48. ff. de solut.* vel etiam aurum, & argentum,
ut ex pluribus comprobavit *Fontanell. in tract.
de pact. nupt. claus. 7. glossa 3. p. 7. num. 25. & seqq.*
quinimò sub *num. 60. & seqq.* hoc ampliat,
quando nec adest in patrimonio pupilli pecu-
nia, nec aurum, vel argentum, sed alia sint bo-
8 na, quæ si venderentur, posset ex eis sufficiens
pecunia haberi pro solutione, & satisfactione
9 creditorum, & loquitur in matre tutrice, & cre-
ditrice filiorum pro dote, in qua ita à Senatu
Cathaloniæ iudicatum fuisse testatur per cla-
ram Iuris dispositionem in *l. quoties 10. §. sicut
autem ff. de administrat. Tutor.* statuentem, quod
10 Tutor sibi, & alijs solvere tenetur, quando de-
bitum est sub usuris, etsi non fecerit sibi impu-
11 tatur, nec ulteriùs damno pupilli current usu-
12 ræ, tanquàm in culpa esse dicatur, mulier tu-
trix, quæ sibi suum creditum non solvit, ex quo
13 nec usuras dotis, nec alimenta petere possit, ut
per *Surd. in tract. de aliment. tit. 3. q. 7. num. 18. &
in cons. 290. num. 33. lib. 2. Gratian. in lib. 1. di-
scept. forens. cap. 129. num. 27. & seq. & in lib. 3.
cap. 563. n. 42. & 43.*

Et quamvis ex privilegio *l. unica, §. taceat, C.
de rei uxor. act.* retentionis exceptionem, contra
14 dotem prohibentis, matri pro dote agenti non
15 obstaret præsumptæ satisfactionis exceptio per
tutelæ administrationem resultans, ut magis
est recepta DD. sententia, & in S.C Neap. com-
probata apùd *Præs. de Franch. in decis. 642. Thor.
in compend. decis. Regni Neap. p. 1. in verbo Exa-
ctio dotis, Molfes. in Comment. ad Consuetud.
Neap. lib. 2. p. 6. q. 7 num. 6. Consiliar. Paschal. de
virib. patria potest. p. 3. cap. 10. num. 43.* ubi latè,
cum alijs quos adducunt *Consil. Hodierna ad*

Surd.

Surd.in decis.184.num.11.& seqq. Salgad. in labyrinto credit.p.3.cap.9.num.10. Reg. Capyc. Galeota lib.2.controv.60. num.15. cum seq. Consil. de Rosa consult.21. num.19. & plenè post alios, quos cumulat, probat *D. Scoppa ad decis.Gratian.observat.179.ex num.20 cum seq.* Hoc tamen locum non habet, quando mulier bona
16 sua obligavisset pro tutelæ administratione
17 rectè gerenda, & maximè si renunciaverit omni legum auxilio, in qua renunciatione beneficiũ præfati §.*taceat*, comprehenditur, ut post *Roland.in cons.17.num.9.& 10.lib.4.* declarat *Gratian.in decis.Rotæ Marchiæ* 179.*num.*8. quem sequitur *Ricc.in addit.ad decis. Præs.de Franch.*
18 641.nec procedit respectù bonorum in inventario descriptorum tanquàm in re liquida, & in
19 qua mulier iuravit bona pupilli restituere, ut ex magis communi DD. sententia probat *Consil.de Georgio in alleg.36.n.10.*

20 Nec obijci potest, quòd de specie ad quantitatem non fiat compensatio: quia hoc limita-
21 tur, quando species non extat, quia consumpta; tunc enim species ad quantitatem reducitur,
22 cum de re consumpta debeatur æstimatio, *l.si propter fructus* 8. *C.de compensat.* ubi *glossa*, ut post alios recensent *Crassus in tract. de except. excep.16.num.67 Facchin.in lib.12.controv.cap. 7. circa finem Reg.Capyc.Latr.decis.25.num.36. lib.1.*

23 Hanc satisfactionis præsumptionem tutor excludet, si contrarium probaverit: scilicèt ex
24 bonis pupilli, se non fuisse satisfactum, idque
25 etiam in muliere, filij pupilli bona administrante, eiusque creditrice pro dote procedere, tradit *Mascard.in tract.de probat.conclus.1397. num.19.* post *Cavalcan.in tract. de Tut. & Cu-*
26 *rat.num.181.& seq.* ubi hoc ex rationibus administrantis, & calculo facto, & fiendo probari
27 posse ait, & hoc modo negativam probari contrariam præsumptioni Iuris; nisi pupillus
28 probaret postea contrarium, ex traditis per *Herculan.in tract.de modo probandi negativam, num.167.& seq. & num.176.* subdans hanc limitationem semper cordi tenendam, quia millies evenire potest, quòd tutor, aut administra-
29 tor non fecerit inventarium, vel librum ratio-
30 num, quo casu, cum non possit iuridicè reddere rationem administrationis, nec allegare poterit, se non fuisse satisfactum: debet enim tutor
31 nedum inventarium solemne conficere bonorum pupillarium; sed & librum rationum, quo-
32 rum altero omisso, in dolo eum fuisse præsumi, atque ad interesse teneri, iàm infra subijciemus ex traditis per *Cons. Paschal. in relato tract.de virib.patriæ potest.in p.3.cap.9.* ubi *num.3.* ex pluribus ab eo relatis firmat, debere librum tutoris
33 specificè continere annum, diem, mensem, locum, & personam, à qua recepit, & cui dedit, &
34 qui fructus ex quolibet fundo, & à quo colono percepti sunt, & sic sigillatim, & distinctè om-
35 nia esse clarè referenda, ut veritas, & falsitas ex eodem libro, absque alio adminiculo cognosci possit, quibus deficientibus haberi, ac si liber
36 confectus non fuisset, subiungens notabilitèr,
37 *n.*8. quòd inventarij confectio potest à Testato-
38 re tutori remitti, non autem libri rationum confectio, ex quo veritas elucescit ad pupilli
39 utilitatem; ne delinquendi occasio Tutori prebeatur; præsertim cum sine libro ratio fidelitèr
40 reddi non potest, ex concessis à *Cons.Prate* ibi in *addit.* post *Merlin.in tract. de legitima, lib.4. tit.2.q.7.num.18.* ubi *num.15.& seq.* quòd liber
41 debet esse clarus, & apertus, atque distinctus, omnia separatim continens, ac benè compagi-
42 natus, & consutus, & in inventario sunt pari-
43 tèr bona mobilia distribuenda cum eorum æstimatione, ut malignandi via auferatur, & nè
44 aliquid ex hæreditate surripi valeat, per *l.si quis intra 7. C. de bonis proscript.* quæ licèt in Fisco
45 loquatur; est nihilominùs ex rationis identitate, ad omnes inventarium conficientes porrigenda, & quòd æstimatio, seu valor mobilium sit necesse, ut describatur per hæredem, scribit *Consiliar.Staib.in lib.1.resolut.forens.cap.95.num. 32.* citans in id *Escobar.in tract.de ratiocin.cap.9. num.29.& Cancer.in lib.3.variar.resol.cap.2.num. 33.& seqq.* qui etsi dicat in Cathalonia, & ferè
46 ubique vigere Consuetudinem, quòd æstimatio non sit necessariò describenda; eam tamèn
47 restringendam esse censuit, ubi res alitèr desi-
48 gnari non potest, ut si esset lapillus pretiosus, vel quid simile, cuius valorem facilè esset occul-
49 tare; alioquin sufficere ait distinctè, & clarè bona describere, cum eorum qualitatibus, an
50 scilicèt nova sint, aut vetera? & unius, vel al-
51 terius qualitatis? & cuius ponderis, numeri, & mensuræ, quæ in his consistunt? hæc enim om-
52 ninò describenda fore, non obstante quacum-
53 que Consuetudine, sive Statuto in contrarium, tanquàm fraudis occasionem inducentibus, voluit post alios *Andreol. in controv. forensi 242. n.3. lib.3.*

Imò nec sufficerent computa administrationis à matre tutrice reddita filio pupillo, à quo liberationem, & quietationem obtinuisset ge-
54 stæ administrationis, nisi de ea appareant cõputa distincta, ex quibus constet creditum, &
55 debitum, & veritas calculi totiusque negotij haberi possit, sine quibus dici non potest legitimè reddita ratio, ex plenè traditis à *Peregrino in cons.81.num.10.lib.5.* quem sequitur *Consiliar.Paschal.in præalleg. cap.9. num.* 8. & quòd
56 nulla, & invalida reddatur remissio, sive quietatio, non visis libris, pluribus relatis affirmavit *Reg.Galeota in lib.1.controv.cap.40.num.35. & cap.41.num.46.* non enim sufficit rationum
57 redditio confusè, & infollè facta, quin iterùm
58 reddi debeat, non obstante iuramento ex *Gutterez, Munnoz*, alijsque relatis per *Gratian. in pract.cap.563.num.31.cum seqq.*

Non idem est è converso, cum pupillus maior effectus à tutore creditum petit ex alia cau-

sa,

sa,quàm administrationis consequendum,quod
59 etsi tanquàm à se ipso debitum,tutor exegisse
præsumatur,atque debeat,ex *l.quoties* 10.§.*item si temperali*, & *l.elegantèr* 11. *ff. de administrat.*
tutor. non tamen pupillo solvisse tutor præsu-
60 mitur: actio enim ex crediti iure competens
tanqoàm liquida, & minori utilior in tutelæ
actionem non convertitur ex causa tutelæ po-
stea susceptæ; si quidem hæc actionis transfor-
matio solùm fit,quando minoris interest,potiùs
tutelæ actionem,quàm aliam habere, ut in rela-
ta *l.quoties*, §.*nequaquam, in versic. Ego hoc*, ubi
glossa, & in *l.divortio* 37.*ff.de negot.gestis*, ubi
Alberic.& post eum *Escobar.in tract.de ratiocin.*
*cap.*21.*num.*30.unde cum debitum ex alia cau-
sa provenit, ab administratione diversa, non
61 potest crediti, ex causa administrationis com-
pensatio objici, quòd non est liquidum, ante-
quàm sint discussæ rationes, ut in puncto ex
*Rota Romana decis.*affirmat *Merlin.in tract.de*
*pignorib.lib.*3.*tit.*1.*q.*2.*num.*40. licèt aliud esset
in credito ex tutelæ administratione resultan-
62 te,ad cuius solutionem tutor cogi non potest,
nisi reddita prius administratione rationum,
illum debitorem esse constiterit, ex traditis per
*Cavalcan.in tract.de Tutore,nu.*214. & per *Reg.*
*Capyc.Latr.in d.decis.*197 *n.*17.
63 Tenetur autem Tutor,nedùm de his, quæ fe-
cit,cùm omittere deberet; verùm etiam de his,
quæ omisit,cum facere teneretur; unde ita tene-
tur de neglectis,quemadmodùm de malè admi-
stratis reddere rationem, *d.l.*1.*ff.de tutel.* & *l.si*
tibi 6.*C.de testament.tutela*, docuerunt *Grama-*
tic.in decis. 196. *num* 22. *Menoch.de arbitrar.*
*Iudic.lib.*2.*cent.*3.*casu* 209.*num.*34.& sicut pro
64 malè administratis in rationum redditione re-
manent bona Tutoris tacitè hypothecata, ut
in *l.pro officio* 20. *C.de administrat. Tutor.* ita
65 etiam pro neglectis per ipsum,ut post *Cyn.Bar-*
tol.Bald.Salycet.& alios in *d l.pro officio*, voluit
Negusant.in tract. de pignorib. in 4. *membro* 2.
*partis,num.*6. ideoque si librum non confecerit
66 rationum, iuxtà *l.*1.§.*officio,ff.de tutel.& ratio-*
nib. distrahend. vel legitimum non confecerit
inventarium, iuxta *l.tutor qui repertorium* 8.*ff.*
de administrat.Tutor. utroque casu in dolo fuis-
67 se præsumitur; propterea ad interesse tenetur
iuramento in litem,sive alia probationum spe-
cie æxtimandum, ut post *Afflict.in decis.*207.
& 360. latè differit *Cons.Paschal.in d. tract. de*
*virib. patria potest.part.*3. *cap.*9. *num.*2. & 6.
68 sed & contra Tutoris hæredem in litem iurari,
quando illius dolus in occultando bona hære-
ditaria deprehenditur,optimè sancitum fuit in
l.pen.C.de in litem iurando,quinimò etiam si tu-
69 toris hæredes non sint in dolo, propter Tuto-
ris dolum,etiam præsumptum,ex quo non con-
fecit inventarium, cogi possunt hæredes, sal-
tèm ad reddendam de talitèr administratis,ra-
tionem,ex traditis in *l.fin.C.eod.tit. de in litem*
70 *iurando*, licèt contra eos, proprio cessante do-
lo,in litem non iuretur, ex traditis per *Grat.*
*in lib.*4.*discept.forens.cap.*711. *num.*21.
71 Cum etiam potuit hæreditatem,vel aliud lu-
crum pupillo delatum tutor acquirere, & non
acquisivit, in computorum redditione, ad in-
teresse tenetur, ut in *l.quidquid* 7. .ubi *glossa C.*
arbitrium tutela, & post *Gutierez* & alios ani-
madvertit *Galter.in praxi tutelar.p.*3.*Rub.*2.*nu.*
28 *versic.*3.*tenebitur*; nam de dolo, lata, & levi
72 culpa tutor regularitèr tenetur,ut in *l.contra-*
ctus 24.*ff.de reg.Iur.* cum concord. per *Dec.in*
73 *cons.* 274.*num.*3. imò etiam de casu fortuito,
quando eum, dolus, vel culpa præcessit, ut in
l.in rebus 68.*in princip.ff.commod.*cum alijs,quæ
ad hoc expendit *Ruin.in cons.* 70. *in fine lib.*4.
74 quemadmodùm si quantitates à se ipso debi-
tas pupillo,sibi ipsi non exigit, ad illarum re-
stitutionem, unà cum interesse legitimo tene-
tur,ut in *l.quoties* 10.§.*sed si sub usuris*,iuncta *l.*
ita autem 5.§.*debitor,ff.de administrat. Tutor.*&
voluit *Galter.in d.p.*3.*Rub.*2.*nu.*26.sicut etiam
75 ad interesse tenetur pro pecunia non exacta à
nomine debitoris postea effecto non solvendo,
ex *l.si Tutor constituus* 16.*ff.de administrat.Tu-*
*tor.*ut per *glossam in d.l.quemadmodum.*
76 Ita verò ad computorum redditionem te-
netur, qui tutor fuit, vel qui pro tutore se
gessit,ut in *l.*1.& *toto tit.ff.de eo, qui pro tutore*
77 *se gessit*,eademque tacita hypotheca, actione
tutelæ, competit in bonis protutoris, ut in *l.*
fin.ff.de tutel.& rationib. distrahend.glossa in l.pro
officio,C.de administrat.tutor.& alijs relatis *Gal-*
*ter.in eadem Rubr.*2.*num.*9. dummodò impube-
78 ris, & iam nati protutela, fuerit administrata,
iuxta dispositionem *l.*1.§.*si quis quasi tutor*,iun-
cta *glossa in verbo Actio cessat*, *ff. de eo, qui pro*
tutore se gessit.

Sequebatur ex prænarratis, teneri Didacum
Boccutum, hæredem quondam Diomedis Boc-
cuti, actione tutelæ ad reddendum computum
tutelæ Fulviæ Boccutæ Caracciolæ,olim mino-
ris,administratæ per eumdem Diomedem, eius
patruum,de commissis, atque omissis rationem
reddere;quamvis non verè tutor, sed protutor
fuisset ipsius Fulviæ, tunc patrem habentis Do-
natum Antonium Boccutum, ex regula, quòd
79 patrem habenti,tutor relinqui minimè potest,
80 sed solùm patre filij hæreditatem adventitiam
adire,vel administrare recusante,non tutor per-
sonæ filij, sed curator datur bonis,sive hæredi-
tati, *l.fin.in princip.& in §.fin autem in* 2.*C. de*
curat.furiosi,ultra quòd prædictus Donatus An-
tonius Fulviæ pater,eodem tempore inquisitus
reperiebatur à Regia Curia, & fugitivus à pro-
pria patria, ex causa fratricidij in personam
Scipionis Boccuti fratris utrinque coniuncti
commissi, propterea Iulius Boccutus eius pater
in suo testamento eidem solvi iussit, quantita-
tem necessariam ad se concordandum pro cau-
sa prædicta:scilicèt pro actis, decretis, senten-
tijs,defentionibus,transactionibus,patrocinijs,
ali-

alijsque expensis necessarijs, ut ex testamento
prædicto, quo casu propter malos mores patris,
81 qui facilè dissiparet bona filij: etiam filio fa-
milias tutorem dari posse, voluit *Bartolus* per
illum *text. in l. fin. num. 2. C. de sententiam passis,
& restitutis*, quemadmodùm si pater sit depor-
82 tatus, filio tutorem dari posse, disponitur in
eadem *l. fin. §. si minores*, & generalitèr filio fa-
83 milias tutorem dari posse, quando pater est
inutilis, quia sit absens, deportatus, vel banni-
tus declarat *Chassan. in Consuetudinib. Burgund.
Rub. 6. num.* 851. quem sequitur *Præs. de Fran-
ch. in decis.* 10. *n.* 12.

Verùm pro excludenda petita computorum
redditione, actione tutelæ, totis viribus pars
adversa conabatur, allegando, quòd minimè
potuisset quondam Diomedes Boccutus Ful-
viæ Boccutæ, actricis tutelam administrare,
tanquàm Miles intertenitus à Catholica Ma-
iestate Regis nostri, cum pensione scutorum
triginta pro quolibet mense in remuneratio-
nem servitiorum ab eodem in bello per viginti
annos antea præstitorum, & ut commodiùs ser-
vitia continuare posset; cum nec volens, Miles
84 admittatur ad tutoris officium exercendum,
ut in *§. idem, & in Milite, Instit. de excusat. tut.*
& in *l. Milites, C. qui satisdare cogant.* de quibus
memores sunt *Consiliar. Rocens tom. 2. respons.* 32.
& D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. part. 1. §. 49. n.
85 12. propterea quamvis Miles, errore ductus, pro
tutore se gesserit, non tutelæ iudicio conveniri
potest; sed actione negotiorum gestorum, *l. mi-
litia 4. C. qui dare tutores possunt*, etsi legatum
86 Militi fuerit sub conditione relictum, *si tutor
fuerit*, tutelam, nec volens exercebit, & nihilo-
minus legatum consequitur, ut in *l. ab admini-
stratione 8. C. de legat.* hæc omnia locum habere
87 videntur in veterano benemerito, & à militia
dimisso, ut in *l. sed & Milites* 10. *ff. de excusat.*
88 *tutor.* præsertim si per viginti annos militave-
rit, quo casu vacationem consequitur à munera-
bus, ut in *l. fin. C. de his, qui non impletis stipendijs
lib.* 10. & post *Surgent. de Neapolit. Illustrat. cap.*
12. declarat *Consil. Patignus in tract. de Iudice, &
privilegijs Milit.* inserto inter *Comment. Regent.
Reviti* super *prag. de Militib. n.* 27. eadem ratio-
89 ne, idem esse videtur in Militibus stipendiatijs,
sive trattenitis, qui tanquàm parati pro Repu-
blica mortem subire, gaudent privilegijs Mili-
tibus concessis, ut ex *Ripa in l. Centurio, num.* 10.
ff. de vulg. & pupill. & alijs voluerunt *Mastrill.
in decis.* 173. *num.* 18. & per totam *p.* 2. *Castillo in
decis.* 105. *Regni Siciliæ, lib.* 1. quos refert *Consil.
Paschal. de virib. patr. potest. p. 3. cap. 3. à n.* 26.

Huic tamen motivo pluribus modis occur-
rebatur, & primò considerando ex communiori
opinione, Milites nostri temporis, in quo non
sunt bella continuò parata, sicut erant prisco
90 Romanorum tempore, non gaudere privile-
gijs antiquæ militiæ, quamvis militaria onera
conservent, nisi rei militari actu incubant, & in
bello armis vacent, ut de communi testatur
Ripa in d. l. Centurio, num. 10. quem post alios re-
fert, & sequitur *Thesaur. in decis. Pedemon.* 111.
num. 5. & ex pluribus docuit *Mastrill. in d. decis.*
173. *num.* 1. *& seqq* alios adducit *Cæsar. in Spe-
culo peregrinar. quæst.* 35. *§.* 2. *num.* 18. *cum seqq.*
91 propterea militaria privilegia in Militibus ho-
diernis non sunt in usu, & frequentèr videmus
Milites hodie torqueri, suspendi, condemnari
ad triremes, carcerari pro debito civili, & con-
tra eos, tanquàm contra alios quoscumque pri-
vatos procedi, ut post *Fulgos. in l. 1. C. in quibus
causis milit. fori præscriptione uti non possunt*, re-
fert *Reg. de Ponte in tract. de potest. Prorog. tit.* 7.
§. 7. *num.* 9. *&* 11. ità paritèr videmus Milites
92 nostri temporis, tanquàm ab antiquis valdè di-
screpantes, conducere, fideiubere, mandata ta-
cipere, atq; alia facere, quæ priscis Militibus ita
interdicebantur, sicut tutelæ, ut testatur *Consil.
Theodor. in sua allegat.* 72. *num.* 30. Hinc Milites,
qui licèt faciant militarem professionem, eam
tamen actualitèr non exercent, sed in Palatijs
tempus conterentes, se ipsos cauda aurea more
Pavonum ostendunt, & gloriantur, quamvis
93 fuerint in matricula descripti, non tamen ha-
bent eorum Militiam privilegiatam, sed uti
debent Iure communi in eorum actibus, ut di-
cit *Bald. in l. pen. ff. ex quib. caus. maiores* quem
sequuntur *Afflict. in Const.* Regni *Neap.* quæ inci-
pit *Intentionis, num.* 28. & post alios *Reg. Revit.
in pragm.* 26. *de Militib. n.* 34.

Sed magis in specie privilegium exemptio-
nis Militi concessum, ut nec volens ad tutelæ
94 exercitium admittatur, intelligendum esse
de Milite in militia existente, animadvertit
glossa in relato *§. idem, & in Milite, instit. de ex-
cusat. Tutor.* pro ut similitèr privilegium Mili-
tis, qui pro tutore se gessit, ut non nisi simplici
actione negotiorum gestorum conveniri pos-
95 sit; solùm in Milite armatæ militiæ, muneribus
occupato, locum habere; expressè cavetur in
præallegata *l. militia, C. qui dare tutores possunt*,
96 & in specie quòad tutelæ exemptionem Mili-
tibus concessam oportere, quòd actu militent
cum armis in exercitu, ut gaudere possint Mili-
tes nostri temporis, indubitantèr procedere
affirmant *Io: Fab. in §. minores, num.* 1. *Instit. de
excusat. tutor. Aretin. in §. idem maior, num. 3. in-
stit. eodem*, ijsque relatis optimè declarat in ter-
minis ferè terminantibus *Cons. Theodor. in d. al-
leg.* 72. *num.* 19. *in fine, &* 25. ubi etiam refert ita
decisum in Regio Collaterali Consil. Neapol.
iuxta solemnitèr allegata per eum in causa Il-
lustris Principis Valdetari, qui tametsi reperia-
tur militaribus muneribus decoratus, etiam pro-
pter servitia per eum in bello antea præstita,
quia tamen actu non militabat, fuit ad Balia-
tus administrationem admissus, ut ibi *num.* 30.
ad finem.

97 Cum autem à tutore ad Syndicum Univer-
sitatis validum esse argumentum, DD. affirma-
ye-

verint,tanquàm utromque sit personale muoua
ad notata io *l.1.§.1.& §.aque ff.de munerib. &*
honorib. ot docet *Bart.in l.iusiurandum* 34. §.
defensor.ff.de Iur.iur.Alex.in cons.22.num.9.lib.
*1.Dec.in cons.297.num.1.lib.1.*per prædicta di-
cendum esse videbatur Militum novæ militiæ
vulgo dictæ: *di cavalli leggieri* pretendere oon
potuisse ex militari privilegio exemptionem
ab officio Siodici Uoiversitaria, ad quod fue-
98 rat electus; præsertim quia exemprio à Muni-
cipali moocre illis raotùm Militibos concedi-
tur,qui Castris operam per militiam dant,ot in
*l.3.§ his qui Castris,ff.de munerib.& honorib.*Mi-
lites verò oostri temporis, qui noo sunt ordi-
nariè stipeodiati à Regia Curia; sed solùm,
quando actu serviuot in occurreotibus oecessi-
tatibos;quamvis interea sior io exercitio armo-
rum; oon tamèn gaudeot privilegijs Militum,
ut ex *Decio, & Alciato* colligit *Alex. Trenta-*
*cinq.in tract.de substit.p.4.cap.8.num.6.*quem se-
quitor *Reg.Rovit.in* Rub. *pragmat.Regni Neap.*
de Militib.gravis, & levis armatura,n 6.ubi lo-
qoitur io specie de Militibus huius novæ mili-
99 tiæ, & ita oobis retulit *Doctor Federicus de*
Rosis genitor ooster recoleodæ memoriæ fuisse
aliàs iudicatom, oon habere Milites prædictos
exemptiooem ab officijs Voiversitatum,ipso re-
fereote in Sacro Regio Coosilio Neapolitaoo
de aooo 1615.tempore,qoo unios ex Relatori-
busmuoere fungebatur, qui fuerunt ab Excel-
100 leotissimo Lemeosium Comite, tooc Regoi
Neapolitaoi Prorege pro causis refereodis in
eiusdem Sacri Consilij Aulis electi. Quod iodè
Relatoris officium novitèr iotroductum io Sa-
cro Coosilio, fuit in eiusdem Proregis discessu
sublatum,minùs biennio, postquàm fuerat io-
stitutom,ut meminit etiam *Doctor Marc. Ant.*
de Cavaler.in Historia Civit.& Regni Neap.p.3.
lib.5.cap.1.fol.mihi 108.*in fine.*impressa sub oo-
mioe *Summontij*,ot ootat *Franc.de Petris in Hi-*
*storia famil.de Iannario,fol.*59.

Neque obstare dicebantur, quæ de Militibus
stipeodiarijs, sive Iotertenitis allegabantur,
quòd taoquàm parati ad militandum urgeote
necessitate,verè Milites dici possunt, atque
propterea militaribus privilegijs potiãtur; ete-
nim primò respondebatur, quædam esse privi-
legia ob prerogativam digoitatis militaris con-
cessa,quibos etiam Milites oostri temporis actù
noo militaores, sed parati ad militiam: pro ut
sunt veteraoi,interteniti, & similes potiuntur;
noo tameo gaudent privilegijs concessis ratio-
101 ne exercitij armorum; prout est privilegium
exemptionis ab ooere tutelæ,de qoo agimus,ut
ex proximè sobijcieodis coostabit, nisi deot
operam armis, & sint actualitèr parati pro de-
fentione Principis, sive Reipublicæ mortem
subire, pront in coonflicto opioionom, de Mili-
tibus nostri temporis distinguendum esse, cen-
suit *Belluga in Spec.Princip.Rub.2.à num.17.*&
post eum *Patignus in relato tract.de iudice, &*
privileg.Milit.num.36.circa finem, hac eadem
distinctiooe utitur post *Iacob.de Ravenna,Bald.*
aliosque plures Farinac.in consil.crimin.95.num.
3.lib.1. Hioc privilegia testameoti militaris,
102 taoqoàm ob armorum exercitium concessa,
noo oisi actualitèr militantibus competoot, ne-
que Presidi Proviociæ cooceduotor, *l. fin.ff.de*
testam.milit.l.1.C.de bonor. possess.secund.tabul.
103 cum tameo Præses io ea Proviocia, quam ad-
mioistrat, Dux belli dicatur, & Capitaoeus ad
guerram, atque paratus sit belli tempore arma-
ta maou Provinciam tueri, ex traditis per *Con-*
sil.Gizzarell.in decis.30. num.11. Hinc etiam
104 est,quòd privilegiom omoimodæ exemptio-
ois ab ooere tutelæ,tanqoàm ob armorum exer-
citiom à Iure elargitum Militibus veteranis, oõ
cõcedebatur, qui solùm habebaot excusatiooẽ
ab onere tutelæ, si eam infra legitima tempora,
propooebaut,ut io *l.sed, & milites 10.ff.de ex-*
cusat.tutor. cum tameo veteraoi Milites, & si
105 post expletos quosdam aooos Militiæ,iuxta
temporum diversitatem in aliquibus militari
iuramento solverentur;tamèn parati erãot ad-
versus hostes,oecessitate suadeote pugnare, ut
ex *Cornelio Tacito*,alijsque colligit in proposito
Consiliar.Theodor.in praalleg. alleg.72. num.24.
& seq.

Ad quam coocordiam reduci possuot *Ma-*
strill.& Castillo relatis in locis,alijque,inter teoi-
106 tos, Militibus actù militaotibus, exequaotes;
loquootur eoim io privilegio immonitatis ab
onere gabellarum priocipalitèr concesso ob
prærogativam officij, seo dignitatis Militaris.

Secuodò tunc demùm possunt Milites nostri
temporis actu non militantes,sed parati ad mi-
107 litiam gaudere privilegijs antiquæ militiæ,
quando in eis viget causa propter quàm fue-
ruot privilegia illa à Iure concessa, ut post *Ia-*
cob.de Ravenna,voloeruot *Salycet.in l.1.C de*
Iuris, & facti ignorant.num.8. Alex.in l.Centu-
rio,num.23.ff.de vulg.& pupill.substit. alioquin
108 privilegij causa cessante, cessat privilegium,
ot *in l.athleta 8.§.1.* ibi *Quod in Præsidatu sunt,*
ff.de excusat.tutor,cum concord. per Tiraquell. in
*tract.cessante causa p.1.num.*310.at verò causa
109 privilegij exemptionis ab ooere tutelæ mili-
tibus coocessi, fuit,ut Milites armis vaceot pro
tuenda Republica,oeque privatorum tutelis ab
armorum exercitio distrahaotur, atque militi-
am deserere cogantur;propterea Militibus om-
110 nia prohibita fueront, quæ posseot eos quo-
quo modo à militia distrahere, ut io *l. Milites*
31.C.locati;quæ causa cessat io Militibus nostri
111 temporis actu non militaotibus,ut io specie
animadvertit post *Salycet.in d.l.1.C.de Iuris, &*
facti ignorantia,Aretin.in relato §. item maior,
num.5.instit.de excusat.tutor. propterea io eis-
112 dem cessare debet exemptioois privilegium,
hioc est,quod Barooes passim videmus ad tute-
læ admioistrationem,curæ,aut Balìatus admit-
ti,pro ut etiam testatur *Theodor. in d.alleg. 72.*
113 *num.30.*quia etsi verè Milites dici possunt,ut
io *Rub.feud.quo tempore Miles*, & ad similitu-
di-

114 dinem trattenitorum parati sint ad omuem
Regia iussum accedere ad bellum, cum æquis,&
armis,iuxtà tradita per *Andream in cap.1.quis
dicatur Dux, & in §.similitèr, de Capitaneo qui
Curiam vendidit*, non tamen se actualitèr axer-
cent in usu armorum.

Secundò principalitèt ponderabatur,fuisse
pentionem prædictam quoudam Diomedi cou-
ditionalitèr concessam, dummodò resideret in
hac Civitate Neapolitana, apùd Proregis per-
sonam, per illa verba: *da continuarseli resi-
dendo appresso la persona di Sua Eccellenza, è in
quello l'ordinarà servire Sua Maestà*, undè cum
in facto constitisset in anno 1603. ipsum Dio-
medem exereuisse tutelam prædictam iu Terra
Torellæ, & sic extra Civitatem Neapolis, con-
sequentèr eo tempore Miles dici non poterat,
115 ueque millraribus privilegijs potiri,quia ne-
que pensio,tunc temporis ad ipsius beneficium
decurrebat, ut in simili in Militibus stipendia-
rijs, qui cunducnutur propter sortuiros casus,
quòd si aute tempus recedaut, nihil habeaut
eorum salarij, voluit *Bald.in l.adem,num.14.C.
locati*,quem refert, & sequitur *Campagna in cap.
Regni* incipiente *Statuimus* 211.*num.6.* quini-
116 mò per recessum ab hac Civitate absque li-
cẽtia Proregis possunt intereeuiti eorum officio
privari, ut in specie post *Præsid.de Franch.in
decis.*455.docet *Mastrill.in decis. Sicilia* 173.*n.*
17.*p.*2.

Quod autèm dicebatut hoc idem privilegiũ
exemptionis ab onere tutelæ,d.quoud. Diume-
di saltèm competijsse, tauquàm veterano bene-
merito,& à militia dimisso; parùm similitèr ur-
gebat ex eo, quia Iure cautum uon reperitur,
Militem veteranum, & à militia dimissum,uon
117 posse tutoris officium exercere, sed solùm
posse à tutelæ officio se excusare,ut in *d.l.sed &
Milites,ff.de excusat.tutorum, & in l. fin.C.eod.
tit.* excusatiouis verò causa infra quinquaginta
118 dies est prupouenda,à die, quo tutor se tuto-
rem constitutum esse sciverit,alioqniu hoc ter-
miuo elapso,ulteriùs non admittitur ad peten-
dam tutelæ excusatiouem, sed statim tenetur
ad sollicitudinem in minoris bouis adhibeu-
dam,atque de neglectis paritèr tenebitut, ut
hæc omnia apertissimè sancita reperiuntur in
l.scire oportet 15.*§.sufficit autem, & §.quinqua-
ginta, ff de excusat.tutor.* notat *Cavalcan. in tra-
ctat.de tut.& curat.num.*195. *& Galter.in praxi
tutel.p.1.in verbo: Et vel sese à tutela excuset, n.*
25.*& num.*21.ubi loquitur in specie de vetera-
119 nõ dimisso à militia,ut possit dari tutor,quã-
vis possit infra legitima tempora se excusare;
quod cum ipse Diomedes non egerit, dubitari
nou posse dicebamus,quin illius hæres conveu-
tus ad rationis redditiouem,actiune tutelæ co-
gi possit.

120 Die 13. Mensis Iulij anni millesimi sexceu-
tesimi trigesimi septimi, dum à nobis patroci-
nium pro actrice præstaretur,facto verbo iu Sa-
121 cro Cousilio Neap. per Regium Consiliarium
D.Ferdinandum de Ezquerra (qui postea per
eximiam probitatem, atque virtutem fuit Re-
gens iu Supremo Italiæ Senatu creatus apùd
Regiam Catholicam Maiestatem) declara-
tum fuit, teneri Didacum Boccutum con-
veutum ad redditionem computorum prædi-
ctorum actioue tutelæ. Actuarius Spera.

Et postea fuit conventus condemnatus,ue-
dùm ad sortis solutionem pro medietate per
eumdem debita,tanquàm hæredem pro medie-
tate quondam Iulij Boccuti ducatorum mille,
& quingentum prædictæ Fulviæ iu tempore
pupillaris ætatis relictorum, verùm etiam illius
interesse ad rationem septem prò centenario à
die mortis prædicti quondam Iulij, demptis
122 primis sex mensibus,tutori à lege couceffis ad
collocandum pecunias in emptionem, ut iu *l.
si tutor constitutus* 16.*ff.de administrat.tutor.*
123 Neque verò omittemus,esse computa in ad-
miuistrationis loco reddenda,in quo,& instru-
124 ctio sufficiens,& nota testimonia,& verissima
possuut documenta præstari, secundùm dispo-
sitionẽ *l.1.& 2.C.ubi de ratiocinijs agi oporteat,
Gratian.decis.*108. *ubi D.Sceppa in observ. num.
1. Seraphin. decis.*1205.*Escobar.de ratiocin.cap.
7.Caracciol.de fori privileg.remiss.quæst.5. num.
8.& seq. D. Altimar.de nullitat. tom.1. rubr.9.
quæst.26.num.*46. ut neque iu eis electio, & va-
125 riatio fori admittatur,nisi cum magna,& po-
126 tenti persona ageretur, ut probat *Novar.in
in praxi elect.& variat.fori,sect.4.q.34.& in pra-
xi miserab.personar.privileg. 65.num.3.* & post
eum *Thorus in compend.decis.Regni Neap.p.2.in
verbo tutor pro administratione.*

Animadvertat verò Tutor, neque oblivisca-
tur in principio admiuistrationis petere, aut
127 coustitui sibi facere salarium, quia non peti-
tum ab eo,neque à Iudice constitutum,minimè
debetur,ut per *text.in l.à tutoribus* 34.*§.fin.ff.de
administrat.tutorum*,firmat post *Guidon. Papa
in decis.68. Præs.de Franch. in decis.*122. eum
128 enim personale munus tutores gerant absque
detrimento,vel derogatione eorũ patrimonij,
videntur à principio gratis illud assumere, nisi
129 pro salario protesteotur, aut instent, ut ex
Ang. Aret. subdit idem de *Franch.* ibi *num.2.*
aliam ex *eodem loco* rationem affert *Galter. in pract.
tutel.p.3.Rub.2.num.*42. quia tutor habet man-
130 datum à Testatore,vel à Lege,quod nisi detur
131 & acceptetur gratuitum, nullum est, & irri-
tum, *ex l.1.§.mandatum*, ubi *glossa ff. mandati*,
132 eoque magis, quia publicum est officium,
quod unusquisque subire tenetur absque merce-
de, ut post *Surd.in tract.de aliment. tit.1.q. 47.
num.6.* & alios probat *Zacchias in tract.de sala-
rio,q.87.num.3.*ubi *num. 1.& 2.* & *num.4. & 5.
cum seqq.* ex cummuni,& recepta omnium san-
133 tentia refert,tutelæ,& curatelæ muuus gratui-
tum esse debere, neque tutores, & curatores
mercedem aliquam consequi posse: imò si ali-

134 quid eis datum fuisset per conditionem ob
turpem causam repeti, nisi aliqua iusta causa
135 concurreret, per quam æquitas, & ratio sua-
deret, ut aliqua eis merces solvatur: tunc enim
136 licitum esse Iudici tutorem salariare, si ta-
137 men petierit tempore susceptæ tutelæ, alio-
quio à salario est exclusus, ut ibi *Zacchias num.*
17. *& seqq.* cuius dicta, ne transcribere videa-
mur, sufficiat ad eumdem facta remissio, licèt
contrariam sustinuerit sententiam *Consiliar.*
Pratus in lib. 2. discept. forens. cap. 5. salarium tu-
138 tori deberi, etjam à principio administratio-
nis non constitutum, neque petitum.

RERVM SVMMA.

1 *Educatio filiorum penès quem committi debeat? est Iudicibus arbitrarium, & n.* 3.

Nisi adulti sint, qui debent educari, ubi voluerint, n. 2. *&* 3.

4 *Educari filius debet, ubi pater iussit, quia melius cæteris prospicere censetur utilitati filiorum.*

Si tamen locus à patre designatus, sit filio suspectus, licitum est à patris voluntate recedere, ut num. 5.

6 *Educatio pupilli non debet penès eum committi, qui vita, Religioni, moribus, aùt bonis pupilli insidiaretur, quamvis pro eo patris voluntas extaret.*

7 *Educatio pupilli non debet avo paterno decrepita ætatis committi, qui habet in eius domo filium proximè pupillo successurum, per intermediam personam avi.*

8 *Iudex in materia educationis pupilli, illud facere debet, quod pater pupilli fecisset, atque interrogatus verisimiliter respondisset.*

9 *Lunaticus furioso comparatur.*

10 *Mater penès se debet filium pupillum educare, quamvis illi ab intestato succederet.*

11 *Filios, durum est à parentibus segregari.*

12 *Mater secundò nubens excluditur à filiorum educatione.*

Nisi ipsa, & vitricus sint bonæ conditionis, & qualitatis, n. 13.

Atque pro præterito benè se gesserint, n. 14.

Et nisi filio ab intestato non succederet, ut n. 17.

15 *Præteritum facit præsumi de præsenti, in prædicamento benè, vel malè agere.*

16 *Mater secundò nubens à filiorum tutela repellitur.*

18 *Tutor, qui pecuniam pupillarem deponere iussus a Iudice recusat, suspectus redditur.*

19 *Tutor suspectus allegatus est interim à tutela removendus, fallit ut n.* 20. *& intellige, ut n.* 21.

22 *Tutor, cui fuit à pupilli patre in eius testamento remissa computorum redditio, non est ab ea omninò exemptus, & n.* 23.

Neque à futuro dolo eximitur, n. 24. *&* 25.

Sed solùm nimia scrupulositas in rationum redditione, ex tali legato remissa censetur, n. 26.

Quamvis matri, & tutrici filiorum à marito remissio fieret, n. 27.

Et verbis quantumvis amplis, & generalibus, num. 28.

Ab administratione etiam dolosa, n. 29.

Et licèt ei fuerit relictum omne illud, quod ipsam debere constiterit ob tutelæ administrationem, num. 30.

Quod solùm operabitur culpæ etiam latæ, & doli præsumpti remissionem, n. 36.

Atque reliquorum restitutionis, & aliorum omnium, quæ possunt à testatore remitti, n. 37.

Nisi ex eis locupletior factus esse tutor probetur, num. 38.

31 *Tutori dolus præsumptus remitti potest.*

Et ex omissione, aut negligentia causatus, n. 32.

Pro futura etiam administratione, n. 33.

34 *Tutori potest inventarij confectio à testatore remitti.*

Et ex legato liberationis à redditione computorum remissa censetur, n. 35.

39 *Tutor ad solemnia adimplenda non admittitur, postquam fuit ex hoc suspectus allegatus.*

40 *Mater, & quilibet de populo admittuntur ad tutoris suspitionem proponendam.*

41 D. Petrus Antonius Caravita *Reg. Consiliarius, Regni Neapolitani commendatur.*

Et Dominus D. Thomas Caravita *eius filius, Regius pariter Consiliarius, n.* 42.

43 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

CAPVT LXXIII.

De Educatione pupilli penes matrem committenda, iuxta *text. in l. 1. C. ubi pupillus educari debeat.*

1 EDucationis materiam esse Iudicibus arbitrariam, cum eorum arbitrio sit à Iure commissum, penès quem debeat filius pupillus educari, habetur in *l. pen. ff. ubi & apud quem pupill. educ. deb. in l.* 1. *&* 2. *C. eod. tit.* docent *Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *casu* 168 *nu.* 1. alijque relati per *Ann. in cons.* 33. *num.* 1. *lib.* 1. nisi adul-
2 tus sit, qui debet, ubi voluerit, educari, etiam penes vitricum, exclusis consanguineis, ut ex *Alberic. de Rosate*, probat alijs omissis *Surd. in tract. de aliment. tit.* 4. *q.* 13. *num.* 5.

3 Hnc tamen Iudicis arbitrium esse debere à Iure, vel secundùm Ius regulatum, non autem absolutum, & irratinnabile, post alios admnnent *Cavalcan. in tract. de tut. & curat. nu.* 301. *Surd. in d. q.* 13. *n.* 1.

4 Et quamvis Iudex patris voluntatem regulariter sequi debeat, atque ibi filium pupillum edu-

educari iobeat, ubi patrem voluiſſe comperijt,
ut in *l.4.ff. ubi pupill.educ. deb.* tanquàm ſemper
præſumatur meliùs cœteria proſpexiſſe utilita-
ti filiorum, ut *in l.nec in ea 22.ff.ad leg. Iul. de*
5 *adulter.* tameo ſi videat locom à patre deſtina-
tom non eſſe popillo tutum, poterit, imò de-
bebit cauſa beuè cognita, à patris voluorate
diſcedere, ot io *d.l.1. ff.ubi pupill.educ. debeat*
ibi: *Et nonnunquàm à voluntate patris recedit
Prætor*, & io expreſſo hoc docoerunt ex noſtris
*Grammatic.in decis.55.num.1. Afflict. in decis.
183.num.5. Præſ.de Franch.in decis.350.num.1.
Anna in d.conſ.33.num.8. Reg.de Ponte in decis.
20. Collateralis Conſ.Neap.num.22.* neque Iudex
6 pupilli educationem committere debet peors
eom, qoi illius vitæ, Religioni, moribus, aùt
bonis, per ſe, vel per alium Inſidiari poſſet,
quamvis extaret pro eo patris voluotas, ut in d.
l.1.in fine princip. ff. ubi pupill.educ. deb. & per
*Bald.in conſ.487.lib.5.& Menoch.in d.caſu 168.
num.5.*

Ex quibus à decreto domi lato per D. tunc
Coofil. Hectorem Capycium Latro, quòd D.
Brigida Barooe conſignet educandum D. Pe-
trum Paulum Scales avum pateroum pueri præ-
dicti nomiue, ex parte matris audito, iuſtiſſimè
obteotam fuiſſe dicebamus Regiam decretatio-
nem, de verbo faciendo in S.R.C.Neap.

Domus enim prædicti Aſpremij erat prædi-
cto eius nepoti puero aouorum quatuor, oon
modicè ſuſpecta; præſertim, quia in eadem do-
7 mo commorabator Vrſula Scales eiuſdem D.Pe-
tri Pauli pupilli amita, quæ poſt illius obitum
in eius bonis ab ioteſtato ſuccedebat, per ioter-
mediam perſooam prædicti Aſpremij eius patris
in decrepita iam ætate cooſtituti, quod conſi-
derat *Afflict.* ad excluſiooem avi paterni, io *de-
cis.183. ante num. 5.* & facit *text.in l.2.C. ubi pu-
pill.educ.deb.* idquè manifeſtè reddebat educa-
tionem io domo prædicta ſuſpectam, cui pro-
pterea Iudex aſſentiri non debebat, nou ob-
ſtante voluntate quond. Franciſci Scales pupil-
li patris in teſtameoto declarata, quòd peoea
eumdem Aſpremium avum pateroum educare-
8 tur elapſo triennio: debebat enim Iudex illud
facere, quod ipſe pater pupilli feciſſet, ioſpecto
educationis tempore, & quod pater interro-
gatus veriſimilitèr reſpondiſſet, ut per *Bald.d.
conſ.487.verſic.& in ſumma*, per *Annam conſ.33.
num.9.lib.1.* & per *Regent.de Tappia in decis.51.
S.C.Neap.num.5.* quis autem ignorat, interroga-
tum teſtatorem omninò fuiſſe, ſtantibus prædi-
ctis, reſponſurum oolle filium exponere inſi-
diarum periculo? eo magis quia puer ipſe à ma-
tris gubernio remotus, ob teneram eius ætatem
facillimè mortis periculum ſubire potuiſſet; cū
noo ita diligeotèr apùd avum pateroum, eiuſ-
que uxorem Beatricem Capuanam, anoorum
numero pregravatos educaretor, cum etiam
ipſa Beatrix lunatica eſſet, & cum luna ipſa
mutabili, mentis quoque mutabilitatem, &
alienationem pateretur, & ioſaniret, ot meritò
9 lunaticus furioſo compareτur, ad *text. in l. bo-
vem 43.§.aliquando, ff.de adilitio edicto*, & re-
fert *Stracca in tract.de mercat.p.13.num.23.* &
poſt eum elegaotèr *Novar.in ſua praxi elect.&
variat.fori, ſect.2.artic.44.* uode oullatenùs erat
pupillus cum ipſa Beatrice ſenſo quaodoque
carente educandus
10 Propterea ſtatuere Iudex debebat, pupillum
apud matrem educari, iuxta *l.1.C. ubi pupill.
educ.deb.* etiam quòd filio ab inteſtato, vel ex
teſtamento vigore paternæ ſubſtitutioois ſuc-
cederet, ut per *Menoch.d.caſu 168.num.16.* per
Surd.in d.q.13.num.12. & poſt alios per *Galter.
in ſua praxi tutelar.p.2. Rubr.1.num.6.* & per
Reg.Rovit.in decis.8. mater enim omnium fide
dignior, eligi debet, ad filiorum educationem
ut in *§.einſdem quoque Principis, Auth.de nupt.*
11 qois enim ferat, liberos à parentibus, ſorores à
fratribus, uxores à maritis, ſegregari? ſunt ver-
ba *text.in l.poſſeſſionum 11. C. communia utriuſ-
que Iudicij*, & verè pareotum amor ſuperat om-
oes, *l.fin.C.de curat.furioſi.*
12 Quamvis autem mulieres ad ſecundas oup-
tias convolantes excluſæ fuerint à filiorum
edocatiooe, ut in *l.1.in princ. C.ubi pupill.educ.*
13 *deb.* nihilomioùs ſi ipſa, & vitricus ſint bonæ
conditionis, & famæ, & bonæ opioionis, &
qualitatis, noo obſtaote traoſitu ad ſecuoda
vota, poterunt penès ſe filios educare, tanquàm
ceſſet io eis quælibet ſiniſtra ſuſpitio captandi
mortem illorum, ot animadvertit *Paul.de Caſtro
in l.ſi paterno num.3.C.de negot.geſt.* & *in conſil.
356.verſic.ult.lib.1.* alijſque relatis, *de Ponte in
prealleg.decis.20.nu.25. Molfeſ. in Comment.ad
Conſuetud.Neap.lib.1.p.3.q.11.num.18.* & po-
ſtremò ita refert iodiſtinctè ſervari *Reg.* Tappia
qui teſtatur novem vicibus hoc fuiſſe iudica-
tom in S.C.Neap. & fuiſſe matres admiſſas ad fi-
liorum educatiooem, non obſtante tranſitu ad
ſecundas nuptias, in relata *decis.51.num.10. &*
14 18. præſertim ſi benè, & fidelitèr ſe geſſerint
pro præterito, ex quo præſumitur de præſenti
15 io prædicamento beoè, vel malè agere, ot ex
Baldo in l.ex perſona, C. de probat. in propria
educatioois materia probat *Soccin.in conſ.193.
num.2.lib.2.* quem ſequitor *Reg. Valenz.in conſ.
36.num.28.lib.1,*
16 Inſuper eatenùs à filiorum educatione ma-
ter excluditur per traoſitum ad ſecunda vota,
quatenùs eſſet illis ab inteſtato decedentibus
ſucceſſura: quia tunc lex de matre non confidit,
imò ſuſpicatur, ne inſidias paret vitæ filiorum;
propterea eam quoque repellit à tutela, ut in
l.lex qui tutores 23.§.fin.C.de adminiſtrat.tutor.
quamvis ouptiæ nullæ fiot, ot probaot DD.
quos ſequitur *D.Altimar.de nullitat. tom.1. ru-
br.8.quæſt.15.n.5.* at ſi mater non eſt filio ab in-
17 teſtato ſucceſſura: ut ſi capitula matrimonialia
contraxerit ſecundùm uſum Nobiliom Capua-
næ, & Nidi Civitatis Neapolis, vulgò dictum:

alla nova manera, tuncomnis alia suspicio cas-
saret, atque filiuz collocari deberet alendus
penès matrem, si pudica esset,& bonismoribus
ornata, & vitricum bonæ vitæ, & famæ super
induxisset,ut in proprijs terminiz,prætermissiz
alijs, refert decisum in S.C.Neap *Præs.de Fran-
ch.in decis.*350.*in fine*, quem post alios sequun-
tur *Galter.in praxi tutel.p.*2. *Rub. num.*6. *Reg.
Tappia in d.decis.*51.*num.*10.*versic.& tandem*,
*& num.*18.ubi iterùm decisum testatur in S. C.
*Reg.Rovit.in decis.*8.*num.*5.*Reg.de Marin.in
lib.*1.*resol.Iuris,cap.*95.*n.*16.

Et inquàm videatur quæso decisio relata
per *Tappiam præallegato loco* in causa educatio-
niz D.Elinnoræ Zapatta, quæ fuit apùd D.Ca-
therinam Brancia matrem commissa , non ob-
stante transitu ad secundas nuptias, ex quo nō
erat filiæ ab intestato successura,& non obstan-
te patris voluntate alitèr disponente , quæ sa-
nè decisio erat ad hujuz causæ determinatio-
nem accommodatissima;qua enim ratione præ-
dictus Petruz Paulus erat à matris affectione
revocandus, quæ ipsi filio in pupillari ætate
decedenti non succedebat, obstante pacto in
capitulis matrimonialibus stipulatiz iuxta mo-
tem Nobilium Platearum Capnanæ, & Nidi:
alla neva maniera, & similitèr virum duxerat
ipsa D.Brigida D.Camillum Caietanum,Æqui-
tem Neapolitanæ Plateæ Nidi,moribus,& vitæ
probitate ornatissimum , in quo sicut in ipsa
D Brigida matre,omniz cessabat sinistra suspi-
cio.

Tandèm consideratione dignum reddeba-
tur, prædictum Aspremium avum paternum,
per annos quatuor,pupilli tutelam administra-
visse, perceptis ex pupillaribus boniz annuiz
28 duc.420.& cum à Iudice iussus, pecuniam pu-
pilli deponere recusaverit, ex hoc etiam in tu-
telæ administratione suspectus reddebatur,iux-
tà notata *in l.*3.*§.tutores,ff.de suspect. tutorib.* &
per *Galter. in praxi tutel.p.*2. *Rub.*5. *num.* 11.
19 *versic Quarta*, quinimò tanquàm suspectus
simplicitèr allegatus, erat interim à tutelæ ad-
ministratione removendus,ex *l.quod si fortè* 14.
*§.*1.*ff.de solutionib.& l.eum quem* 7.*C.de suspect.*
20 *tutorib.*quorum Iurium dispositio, tametsi in
matre,alijsque tutoribus, qui sunt aliquo con-
sanguinitatiz, vel affinitatis vinculo, pupilliz
coniuncti, non procedat, quibuz optimum est
curatorem potiùs adiungere,quàm eoz cum no-
ta fidei, & existimationis removere, ut in *l.tu-
tor* 9.*ff.de suspect.tutorib.* & post *Afflict. in decis.*
207.docet *Gratian.in lib.*1.*discept.forens.cap.*28.
21 *num.*27.Hoc nihilominùs intelligitur,quando
coniuncta persona redderetur infamis, & pro-
pter dolum in modica re commissum, esset re-
movenda; ubi verò non induceretur infamia
veniret in totum removenda,ita ubi fraus esset
in magna re commissa Iudiciz arbitrio est con-
stitutum,eam in totum removere, vel pupillo
providere de adiuncto ,secundùm *Bartol.in d.
l.si tutor*, quem sequuntur *Cavalcan. in tract.de
tutore,num.*18.*& seq. de Franch.in decis.*8. *circa
finem*,quem refert,& sequitur *Consil. Marcian.in
cons.*39.*num.*17. idque etiam in matre decisum
fuisse affirmat *Afflict.in relata decis.*203.& post
eum *Galter.in d.Rub.*5.*n.*10.

22 Ex quo solùm ultra alia supra adducta, non
erat ipsi concedenda pupilli educatio; licèt
enim computorum redditio sibi fuisset à testa-
tore remissa, hoc tamen liberationis legatum
tutori relictum,neque totalem rationum remis-
23 sionem operatur,quæ tanquàm publica utilita-
te introductæ privatorum pactionibuz tolli
24 non possunt, neque à futuro dolo exemptio-
nem inducit,quin de eo tutor teneatur,ne alio-
25 quin dilinquendi prebeatur occasio,sed solùm
26 ex tali legato nimium scrupulosa, aut stricta
inquisitio in rationum redditione remittitur,
celebre in hoc extat *Iuliani* responsum in *l.
quidam decedens* 6.*ff.de administrat.tutor.* de
quo latè *Montan.in tract.de tutel. cap.*38. *num.*
26.*& seqq.Guttierez in eod.tract.p.*3 *cap.*1.*à nu.*
32.*Menoch.in tract.de præsumpt.lib.*4.*præsump.*
264.*num.*1. *&* 2. ubi ampliat *num.*3. *& seqq.*
27 etiam si matri filiorum tutrici à marito sit libe-
28 ratio relicta verbis multùm ampliz, & genera-
29 libus ab administratione,etiam dolosa, eidem
30 relicto omni eo,quod illam debere, constabit
ob tutelæ administrationem,quamvis hæc om-
31 nia in dolo verò procedant,non autèm in do-
lo præsumpto,& ex omissione, aut negligentia
32 causato, quem remitti posse etiam pro futura
33 administratione,unanimi consensu DD.volue-
runt,quorum plures adducit *Menoch.in loco re-
lato num.*9.& præcipuè *Covarr.in lib.*2. *variar.
resol.cap.*14.*num.*4. *versic. Quintum*, quem se-
quitur *Crassus in lib.*1.*recept.sent.in §. legatum
q.*40.*num.*8.neque contradicit *Peregrin.in cons.*
40.*sub num.* 11.*lib.*3. alios refert *Mascard.in
tract.de probat.conclus.*1258. *num.*18. *& seqq.
Cons.Paschal.in tract. de virib.patria potest.p.*3.
*cap.*9.*num.*21. idquè clarè probant verba *text.
in d.l.quidam decedens* ibi: *Damnum verò quod-
cumque ex tutela quis senserit, & legari, & per
fideicommissum ei relinqui potest*;unde inventa-
34 rij confectionem tutoribus remitti posse à te-
statoribus,sancitum expresè reperitur in *l.fin.
C.arbitrium tutelæ*,& probant *Bart.* & DD.om-
nes in *l.nemo potest, ff.de legat.*1.*Durand.de arte
testam.de tutor. & curat.caut.*3. cum alijs, quos
sequitur *D.Altimar.de nullitat.tom.*2. *rubr.*11.
*quæst.*4.*num.*68.& ex legato liberationis à red-
35 ditione computorum tutelæ censetur tutor ab
inventarij confectione liberatus,ut optimè pro-
baverunt *Dec.in cons.*178.*num.*3.*& in cons.*291.
*num.*4.*lib* 1. *Cravetta in cons.*193. *num.*9 *p.*2.
*Covarr.in relato cap.*14.*num.*4.*versic.ult. Mon-
tan.in relato tract.cap.*32.*reg.*5.*num.*111. & se-
quitur *Gratian. in lib.*4.*discept.forens.cap.*722.
*num.*18.ubi *num.*20.infert non esse tunc locum
iuramento in litem, alijsque legalibus pœnis.

36 Ope-

36 Operabitur itàque legatum omnis eius, in quod tutor fuerit administrationis causa damnatus, ut de culpa etiam lata, dolo præsumpto,
37 reliquorum restitutione, & omnibus alijs, quæ possunt à testatore remitti, minimè teneatur,
38 nisi quatenùs ex eis locupletior factus esse probetur, ut idem *Covarr. & Fulgos.* alijsque voluit *in loco citato in versic.* 7. sequuntur *Crassus in d. q.* 40. *num.* 8. *in versic. Quamvis, Escobar. in tract. de ratiocin. cap.* 5. *num.* 8. *Guttierez in d. cap.* 1. *nu.* 45. non autem ex eo à computorum redditione omninò eximetur.

39 Quibus accedebat, non tantùm de inventario non constare, sed nec de alijs solemnibus à tutore ipso conficiendis, ad quæ adimplenda minimè poterat admitti, purgando moram post ius minori quærelanti quæsitum, & suspicionem ex capite prædicto propositam, iuxtà tradita per *Bart. in l. Tutor qui repertorium, n.* 7. *ff. de administrat. tutor.* & plures alios per *Galter.* relatos in *d. Rub.* 5. *num.* 11. & signantèr *Capyc. in decis.*
40 50. *num.* 2. mater enim, & quilibet de populo erant ad tutoris suspicionem proponendam admittendi, ut in *l.* 1. *§. consequens, ff. de suspect. tutorib.*

41 Die 18. Aprilis 1636. referente eruditissimo Consil. *D. Petro Antonio Caravita*, unius ex Aulis Sacri Regij Consilij Neapolitani Præfe-
42 fecto, cuius filius *Dominus D. Thomas Caravita* ad idem Regij Consiliarij munus fuit promotus, decretum fuit per Sacrum Consilium, quòd
43 capiatur informatio de expositis, & interim pupillus educetur penes tertium; sed facto iterùm verbo loco reclamationis sub die 4. Iulij 1636. fuit dictum benè provisum, quòad terminum; verùm interim pupillus non amoveatur à posse matris. Actuarius Iuvenis pro Cioffo.

Videnda autem sunt, quæ hac de re scribit *Consiliar. Arias de Mesa variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 25.

RERVM SVMMA.

1 *Compensatio solutio est.*
Et quamvis ficta solutio dicatur, realis tamèn est debiti satisfactio, ut n. 2.
3 *Creditor qui post oppositam compensationem in petendo debitum iudicialitèr persistit, punitur uti petens indebitum.*
4 *Compensatio debitum extinguit ipso iure, etiam absque hominis oppositione.*
Intellige, ut n. 5. *&* 7.
6 *Compensatio opposita necessitatem imponit Iudici ad compensandum.*
8 *Compensationis exceptio, tanquàm modificativa adversus sententiam opponitur.*
Et adversus Instrumentum debiti iuratum, ut num. 9.
Sed contra, n. 11.
Præsertim, ubi fuit solutio de carolenis argenti promissa, n. 12.
Vel creditum, quod compensari petitur, iam cœperat instrumenti tempore deberi, n. 13.
10 *Retentio locum habet, etiam contra creditum in instrumento iurato contentum.*
14 *Compensatio contra instrumentum censuale non admittitur.*
15 *Exceptio nulla contra instrumentum censuale obijci potest, præter quàm realis solutionis, per publicas scripturas probata.*
Neque sufficit, quòd per quinque testes solutio probetur, nisi sint rogati, ut n. 16. *&* 17.
18 *Solutio debiti inscriptis contracti, debet per testes rogatos probari.*
19 *Compensatio non procedit de liquido ad illiquidum.*
Fallit primò, quando illiquidum potest de proximo liquidari, ut n. 20.
Fallit secundò, quando illiquidum fieret ex partis voluntate, & confessione liquidum, vel compensabile, n. 21.
22 *Confessio iudicialis minimè probat, nisi in eodem iudicio, & inter easdem partes, & ad eumdem finem facta fuerit.*
23 *Confessio voluntaria Tutoris in iudicio facta, non præiudicat pupillo.*
24 *Cõfessio erronea in iudicio facta non nocet, & revocari potest.*
Intellige ut n. 25. *usque ad* 29.
30 *Confessio extraiudicialis parte absente facta non probat, etiam si tendat ad liberandum.*
Nisi fuerit absentis nomine per alium acceptata, vel iurata, geminata, aut in instrumento facta, ut n. 31.
32 *Confessio extraiudicialis non probat, si per testes singulares discordantes, & varios probata fuerit.*
Quamvis geminata, & parte præsente fieret, nu. 33. 34. *&* 35.
36 *Testibus inter se varijs, & contrarijs non creditur.*

CAPVT LXXIV.

De Compensatione adversùs instrumenti exequutionem opposita, *ad text. in l.* 2. *C. de Compensationibus*.

1 Compensationem, solutionem esse, adnotatur in *l.* 4. *§. solvisse, ff. de re iudicata* cum concordantibus apùd *Sebast. de Medices in tract. de compensationib. p.* 1. *in præfationibus, num.* 2. quem refert *Surd. in decis.* 117 *n.* 1. & roborant *Grass. except.* 16. *num.* 9. *&* 10. *Menoch. de arbitr. cas.* 14. *num.* 3. *Giurb. ad Consuet. Messan. cap.* 2. *gl.* 16. *num.* 9. quos iunctis alijs insequitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. observat.* 117.

117.n.21.& quamvis ficta solutio dieatur;realis
2 tamen est debiti satisfactio, ut ex pluribus elegantèr Covarr.in repetit.cap.Quamvis pactum,in
1.part.relectionis §.4.num.9. versic. ea vero,de
pactis in 6.quem sequitur Cancer.in lib.2.variar.
resol.cap.3.num.44 quod adeo verum esse putavit Barbosa in l. divortio,§. ob donationes,num.
32.vers.adeo quod si opposita,ff.soluto matrim. ut
3 si opposita compensationis exceptione creditor adhùc in petendo debitum,iudicialitèr persistat, incidat in pœnam petentis, quod sibi
non debetur,de qua in l. cum quis temerè 79.ff.
de Iudic. & in cap.1.de plus petitionib. quem refert, & sequitur Gratian. in lib.4. discept.forens.
4 cap.728.num.8.fit enim ipso iure compensatio,
ut in l.si constat 4.ff.de compensat. & decisum
refert Afflict.in decis.121.

Et licèt ita demùm ipso iure fieri compensationem intelligant,& veriorem,atque receptionem esse probent,contra Afflict.quando fuit ab
5 homine opposita facto saltèm proposito,ex quo
resultat compensationis exceptio,& non antea,
post alios Pras.de Franch.in decis.527. num.3.
& seq. Surd.in decis.Mant.191.num.15. ut ex
6 tunc necessitas Iudici imponatur ad compensandum,ut in §.bonae fidei,Instit.de actionib.atque
tradit Afflict.in d. decis.121.num.2. cum alijs
per Gratian.in relato cap.728.num.6. Hoc ta-
7 men fallit secundùm eos,quando ageretur de
evitando pœnam, vel cursum usurarum: quia
tunc ipso iure fit absque alia hominis declaratione, iuxtà notata in l.cum alter 11.ff.de compensat. quo casu compensatio post tempus opposita, & deducta retrotrahitur, ut post Fabr.
Tiraquell. & alios declarat idem Surd. de aliment.tit.1.q.42.num.88.& Franch in decis.642.
num.5.neque interest,quòd ipso iure, vel ope
exceptionis fiat compensatio,cum extrema sunt
habilia,& agitur inter creditorem, & debitorem:quia sufficit,quòd opponatur ad effectum
extinguendi debitum, atque actiones, & obligationes, ut ex Salyc.in d.l.constat,col. 2. vers.
Fallit,C.de compensat. tradit Pras. de Franch.in
decis.53.num.2 & 527.nu.4.

8 Quam sanè compensationis exceptionem
tanquàm modificativam, etiàm ad impediendam sententiæ exequutionem, opponi posse
habetur, in l.2.C.de compensat. & voluit Afflict.
in ead.decis.121.in 2.dubio, Surd. in decis. 121.
9 ita videtur adversus Instrumentum debiti iuratum prodesse hanc exceptionem, ut voluerunt
Covarr.in loco relato,Capyc.in decis.167.in 2.dubio,& alij plures,quos recenset Ioan. Vincent.de
Anna in allegat.80.num.3.p.2.saltèm habere
10 locum retentionem,iuramento non obstante
alij voluerunt apùd Reg. Capyc. Latro decis.25.
11 num.33.sed quòd ratione iuramenti minimè sit
promissa compensatio, magis recepta est Alexandri sententia in cons.91.vol.2.à nostro Sacro
Consilio Neapolitano approbata, ut constat
ex Afflicto in decis.381.contra quam nunquàm
obtinere potuisse Ursil. exclamat ad Afflict.
ibid.num.4. & refert Reg. Rovit.in Rub. pragmat.de Instrument.liquid. num.41. Idque magis
12 locum habet,si fuerit solutio promissa de carolenis argenti propter formam solutioni adiectam, quæ debet specificè adimpleri, non per
equipollens,ex notatis in l.solutum 49.ff.de solutionib.ut per Bart.in l.solutionis, ff.de solutionib.& latè per Crassum in tract.de except.except.
13 16.num. 59. & 77. vel si creditum, quod
petitur compensari,iam cœperat contractus
tempore deberi, quia censetur compensationis
beneficio renunciatum, ut dicit Afflict.in ead.
decis.381.num.3.Capyc.in d.decis.167. Galter.in
pract.Instrument.in 2.p.3.part.Rub.3.n.8.

14 Adversùs autem Instrumenti censualis exequutionem,compensationis exceptionem obijci non posse, ex dispositione Regia Pragm.de
15 censib. omnes alias excludentis exceptiones,
preterquàm realis solutionis, si de illa legitimè
constiterit,authenticis documentis, vel alijs
scripturis plenam fidem facientibus, in terminis eiusdem pragm. tradiderunt Foller. in prag.
censuali vers.Qua quidem exequutio,nu.54. Intrigliol.& alij,quos sequitur Crassus d.except.16.
num.4. & ità servatum vidisse dicit Castillo in
decis.Sicilia 118.in fine, quem refert Reg.Rovit.
in d.pragm.num.28.& quod dicitur debere de
solutione constare per Authentica documenta
vel alias scripturas,infert non sufficere quinque
16 testium depositionem, quæ aliàs publico Instrumento æquiparantur, ut per Cyn.in l. optimā
C.de contrahenda, & committ.stipulat. & post
eum Galter.in d.2.p.3.partes Rubr.2.num.57.ni-
17 si testes fuerint rogati,& de rogitu constet, secundùm eumdem Galter.ibid.num.56. ubi allegat Robert.in considerat.4 num.54. & 55. Idque
18 regulare esse in probanda solutione debiti inscriptis contracti,probat Reg.Rovit. in Rubr.de
instrument.liquidat.num.38 & conferunt tradita per Farinac.de testib.q.62.limitat.3. sublimit.
7.n.145.

19 Item non admittitur compensatio de liquido ad illiquidum,ex l.fin C.de compensat.& notat Afflict.in praalleg.decis.381.num.6.& 7. nisi
20 causa crediti compensandi sit liquida,& quãtitas debita de proximo liquidari possit, ut notatur in eadem l.fin, & firmat Soccin.in reg.65.
incipiente Compensatio, unde si infra breve
tempus Iudicia arbitrio conscribendum fieri
posset crediti liquidatio locum habet compensatio, ex traditis per Menoch.in tract.de arbitrar.Iudic.lib.1.cent.1.casu 14.& per Annam in
d.alleg.80.n.3.lib.2.

21 Vel nisi creditum, quod est illiquidum, efficeretur ex partis confessione liquidum,& compensabile ad notata post alios per Scaglion.in
Ritu 163.num.55.per Reg. Rovit.in Rub.pragm.
de Instrument. liquidat. num.3. per Galter.in
d.p.2.Rub.3.n.7.

Sed advertendum non ex omni confessione
22 ple-

22 plenam inducit probationem: etenim si de iudiciali confessione agitur, ita probat si in eodem iudicio ad eumdem finem, & in eat easdem partes facta fuerit, secundùm *Speculat. in tit. de confessionib. in §. nunc videndum, num. 2. lib. 2.* & alios plenè relatos per *Crussum in tract. de exceptionib. except. 14. num. 90. Revit. in cons. 72. n. 70. lib. 2.* sed quòd etiam in alio iudicio probet
23 confessio inter easdem personas voluerunt *Guido Papa*, & alij per eum relati in *decis. 254. Farinac. in pract. crimin. p. 1. 2. partis, in tit. de reo confesso, q. 81. cap. 3. num. 92. cum seqq.* ubi latè, etsi fiat à Tutore nomine pupilli, debet fieri per modum contentiosæ, non voluntariæ iurisdictionis, ut pupillo noceat, ad notata per *Bart. in l. si certi, §. sed ipsos ff. de confessis* per *Mascard. in tract. de probat. conclus. 378. num. 1. & 2. lib. 1.* Item requiritur, quòd non sit errонea
24 confessio, quæ non præiudicat, & revocari potest, ex *L. 2. C. de confessis*, cum alijs per *Gratian. in lib. 3. discept. forens. cap. 501. num. 27. & lib. 4. cap. 706. num. 58.* quem sequitur *Revit. d. cons. 72. n. 8.* dummodò revocatio fiat antequàm fue-
25 rit à parte acceptata, ut post *Bald.* & *Præsid. de Franch. in decis. 60. num. 8.* refert *Reg. Capyc Lat. decis. 120. num. 15. lib. 1.* ante etiam conclusio-
26 nem in causa, ut ex *Romano in cons. 346. num. 7.* deducit *Mascard. in d. tract. de probat. conclus.*
27 347. num. 16. & error probetur, qui regulariter non præsumitur, ex *Bart. in l. non fatetur, ff. de confessis, Mascard. in conclus. 348. num. 5. & conclus. 637.* quòd scilicèt aliter res se habeat, & si
28 error in facto proprio commissus allegatur, quod ex adversarij persuasione, vel alijs iustis
29 causis fuerit extorta, ubi non agitur de damno vitando, sed est uterque in pari causa, propter petitionis incertitudinem, ut per *Bart. in d. l. non fatetur, Abb. Panormitan. in cap. fin. nu. 23. de Confessis, Mascard. in d. tract. conclus. 638. num. 4. Farinac. in q. 81. cap. 9. n. 343. & seqq.*
30 Si verò de extraiudiciali agitur confessione, debet esse, parte præsente facta, ad hoc ut plenam inducat probationem, ut in *Lcertum 6. §. si quis absente, ff. de Confessis*, & per *Farinac. in loco relato, q. 82. regula 1. num. 5.* aliàs non probat, etiam si tendat ad liberandum, ex magis communi DD. sententia, quam post *Gabriel.* & alios refert *Mascard. in relato tract. de probat. conclus. 347. num. 61. p. 1.* nisi fuerit per aliquem absen-
31 tis nomine acceptata, quo casu plenam inducit probationem, ut ex *Glossa, & Paulo de Castro in l. tale pactum in princip. ff. de pactis*, docet *Mavanta in suo spec. p. 6. artic. 5. tit. de Confess. nu. 18.* habetur enim ac si parte præsente facta fuisset, quando nuncius, vel negotiorum gestor acceptat confessionem nomine absentis, de quo post *Cravett. Aretin.* & alios *Mascard. in d. tract. p. 1. conclus. 346. num. 2. & 3.* & *in conclus. 347. num. 115.* ubi ampliat, si acceptans pro absente, non sit Notarius, vel alia publica persona, sed privata, reijciendo contrariam *Abbatis*, & *Baldi* sententiam, & quando confessio fuit iurata, vel in instrumento facta, aut geminata etiam parte absente plenè probat, ex latè traditis ab eodem *Mascardo in ead. conclus. 346. num. 8.* & in *d. conclus. 347. num. 37. & seqq. num. 69. & seqq. & num. 81.* & à *Consil. Staibano in lib. 2. resol. forens. cap. 191. num. 34. & seqq.*
32 Debet etiam per concordantes testes, non autem singulares probari, aliàs non dicitur cō-
33 cludenter probata, etiam si geminata, & parte præsente facta fuisset ex *Mascardo* ibidem *num.*
34 55. & nedum esse debent in re principali concordes, verùm etiam in circumstantijs substantialibus, & negotij principalis substantiam re-
35 spicientibus; aliter enim nullam inducunt probationem, ut per *Farinac. in tract. de Testibus q. 65. num. 21. & 66. num. 30. p. 1.* non etiam te-
36 stibus creditur varijs, & contrarijs inter eos, ex notatis in *l. qui falsò, vel variè 16. ff. de testibus*, cum alijs per *Menochium in tract. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 23. Mascard. conclus. 1367. num. 1. & 2. tomo 2.*

RERVM SVMMA.

1 *Possessor habet retentionem pro meliorationibus in re possessa erogatis.*
Præsertim super re feudali factis, & inseparabilibus à feudo, n. 2.
Etiam si post sententiam fuerint liquidè tamen deducta, n. 3.
4 *Meliorationes per visuram loci rectè probantur.*
Vt ex eis retardetur executio sententiæ, n. 5.
Idem si constent per Æstimatoris publicè electi appretium, à quo non fuit appellatum, num. 6. 7. & 8.
9 *Melioramenta ædificiorum sunt per testes architectos probanda.*
Sed constare debet eos esse tales, n. 10. & 11.
12 *Possessor bonæ fidei necessarias, & utiles consequitur expensas, quæ tamen per diversam materiam facta sunt.*
Maximè si titulum habeat à Domino, quamvis revocabilem, ut emptor cum pacto de retrovendendo, n. 13.
14 *Vtiles impensæ dicuntur, quæ rem faciunt meliorem, & deteriorem esse non sinunt, sive, quæ redditum Domino acquirunt, ut num. 15. usque ad 19.*
20 *Impensa in meliorationibus facta, tanti fuisse præsumitur, quanti valet res meliorata.*
21 *Deteriorationes, cum meliorationibus compensantur.*
Si culpa possessoris processerint, quæ cessante de eis non tenetur, n. 22.
23 *Culpa non præsumitur, nisi probetur, sive in faciendo, sive in ommittendo consistat, & n. 24.*
25 *Pretium ex communi hominum æstimatione, non autem ex singulari affectione probatur.*
26 *Læsio permittitur in venditione infra dimidium iusti pretij.* 27 Con-

27 *Confines supra iustam æstimationem, interest acquirere.*

28 *Meliorationes pro quantitate solùm expensæ bonafidei possessori reficiuntur.*

Nisi possideat iure dominij, & cum titulo valido, licèt revocabili, ut n.29.30.& 31.

32 *Meliorationes compensantur cum fructibus ex re meliorata perceptis, ad quorum restitutionem possessor tenetur.*

33 *Compensatio locum habet, cum uterque debet, & utrique debetur.*

34 *Possessor malæ fidei tenetur fructus cum meliorationibus compensare.*

35 *Pensiones domorum fructus civiles dicuntur.*

36 *Possessor bonæ fidei fructus restituere tenetur, ex quibus fuit locupletior effectus.*

Quod etsi regulariter non præsumatur, ut n.37.

Probatur ubi ex fructibus aliquid fuerit comparatum, n.38.

39 *Possessor bonæ fidei, qui non possidet iure dominij, de æquitate facit fructus suos.*

Secùs est si iure dominij possidens fructus perceperit, quos restituere non tenetur, n.40.& 41.

42 *Possessor in dubio præsumitur bonæ fidei.*

43 *Possessor malæ fidei esse dicitur, qui scit rem ab eo possessam ad alium pertinere.*

Ut fructus nedùm perceptos, sed & qui percipi potuerunt, restituere teneatur, n.44.& 45.

46 *Possessor malæ fidei non efficitur per solam litis contestationem in iudicio rei vindicationis.*

Nisi certè cognoscat, rem ad alium pertinere, ex probationibus, & publicatione in causa factis, num.47.

48 *Dominij translatio non impeditur ex obligatione rei alteri facta, cum clausula constituti, & precarij.*

49 *Fructus rei, penès tertium possessorem existentis, non sunt in dominio debitoris, neque veniunt in hypothecaria iudicio.*

50 *Possessor bonæ fidei fructus, etiam ex aliena re perceptos, suos facit.*

51 *Fructus etiam post litem contestatam, in assistentia iudicio percepti, non sunt cum meliorationibus compensandi.*

Dummodò possessor dominij iure possideat, & cum titulo valido, ut n.53.

52 *Decisiones causarum, non ita benè ab alijs, quàm à Iudicibus ipsis decidentibus percipiuntur.*

54 *Fructus extantes sequestrari possunt, ubi res principalis creditori non sufficit.*

Consumptos verò suos facit possessor, n.55.

56 *Mora cessat, ubi aliqua competit exceptio.*

57 *Creditor tertias recipiens à contractus rescissione obtenta, recessisse censetur.*

CAPUT LXXV.

De Impensis in meliorando rem possessam erogatis, & quando debeant cum fructibus perceptis compensari? ad *text. in l. 1. ff. de Compensationibus.*

1 Quidquid possessor in meliorando rem possessam erogavit, retentionis exceptione in re ipsa consequitur; donec enim augmenti valorem consequatur, licito Iure potest rem ipsam, quàmvis alienam, retinere, ut in *l. si non sortem 26. §. si centum, & in l. si in arca 33. ff. de condit. indebiti;* & decisum refert *Stephan. Gratian. in decis.* 225. ubi *D. Sceppa in observat.* quamplures allegat ità affirmantes, & potissimùm *Card. Tuschum pract. conclus. lit. C. conclus. 608. num. 25. & lit. R. conclus. 36. n. 7. Ant. Fabrum in suo Cod. lib. 4. tit. 43. diffin. 24. & Reg. de Ponte decis. 4. num. 33.*
2 Præsertim verò meliorationes in re feudali factæ, ubi sunt inseparabiles, retentionis exceptionem, pro earum æstimatione producunt, ut *in cap. 1. §. è contrario, de investit. de re aliena facta,* cum alijs plenè relatis per *Molin. in tract. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 11.* Idque
3 procedit, sive ante, sive post sententiam fuerint meliorationes deductæ, dum tamèn de illis liquidè constet, & ità declaratur observantia S.C. Neap. relata à *Præs. de Franch. in decis. 112. num. 16. & seq.* per *Addentes ibidem,* ac per *D. Sceppa in observat. ad cit. decis. Gratian.* 225. *num* 3. & observat *Bursat.* ab eodem *de Franch.* relatus *in cons. 60. num. 31. lib. 1.* ubi loquitur in meliora-
4 mentis, quæ per solam visionem probantur, per rei scilicèt evidentiam rem oculis subijciendo, ac se de illis informando, iuxtà tradita per *Mascard. in tract. de probat. conclus. 1041. num. 18. p. 2.* per *Rosental. de feudis, cap. 10. conclus. 43. num. 130. & 170.* Hæc ita probata retardant exequ-
5 utionem sententiæ, ut nec etiam admittatur fideiussio de solvendo meliorationes in casu victoriæ, ut probant alij, quos refert, & secundùm eorum opinionem iudicatum fuisse testatur *Anna in cons. 43. num. 15. lib. 1.* & hoc fuit in eo-
6 dem S. C. Neap. observatum in causa Francisci Antonij, & successivè Bernardi de Laurentiis, cum Ill. Duce Crosiæ, dùm fuit decretum Sacri Consilij provisum de anno 1650. in circa, quòd solutis prius quantitatibus declarandis ex causa prætensarum meliorationum, consignetur emptori possessio Terræ Petræ Paulæ sub hasta venditæ; reiecta partis oblatione, præstandi cautionem pro meliorationibus, de eis solvendo postquàm liquidatæ fuerint. Actuarius Cianus.

7 Et

7 Et circa impensarom, & meliorationum valorem, standum esse dicto unius æstimatoris
publicè electi, nisi ab eo fuerit appellatum, sive
reclamatum, per *text. in l. 3. C. de ponderationib.*
& auri illatione, lib. 10. voluerunt ibi *Bart.* &
alij, quos refert, & sequitur *Mascard. in prealleg. tract. de probat. conclus.* 654. *num.* 13. & in
conclus. 1403. *num.* 21. ubi etiam *num* 29. tàm
8 respectù præsentis valoris, quàm præteriti æstimatoris dicto standum esse affirmat ex *Aric Pinello*, & alijs.

9 Si tamen de melioramentis ædificiorum agatur, illa sunt per testes Architectos, & in arte
10 peritos probanda, & quòd sint tales, debet
etiam constare, neque sufficit eorum assertio, ut
per *text. in §. quod autem*, ubi *gloss. in Auth. de non alienand. reb. Ecclesia*, notat in terminis
Mascard. in d. conclus. 1041. *num.* 14. *& seq. & in conclus.* 721. *num.* 2. *&* 3. *p.* 1. licèt verò postea
11 contradicerent, primæ eorum æstimationi stari debet: etenim dicendo, malè æstimavisse,
propriam allegarent turpitudinem, ex quo criminosos, & propterea suspectos se ipsos redderent: ad similitudinem eorum, quæ in Arbitro,
sive Arbitratore, tradiderunt *Menoch. in tract. de Arbitrar. Iudic. lib.* 1. *q.* 23. *post numerum* 25.
Mascard. in d. tract. de probat. conclus. 124. *num.*
39. *lib.* 1. quos refert *Farinac. in tract. de testib. q.* 60. *casu* 3. *num.* 135.

12 Et non solùm necessariæ, sed utiles etiam
impensæ, & meliorationes, quæ tamen per diversam materiam factæ sunt, bonæ fidei possessori debentur, ut ex *Bart. in l. in fundo, num.* 7. *ff. de rei vendicat.* communem affirmat *Menoch. in tract. de recuper. possess. remed.* 15. *nu.* 517. & probatur in *l. quarntione* 9. *in princ. ff. de acquir. rer.*
13 *domin.* maximè si titulum habeat à Domino
licèt revocabilem, ut in specie in emptore cum
pacto de retrovendendo, per *text. in l. intra utile* 40. §. 1. *ff. de minorib.* cum alijs concordantibus, docet post *Bald.* & alios *Tiraquell. in tract. de utroque retractu, in tit. de retractu convent.* §.
7. *gl.* 1. *num.* 2. *&* 3. quem sequitur *Peregrin. in tract. de fideicommiss. artic.* 50. *p.* 2. *num.* 38. *circa finem.*

14 Dicuntur autèm utiles expensæ, quæ rem faciunt meliorem, & deteriorem eam esse non si-
15 nunt, sive quæ redditum Domino acquirunt,
ut in *l. impensa*, §. 1. *ff. de verb. significat.* utile igi-
16 tur esse iudicatur, & à bonæ fidei possessore deducitur, augmentum in disboscando feudum,
illudque ad culturam reducendo, nam ex eo
feudi redditus augetur, ut firmat *Andreas de Isern. in cap.* 1. §. *si Vassallus, in tit. hic finitur lex*,
quem communitèr DD. sequuntur, ex traditis
per *Regent. de Ponte in decis.* 17 *num.* 8. nisi ex
17 lignis in disboscando extirpatis, aliqua probaretur utilitas percepta, quæ tunc demùm esset
cum augmento compensanda, & ita temperandum esse *Pauli Castrensis* sententiam *in consil.*
270. *num.* 3. *vol.* 2. post *Schraderium*, affirmat
Rosental. in allegata *conclus.* 43. *n.* 65. utilis etiā
18 melioratio iudicatur Iurium, atq; Iurisdictionum acquisitio, ut ex *Cardinale Alexandrino*,
alijsque probat *Peregrin. in d. artic.* 50. *p.* 2. *num.*
27. *in fine*, ubi alios refert, utilium melioratio-
19 num species; in dubio verò, tantum præsumi-
20 tur fuisse impensum, quantum res meliorata
reperitur, ut ex *l. in totum* 4. *ff. de impens. in reb. dotalib. factis*, colligit *Ruin. in cons.* 117. *num.* 1.
in fine lib. 3. sequuntur post *Cravett. in cons.* 408.
num. 2. *&* 3. *vol.* 3. *Caroc. in tract. de loc. & cond. in tit. de expens. q.* 2. *num.* 24. *in fine. Ioan. Bapt. Costa in tract. de remed. subsidiar. remed.* 99. *nu.* 6.
circa finem.

21 Quod etsi deteriorationes cum meliorationibus compensari debere, ex *l. si negotia* 12. *ff. de negot. gest.* post alios affirmet *Mangil. in tract. de*
22 *evict. quæst.* 153. *num.* 35. hoc tamèn locum habet, si possessoris culpa res fuerit deteriorata;
cum verò absque eius culpa deterioratio processit, nulla fiet compensatio, neque ad aliquid
possessor tenetur, ut per *l. ex divortio* 8. §. *impendia. ff. sol. matrim.* docent communitèr scribentes, & *Molina in d. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 6. *versic. si autem impensa, Carpan. in Comment. ad Statuta Mediol. lib.* 1. *cap.* 164. *num.* 50. & nihilominùs
23 culpa regularitèr non præsumitur, nisi probetur, ut ex *l. fin. in verbo. Interdum, ff. de custod. reor.* deducit *Mascard. de probat. conclus.* 468. *nu.*
24 1. *& seqq.* ubi ampliat, sive culpa sit in faciendo, sive in omittendo, & quòd omnis interpretatio sit sumenda ad excludendam culpæ præsumptionem ex *glos. Bart. & alijs.* Neque ex
25 pretio, quo nunc res valet, & quo vendita olim
fuit, illius deterioratio probetur: etenim pretium ex communi hominum æstimatione, non
autem ex affectione singulari probetur, *l. pretia rerum* 63. ubi DD. *ff. ad leg. falcid.* docent *Covar. in lib.* 2. *variar. resol. cap.* 3. *num.* 4. *Pinell. in repetit. l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 3. *cap.* 4. *nu.* 17. *Mascard. in d. tract. conclus.* 651. *num.* 4. potuerunt
26 nàmque contrahentes ad invicem se decipere
infra dimidiam iusti pretij, ex *d. l.* 2. ut tradunt
P. Lessius de iustit. & iur. lib. 2. *cap.* 21. *dubit.* 4. *n.*
20. *Conciol. super Statut. Civit. Eugub. lib.* 2. *rubr.*
58. *num* 2. cum alijs, quos sequitur *Farinac. in fragment. crim. lit. D. ex num.* 30. vel cariori pretio venditionem agere, quia iuxtà fines aliorum
emptoris bonorum res ipsa manebat, cum sæpè
27 conhnes supra iustam æstimationem interfit
acquirere, ut ex *l. si cui fundus* 56. *ff. de legat.* 1.
affirmat *Capolla in tract. de simulat. contractuum n.* 23. *versic. Sæpè enim.*

Distinguendum tamen est inter simplicem
bonæ fidei possessorem, & alium, qui possidet
iure dominij, tàm circa meliorationum deductionem, quàm circa illarum cum fructibus compensationem: si quidem simplex bonæ fidei pos-
28 sessor solam impensam deducit, augmento minorem, quia cum dominium aliquod in re non
habeat, & augmentum solo cedat, satis est si ei

Ll ex-

expensa solvatur, *l.in fundo 39 ff.de rei vindi-*
29 *cat.*cum verò possessionem babet jure dominij
cum titulo valido,licèt revocabili, ut est hæres
fideicommisso gravatus, emphiteuta,vasallus,
emptor cum pacto de retrovendendo, aut simi-
lis,debet opponere,posse de augmento in re sua
facto,quod integrum deducit, quamvis majus
sit expensa, ità *ex l. domos 61.* ibi:*ædificiorum*
quantitatibus æstimatis, ff.de legatis primo, ubi
Bartol. & communitèr DD. ex relato *cap.1.§.si*
vassallus,ibi: *solvat pretium meliorationis,in tit.*
hic finitur lex,latè probat contra *Bursat.in cons.*
71 num.23 lib.1. Menoch.de præsumpt.lib.3.præ-
sumpt.32.num.6. & seqq. & signantèr *num.* 8.
quem sequi videtur *Præs.de Franch.in decis.*109
num.5.in fine, dum ultimo loco refert *Menoch.*
contra *Bursat.*declarando,quòd simplicitèr de-
cisum fuisse,affirmaverat in *decis.78.in fine*, &
confirmat in *decis.*456.sub *num.*8. deberi valo-
rem meliorationis, non autem impensam, pos-
sessori per hypothecariam convento, ad quod
alios adducit *Consil.Arias de Mesa in lib.1.va-*
riar.resol.cap.49.num.28. etiam in hærede gra-
vato,& sic in Domino revocabili locum habere,
qui pendente conditione meliorationes fecit
in re fideicommissaria; hoc idem voluerunt
Molina in relato tract.de Hispan.primogen.lib.1.
cap.26.num.13.Boer.in decis.44.num.12. & 13.
Thesaur.in decis.251.num.3.in fine, & seq. Costa
in d.remedio subsid.99.num.6. Mangil. qui mol-
tos adducit pro hac sententia in *tract. de evict.*
q.154.num.20.& inter alios allegat *Bursat.*sibi
contrarium *in cons.85.num.35.lib.1.* ubi dicit,
hanc veriorem,& in iudicando servari;eiusdem
fuerunt sententiæ *Cancer.in lib.3.variar.resolut.*
cap.6.num.283.in fine,Ioan.Vincent. de Anna
*singul.*182. & ibi additio *Anna* filij allegat *Ro-*
land.in loco relato,Ruin.in cons.14.lib.1. qui sub
num.2. multis medijs hoc optimè probat,*Reg.*
de Ponte in cons.52.num.33.lib.1. ubi loquitur
in vasallo meliorante,in cuius beneficium refert
fuisse iudicatum in Reg.Cam.Summ.in causa
Regij fisci,cum hæredibus Pardi Pappacodæ,&
iterùm hoc fuisse in eadem Regia Camera iudi-
catum in causa Bitettæ,idem de *Ponte* testatur
in *decis.12.num.6.in fine,Consil.Theodor.*aliã Sa-
cri Consilij decisionem affert, eamq; tuetur pro
Berardino Moccia iure dominij, & cum titu-
lo, licèt revocabili, possidente in iudicio rei
vendicationis contra eum intentato ab Ill.Du-
ce Montisalti in *alleg.74. in princip.& usque ad*
num.9.

30 Non me latet, contra communem hanc sen-
tentiam,alios extare dicentes,solam impensam
deberi,si minor sit augmento, etiam possessori-
bus cum titulo revocabili,& iure dominij,inter
quos *Petra in tract de fideicomm.q.15.num.271*
& seqq.Caroc.in tract.de locato,& conducto,in tit.
de expens.q.2.num.20.Barz.in decis. Bonon.23.
num.16.Peregrin.de fideicomm.artic.50.p.3.nu.
71.& 74.Garsia,qui tamèn negare non potuit,
contrariam sententiam esse magis communitèr
receptam, *in tract.de expens. & meliorationib.*
31 *cap.24. num. 4.* ut alij arbitrarium Iudici esse
affirmaverint uni, vel alteri opinioni iuxta fa-
cti circumstantias adhærere,pro ut arbitrarium
hanc esse impensarum, & meliorationum de-
ductionem, ex *d.l.in fundo*, probat post alios
Menoch.in tract.de Arbitrar.Iudic.lib.2.cent.3.
casu 258.& in specie in articulo,de quo agimus
firmant *Bursat.in d.cons.85.num.35.in fine,The-*
saur.in decis.257 num.4. Arias de Mesa in re-
lato cap.49.num.29. Verùm omnia tempora
saltèm Iudicem considerare debere, eum arbi-
tratur,ut æquum, & rationabile reddatur arbi-
trium, scilicèt primum tempus, quo cœpit pos-
sessor impendere, medium, atque præsens, &
alias facti circumstantias,rectè probat *Menoch.*
in tract.de recuper.possess.remed.15 n.561. quem
sequuntur *Marescott.in lib.2.variar.resolut.cap.*
114.nu.1.& seq.Costa de Iuris, & facti ignorant.
*distinct.34.num.16 cont.1.*dicens,duo ob oculos
Ius dicentia tempora esse debere,impensarum,
& restitutionis rei melioratæ.

Circa verò fructuum compensationem cum
meliorationibus, & expensis,differentia simili-
tèr constituitur, inter simplicem rei melioratæ
possessorem,licèt cum bona fide,non tamen iu-
re dominij possidentem, & alium, qui dominij
32 iure possidet:cum enim fructuum perceptorum
compensatio,cum valore meliorationum, tunc
obijci possit, cum illos possessor non facit suos,
atque alioquin esset restituturus, ut per *Soccin.*
iun.in cons.182.num.26. lib.2. Menoch.de recu-
*per.possess.remed.15.num.573.*ex quo locum ha-
33 bet compensatio,cum uterque debet,& utrique
34 debetur,*l.1 ff.de compensat.*malæ fidei possessor,
qui alioquin ad fructuum restitutionem cogi
potest,absque dubio tenetur illos cum impensis
in re possessa erogatis compensare,idque etiam
35 in domorum pensionibus procedere, quæ fru-
ctus civiles dici solent,& fructuum appellatio-
ne veniunt, ut in *l.domum 5. C.de rei vendicat.*
iuncta *glos.in l.qui alienum.ff.de negot.gest.*& per
Afflict.in decis.44.num.7. aliosque per *Gratian.*
in lib.4.discept.forens.cap.649.nu.3. docuit *Me-*
noch.in loco relato,n.628.

Possessor etiam bonæ fidei, cum ad fructuum
perceptorum restitutionem quandoque cogi
possit, illos paritèr eo casu tenebitur, cum im-
pensis, atque meliorationibus compensare;te-
36 netur enim bonæ fidei possessor ad fructuum
restitutionem, quatenùs ex eis est effectus locu-
pletior,iuxtà receptam omnium traditionem,
de qua meminit *Præs. de Franchis in decis. 31.*
& alios congerit *Gratian. discept. forens.lib.3.*
37 *cap.422.* & quamvis ex simplici fructuum per-
ceptione, quis non præsumatur effectus locu-
pletior,iuxta receptiorem sententiam, de qua
latè *Mascard. de probat.p 2.conclus.1169.nu.7.*
*& seq.*post alios *Reg.Rovit.in decis.90.num.29.*
& seq. quidquid aliud voluisse videatur *glossa*
in l.utrum,in verbo Consumpsisse, ff.de petit.hære-
*dit.*quam sequuntur *Angel.ibidem*,aliique rela-
ti

ti per *Francum in ead. decis 31. num. 2. post medium*, & per *Annã in singul.* 120. tameo in facto
38 colligi potest, ubi ex fructibus perceptis aliquid possessor comparaverit, iuxta ea, quæ post
gloss. in l. fin. in verbo Locupletior, C. de usucap. pro emptore adootevit *Mascard. in d. tract. de probat. conclus.* 170. n. 2.
39 Sed in universum possessor bonæ fidei sioe
titulo, aur cum titulo invalido, quia non de rigore Iuris, sed taotùm æquitate suadente, fructus lucratur, eadem æqoitate suadente, illos tenebitur, cum impensis per eum erogatis io meliorando rem possessam compensore, ioxta *l. in fundo* 39. *l. sumptus* 49. *& l. emptor* 65. *ff. de rei vindicat.* ille tamen, qui possessionem habet iure dominij, & cum titulo valido, licèt ex aliqua causa resolubili, aùt revocabili, quemad-
40 modum fructus ex re tunc sua dominij iure
perceptos de Iuris rigore lucratur, atque restituere non tenetor, ex notatis in *l. deducta* 58. *in princip. ff. ad S.C. Trebell. & in l. unica §. fin autem, C. de caducis tollend.* ità illos cum meliorationi-
41 bus compeosare oon cogitur, ut nominatim
tradiderunt *glos.* singularis in *d. l. emptor in verbo Superfluum, in fine Alex. in l. domos* 61. *nu.* 1. *ff. de legat.* 1 *Paulus de Castro in consil.* 247. *lib.* 1. *in fine, Soccin. iun. cons.* 150. *num.* 32. *lib.* 1. *& in cons.* 182. *num.* 35. *lib.* 2. *Negusant. de Pignorib. in 4. membro 5. partis, num.* 12. *Tiraquell. de retractu convent. §. 7. glos.* 1. *num.* 4. *Boer. decis.* 44. *nu.* 11. *Afflict. decis.* 87. *n.* 6. *Capyc. dec.* 93. *nu.* 12. *Molina in tract. de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. *Peregrin de fideicomm. artic.* 50. *p.* 3. *num.* 64. *Cancer. in lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 2. *nu.* 17. *Mangil. in tract. de evict. q.* 153. *num.* 3. *usque ad* 12. *Gratian. in lib.* 1. *discept. forens. cap.* 193. *num.* 3. *& seqq.* ubi etiam *num.* 8. loquitur in emptore cum pacto de retroveodeodo, post *Bald. Salycet.* & alios latè *Carpan. in Comment. ad Statut. Mediolan. lib.* 2. *cap.* 400. *num.* 280. *& seq. Consil. Paschal. in tract. de virib. patria potest. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 80.

A die autem litis contestatæ, quod dicitur induci malam fidem in simplici possessore procedit iudicio rei vendicationis convento, qui
42 licèt in dubio bonæ fidei possessor præsumatur,
ad ootata io *l. meritò* 51. *ff. pro socio*, de quo latè *Mascard. de probat. conclus.* 224. *Menoch. de*
43 *præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 130. ex litis cootestatione malæ fidei possessor efficitur, scieos rem ad alium pertinere, ut *in cap. si diligenti* 17. *& in cap. fin. extra de præscriptionib*, & propterea fru-
44 ctus à die litis contestatæ perceptos, & qui per-
cipi potuerunt, quemadmodum restituere tenetur, ex *l. si fundus* 16. *§. in vendicatione, in fine, ff. de pignorib. in l. certum* 22. *C. de rei vendicat. & in l* 2. *C de fructib. & litium expens.* cum alijs per *Francum in decis.* 687. *num* 3. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 49. *p.* 3. *num* 37. ad quod conferunt tradita per *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 627. ita illos tenebitur cum expensis, &
45 melioratiooibus compensare, ut per *gloss. in l.*
cum ex diverso, in verbo habendum, ff. de rei vindicat. quam refert, & sequitur alijs omissis *Carpan. in relato cap.* 400. *num.* 288.
46 Et nihilominùs in iudicio rei vindicationis
adhùc simplicem litis contestationem noo sufficere, nisi aliunde possessor cognoscat, rem à se possessam ad alios pertinere, iuxtà terminos *text. in l. bona fidei* 110. *ff. de verb. significat.* ut
47 quia publicatio in causa facta, malam fidem,
ex probationum, atque deductorum notitia operaretur, ex *Afflicto in decis.* 59. ità iudicatum refert io Sacro Coosilio *Reg. Capyc. Latro in decis.* 65. *n.* 7. *lib.* 1.

Io iudicio verò assisteotiæ, vel hypothecariæ litis contestatio malam fidem non operatur, imò possessorem in booa fide coofirmat, cum rem, actor fuisse concludat io bonis debitoris, à quo causam habet possessor, neque sit debitori
48 vetitum, rem obligatam, etiam cum clausula
constituti, & præcarij alienare, eiusque dominium in alium transferre, ut ex *Bart. & Alexandro* confirmat *Negusant.* qui de communi testatur in *tract. de pignorib. p.* 6. *membro* 1. *n.* 35. sequitur *Reg. Sanfelic. in decis.* 119. *nu.* 7. neque
49 enim fructus veoiuot in hypothecariæ iudicio
nisi quatenùs penès debitorem, vel hæredem eius pervenerunt, oon quando penès tertium possessorem, ut optimè probatur *in l.* 1. *§. cum prædium, ff. de pignorib.* per hæc verba: *cum prædium pignori daretur nominatim, ut fructus quoque pignori essent conventi, eos consumptos bona fide emptor utili Serviana restituere non cogitur*, & sic loquitur ille *text.* data expressa fructuum obligatiooe, addens rationem: *quia fructus nunquam debitoris fuerunt*, idque apertè sancitur io *l. Paulus* 29. *§. si mancipium, ff. eod. tit. de pignorib.* tradunt etiam *Negusant. in tract. de pignorib. in* 2. *membro* 2. *partis, num.* 27. *& in* 3. *membro eiusdem* 2. *partis, num.* 45. *Surd. in decis. Mant.* 97. *nu.* 12. & fructus etiam ex aliena re
50 perceptos, suos interim facere bonæ fidei em-
ptorem, disponitur in *l. bona fidei* 48 *ff. de acquir. rer. domin.* quæ omoia benè declarat *Reg. Capyc. Latro in decis.* 130. *num.* 13. *lib.* 2. & *Reg. Marcian. in lib.* 2. *disputat. forens. cap.* 88
51 Vodè fructos etiam post litem contestatam
perceptos io iudicio assistentiæ minimè fuisse cum meliorationibus compensandos, iudicatum fuit per S.C. Neap. de anoo 1575. facta relatiooe io Regio Collaterali Coosilio, dùm fuit præstita assisteotia super Civitate, dicta de Civitate ad fioem illam subhastandi, de cuius prætio, provisum fuit, quod satisfiat prius possessori, de quaoritatibus per eum, eiusque autbores solutis aoterioribus creditoribus, & interesse, seu tertijs, quantitatum prædictarum, in quo (scilicèt interesse) excomputentur fructus percepti, ac etiam de meliorationibus, pet eum factis in dicta Civitate, & pro reliquo satisfiat creditori, cuius seotentiæ formam trfert *Pras.*

*de Franch.in decis.*456.*in fine*; Fuit itàque compensatio fructuum, etiã à die litis cõtestatæ perceptorum, cum interesse tantùm quantitatum solutarum, non cum quantitatibus ipsis, neque cum meliorationibus deductis, admissa, quod modernis temporibus observat *Reg.Sanfelic.in relata decis.*119.*num.*9.qui *nu.*11. aliam consimilem decisionem affert de anno 1622.esse fructus compensandos cum interesse quantitatum creditoribus anterioribus solutarum, tacitè rejecta compensatione cum quantitatibus ipsis, & meliorationibus opposita, de qua sub *num.* 1.meminerat, ut demùm in Anno 1639. ad relationem D.Merlini, tunc Regij Consiliarij, fuit in causa creditorum quond.Ioseph.de Martino compensatio fructuum à die sententiæ, non à die litis contestatæ, cum oppositis meliorationibus admissa, cuius decisionis exemplum fuit in causa præfati Bernardi de Laurentio productum; & quoad fructuum à die sententiæ perceptorum compensationem, ex alio processit, ut infra dicemus.

Ex quibus patet, decisionem Sacri Consilij Neapolitani de Anno 1629. quam sub patrocinio D. Petri Caravitæ fuisse subsequutam refert *Reg.de Marin.* tempore quo causarum patroni munus exercebat in *lib.*1. *resol. cap.*155. fructus esse etiam in hypothecariæ iudicio restituendos à die litis contestatæ, sive cum meliorationibus factis compensandos, contradicere tribus alijs decisionibus eiusdem Sacri Regij Consilij, iam proximè relatis; ipse verò *Reg.* præ-
52 sertim, cum alium fuisse dicat illius causæ Advocatum, scire non potuit factum aliquod in illa causa concurrens, ex quo moti fuissent Domini Iudicantes ad ita iudicandum, ipsis tantùm Iudicibus notum, non etiam Advocatis, & partibus: quod in proposito decisionum Sacri Consilij Neapolitani, quas refert *Ioannes Baptista de Thoro in eius compend.decis. Regni Neap.* animadvertit *Reg.Merlin.in lib.*1. *controv.forens.cap.*69.*nu* 10.*circa finem*, & post eum *Reg. Capyc.Latro in decis.*91.*n.*13.*lib.*1.

Quod si Iura, ac DD. authoritates ab ipso *Reg.de Marin.* allegatas inspiciamus, iàm ipse dicit, *text in l.si fundus* 16. §. *in vendicatione, versic.Interdum,ff.de pignorib.* in quo omnes se fundant, & *gloss.in l.emptor* 65.*ff.de rei vendicat.* in iudicio rei vendicationis procedere; sed quòd inter unum, & aliud iudicium, differentiam non faciunt; Nos verò differentiam tantùm constituimus, inter hypothecariæ iudicium, quod contra simplicem bonæ fidei possessorem absque titulo valido intentatur, in quo litis contestatio malam fidem operatur, ut æquitas lucrandi fructus ex bona solùm fide resultans, omninò cesset, atque dominium fructus, ipsi sequantur, & consequentèr Domino veniant, sive eius creditoribus restituendi, secundùm dispositionem relati §. *in vendicatione*,
53 non idem verò in alio possessore diximus, qui iure dominij possidet, & cum titulo valido, fuit autem hypothecariæ iudicio conventus, in quo procedunt alia Iura per nos allegata *in l.* 1. §. *cum prædium*, & in *l.Paulus* 29.§.*si mancipia.ff. de pignorib.* ut non teneatur fructus consūptos, etiam post litis contestationem, restituere, cum dominium habile ad fructuum acquisitionem, etiam post litem contestatam apùd eum permanserit, & ità *Iacobi de Aretio Cyni,& Salyceti* doctrinam in *l.*3.*C. in quib. caus.pignus tacitè contrahit.* intelligere videtur *Reg. Capyc.Latr.in decis.*130.*num.*13.*lib.*2. dum illos allegat pro hac sententia, non esse fructus à die litis contestatæ perceptos à possessore restituendos, ubi non iure dominij, sed hypothecæ res vendicatur, per *text.cum glossa,& Bart.in d.* §.*cum præ-*
54 *dium*, nisi tamèn fructus extarent, ut ibi *nu.*20. quo casu procedi posse ad eorum sequestrationem, si res principalis creditori non sufficeret, ex pluribus affirmat *Reg.Merlin.in controv.* 24.*lib.*1. & adhibita hac distinctione parum refert contradictio, quam DD. observant inter dispositionem *text. in l.qui scit* 25. §.*bonæ fidei, ff.de usuris*,& *l.qui bona fide* 23.*ff.de acquir. rer. domin.* circa quorum concordiam plurimùm laboraverunt *Garsia in tract. de expens. & meliorat.cap.*23.*num.*15.*& seqq. Menoch.in tract.de recuper.possess.remed.*15.*num.*614.*Anton.Monacus in tract.de recta feudi interpetr.cap.*16.*n.*2.*& seqq.* hæc enim Iura in simplici bonæ fidei possessore loquuntur, non autem in eo, qui titulum verum, & legitimum habet, atque iure dominij possidet, *Capyc. in decis.*177. ab eodem *Reg. de Marinis* allegatus, licèt eius opinionem apùd nos usu receptam non esse dicat, ex *Iacobi de Aretio, Cyni,& Salyceti* sententia in loco relato fructuum restitutionem, pendente iudicio in hypothecaria faciendam confirmat; quod tamen contra simplicem bonæ fidei possessorem absque iure dominij procedere posse est intelligendum ex proximè relatis.

Idem verò *Capyc. in decis.*93.*num.*12. dum bonæ fidei possessorem fructus, quos alioquin suos faceret, si tamen impensas in meliorando fecerit, cum eis compensari debere, affirmat ex *l.sumptus* 49.*ff.de rei vendicat.* loquitur similitèr in possessore bonæ fidei absque titulo valido, qui sicuti ex æquitate, non autem de rigore Iuris fructus lucratur, eadem æquitate suadente illos tenetur cum meliorationibus compensare, ut ex *d.l.sumptus. ex l.in fundo* 39. *& l emptor* 65 *ff.de rei vendicat.* aliàs deduximus.

*Covarr.in lib.*1.*variar.resolut. cap.*8.*num* 3. *circa finem,in versic.Quamobrem*, dicit esse compensandas meliorationes oppositas cum fructibus post litem contestatam perceptis, ex *text.in relato* §.*in vendicatione*, qui loquitur in simplici bonæ fidei possessore, absque titulo, & iure dominij, iuxta distinctionem superiùs traditam, quam idem *Covarr.* amplectitur *in eodem cap.*8.*num.*4 *in fine, versic.Tamen.*

Ma-

Maganins in decis.Florentia 51, *num*.4. *Covarr.*opinionem, & verba simplicitèr adducit.

Boerius in decis.Burdeg. 124. *num*.19. sequitur *Covarr.& Maganinm*, loquitur tamen in possessore cum titulo invalido, ut ex eiusdem decisionis initio in versic.*prasuppofita*.

Decisio 211. *Rota Romana* impressa post *tract.Statilij Pacifici de Salviano interdicto*, principalitèr loquitur de fructibus à creditore perceptis ex re hypothecata in sortem imputandis, & sic in diversa facti specie, licèt *Salyceti*, & aliorum doctrinam supra relatam alleget in simplici tantùm bonæ fidei possessore intelligendam, ut diximus.

Statilius Pacificus in d. tract. de Salviano interdicto, inspect.2.cap.2.num. 175. dum se remittit ad *Negusantium*, & *Negusant*. ipse in *tract.de pignorib.membro* 4.5.*partis*, *num*. 12. distinctionem à nobis ralatam expressè confirmant, præter alios adductos.

Neque sententia in assistentiæ iudicio obtenta operatur fructuum, post eam perceptorũ restitutionem, sive compensationem, ut ex *Negusantio* declarat in specie *Praf.de Franchis in decis.* 112.*num*.12. & 13. in puncto hoc affirmans, postquàm lata fuit sententia assistentiæ, non tamen adiudicatio illius vigore subsequuta, manente adhùc dominio penes emptorem; ratio autem est, quia fructus à possessore percepti, nunquàm in dominio debitoris fuerunt, ut initio diximus, & probat *Negusant.* à *Praf.de Franchis* ibidem allegatus, addimus *Afflict.in decis.*188. de fructibus loquentem à possessore peceptis post sententiam assistentiæ, & adiudicationem creditori concessam, prævio appretio, illius tamen revisione pendente, quam esse expectandam dicit fuisse in S.C. Neap. iudicatum, ut si primum confirmet appretium, sinc actori fructus à tempore primi appretij tradendi, aliàs secùs sub *num*.6.

42 Tertiò excludebatur prælatio , cum eam peteos peconiam non habuisset pro ea ad sui , & non alterius personæ beneficium exereeoda, inxta plenè tradita per *Giurb.in decis.Sicilia* 51. & eumdem *Capyc.Latr.in d.decis.nu.*42.*& seqq.* nbi refert iudicatum io S.C.Neap. sub *num.*60. io causa Regij Fisci patroni Magnæ Curiæ Vicariæ D. Iulij Mastrilli , qui postea fuit Dux Mariliani, & Regius Coos. ereatus,cum Carolo, & Livia Zattara,in qua eausa ædidit *Reg. de Marin.caput* tt6.*in resol.Iuris lib.*2.

43 Froctus aotem ab emptore , & ioteresse ab agnato retraheotæ à die litis cooteslatæ in iudieio prælatioois esse restituendos post *Tiraquell.* & alios affirmat *Reg. Sanfelic.decis.*108. *num.*8.*lib.*t.ubi etiam *num.*9.meliorationes, &
44 expensas neeessarias tantùm, oon etiam otiles,
45 aot voluptuarias esse emptori reficieodas affirmat , qood etiam probaverunt *Carpan.in Comment. ad Statuta Mediolanensia in relato cap.* 4t7. *num.*665. *& Consiliarius Marcianus in cons.*tt.*num.*5.*lib.*2.

RERUM SUMMA.

1 *Indultum generale criminum , etiam capitalium, gratiose concedi quandoque solet.*
*A Principibus tamen Supremis, sive Regibus, num.*2.
*Non à Baronibus , & feudatarijs inferioribus, quibus non permittitur, n.*3.
4 *Indultum generale ex quibus causis concedi solet,& n.*5.6.*&* 7.
8 *Indultum alio nomine Decretum gratiosum appellatur,sive generalis abolitio.*
*Et gratia,atque restitutio omnem pœna remissionem continens,n.*9.*&* 10.
11 *Abolitio generalis Romanorum tempore concedi solita.*
*Ex quibus autem causis? & pro quo tempore? n.*12.*usque ad* 22.
23 *Abolitio generalis,qua olim concèdebatur,enormissima quadam crimina non comprehendebat.*
*Nec delicta commissa ab Officialibus in officio delinquentibus, atque liquida , & notoria, num.*24.
*Et ad carceratos, vel condemnatos , non extendebatur, n.*25.
26 *Indultum generale non delet infamia notam, nisi specificè exprimatur.*
*Sed omnia alia comprehendit , qua non fuerint specialitèr excepta,num.*27.*usque ad* 33.
31 *Beneficium ex Principis liberalitate procedens latissime interpetrandum.*
34 *Indultum criminum pœnam remittit.*
*Ex quo secundariè Respublica laditur, n.*35.
*Sed principalitèr favorem respicit , licèt secundariò odium contineat,n.*36.
*Vnde favorabile dicitur,n.*37.
37 *Favorabilis dispositio indicatur , qua principalitèr favorem, & secundariò odium continet.*
38 *Indultum respectu casuum exceptorum odiosum reputatur.*
39 *Indultum de Anno* 1648.*concessum Civitati,& Regno Neapolis,& n.*42.
*Post sedatos populares tumultus,num.*40. *&* 41.
43 *Dictio,*omnis,*& dictio,*quilibet,*sunt universales nihil excludentes.*
44 *Barones an veniant sub nomine Officialium? remissive.*
45 *Indultum Civitati , & Regno Neapolis pluriès concessum,& n.*46.47.*&* 48.
49 *Pœna pro quibus Regio fisco cautum esse dicitur sunt, pro quibus facta est exequutio , in bonis debitoris*
50 *Indultum, in quo non fuerunt excepta crimina, aliàs excipi solita, etiam illa comprehendit , & num.*63.
51 *Expressum dicitur, quod ex mente , & coniecturis necessarijs colligitur.*

Vel

Vel quod à Iure ſubintelligitur, n.52.
Aut per exceptionem præſupponitur, n.53.
54 *Exceptio firmat regulam in contrarium, in caſibus non exceptuatis.*
Sed regulam declarat, non ampliat, n.56.
Niſi alias eſſet inutilis, quia tunc ampliat regulam, n.57. & 68.
Vnde ſi fiat exceptio eius, quod in regula non continetur, regulam amplias, n.60.61. & 62.
55 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
58 *Verba non debent eſſe ſuperflua.*
Nec minimum verbum, aùt minima ſillaba debent eſſe ſine virtute aliquid operandi, n.59.
64 *Regalia maiora, quæ veniant in generali conceſſione Caſtri, vel feudi? & n.67.*
65 *Clauſula*, cum omni Iure, *vel* cum Iuribus, & pertinentijs, *&* cum integro ſtatu, *ad omnia acceſſoria referuntur.*
66 *Feudi in conceſſione, vel alienatione non veniunt ces in eo particulari titulo quæſita.*
69 *Exitus cauſa.*

CAPVT LXXIX.

De Abolitione criminum, ſive Indulto latè intelligendo, ad interpetrationem *generalis Indulti* in Anno 1648. conceſſi Fideliſſimæ Civitati, & Regno Neapolis.

1 INdultum generale crimi-
num, etiam capitalium, ſo-
let quandoque gratioſè cō-
2 cedi à Supremis Principi-
bus, ſive Regibus, quibus
tantùm à Iure permittitur,
3 non etiam Baronibus, alijſ-
que feudatarijs inferioribus, qui ab illis ſupe-
rioritatem recognoſcunt, ex traditis, per *Cac-
cheran. in deciſ. Pedemont.* 101. & per *Regent.
Merlin. in lib.1. controv. foreaſ. cap.* 33. ubi re-
ferr iudicatum per M.C.V.Neap. facta relatio-
ne in Collat.Conſilio, eumque referunt, & ſe-
quuntur *Novar. in collect. ſuper pragm. num.* 11.
& ſeq. Thor. in d.p.1. compend. deciſ. Regni Neap.
in verbo *Barones an poſſint indultare.* Idque, vel
4 ex publica letitia pacis inbitæ, uxoris ductæ,
5 Nativitatis filij, maximè primogeniti, novæ
adeptæ poſſeſſionis alicuius Regni, vel Provin-
6 ciæ, vel ob rem proſperè geſtam: nempè victo-
riam habitam, hoſteſque fugatos, vel pro bono
7 pacis, ad extirpandos exules, inſigneſque latro-
nes, ut meminerunt *Clar. in lib.5. recept. ſentent.
§. fin. q.59. num.4. in fine, verſic. Scias autem, Lu-
cius Foller. in pragm. fia. num.* 57. *&* 62. *in fine de
Compoſit. inter Comment.* ſuper *pragm. diverſor.* &
8 alio nomine decretum gratioſum appellatur,
ſivè generalis abolitio, gratia, atque reſtitutio
9 omnem pœnæ remiſſionem continens, & cri-
10 men extinguens, ut de eo non poſſit amplius
quis moleſtari, aùt alitèr inquietari, ita ex *l. in-
dulgentia 3. C. de generali abolit.* & alijs dedu-
cit *Maſtrill. in Commento ad Indultum generale
ſuo tempore publicatum in Regno Siciliæ Vlterio-
ris, cap.1. num.1. & ſeqq.*
11 Differt autem hæc indulgentia criminum
in generali, ſive publica criminum abolitione,
Romanorum tempore concedi ſolita, ob diem
12 inſignem, aùt publicam gratulationem, vel
rem proſperè geſtam, vel ob letitiam aliquam,
13 vel ob honorem domus divinæ, vel ex qua-
alia cauſa, ut in *l. abolitio* 8. cum *ſeq.* & *l. ſi inter-
veniente* 12. *ff. ad Senatuſc. Turpill.* illa enim non
erat perpetua, neque crimen extinguebat, ſed
14 tantùm inſtantiam iudicij, ferias quaſdam re-
15 pentinas inducendo; quibus ſuſpenſa potiùs
16 accuſario remanebat, quàm certum delicti ge-
17 nus remitteretur, & finitis ferijs, ob quas indul-
gebatur, infra triginta dies repeti poterat ac-
cuſatio, ex *d. l. ſi interveniente*, & *præcedenti l. aùt
privatim* 10. *§. triginta, eod. tit.* de quo poſt alios
Maſtrill. cit. cap.1. num. 10. & noviſſimè *Dom.
Scoppa in annotat. ad Sara. in prax. crim. part.1.
cap.18. ſect.1. num.2.* licèt quandoque perpetua
18 fuiſſet etiam abolitio conceſſa ad Statum Rei-
19 publicæ confirmandum, & amorem ſubdito-
rum Principi conciliandum, quam obliteratio-
20 nem, ſive oblivionem delictorum, & iniutia-
rum, atque emneſtiam fuiſſe nuncupatam mul-
21 tis peccantibus, ut ad meliorem frugem rever-
terentur elargitam, & ut tranquillitas in ſibi
22 metuentibus, atque rebellantibus pararetur, ſi-
ve, ut ſeditionibus diſſuti homines, oblitis
diſcordijs in amicitiam redirent, habetur ex
*Petro Gregor. in ſyntagm. Iurisp.3. lib.3 e. cap.23.
num.12. & ſeq. Deciano in tract. crimin. lib.3. cap.
35. num.3. & 4.*
23 Præterea generalis illa abolitio enormiſſi-
ma læſæ Mayeſtatis, falſi parricidij, & aſſaſinij
crimina non comprehendebat, nec delicta ab
24 Officialibus in officio delinquentibus commiſ-
ſa, nec liquida, & notoria; ad carceratos verò,
25 & condemnatos neque porrigebatur; hec verò
26 infamiæ tantùm notam non delet, niſi ſpecifi-
cè exprimatur, *d. l.3. C. de generali abolit.* & ad-
vertunt *Reg. Revitus in rubr. de abolition. num.4.
Reg. Sanfelic. deciſ.406. num.5.* cum alijs quos ſe-
quitur *D. Scoppa in annotat. ad Sarn. cit. cap.18.*
27 *ſect.1. num.13. & 14.* omnia verò alia compre-
hendit, quæ non fuerint ſpecialitèr excepta,
iuxtà plenè poſt alios tradita per *Farinac. in
pract. crimin. in tit. de Inquiſit. q.6. num.45. & 61.
& Petr. Foller. in Commento ad pragm.1. de Abo-
lit.* inſerto ad *Comment. ad pragm. Regent. Reviti
num.1 e. & ſeqq.* ubi *num.8.9. & 10.* quòd favo-
rabilis iudicatur, tanquàm favore publicæ uti-
28 litatis principalitèr introducta, ac proinde, ſe-
29 cundùm tamen Iura, & quòd verba illius pa-
30 tiantur, latè ſit intelligenda, etiam ut benefi-
31 cium

31 cium ex Principis liberalitate procedens, quod
largissime interpetrari debet, *l. beneficium 3. ff. de
Constitut. Principum*, cum concord. apud *Bar-
bos. axiom. Iuris* 36. & vasallos nedùm dema-
32 niales; sed Baronum quoque comptehendere,
33 pro pœnis, tàm corporalibus, quàm pecunia-
rijs, quavis ex causa provenientibus, tradide-
runt *Camill. de Curte in diversor. Iur. feudal. p. 1.
in §. potest quoque feudum, à num. 16. fol. 28. at.
& seqq. Reg. de Marin. in observ. ad decis. 546.
Regent. Reverter. n. 1.* nàm etsi per criminum
34 indulgentiam pœna remittatur, & ex hoc se-
35 cundario Respublica lædatur, cuius interest
delicta puniri; sufficit nihilominùs, quòd prin-
36 cipalitèr favorem respiciat, licèt secundariò
37 contineat odium, ut favorabilis dispositio esse
dicatur, per *text. in l. qui exceptione* 40. ubi com-
muniter DD. *ff. de condict. indeb.* & ita post alios
communitèr eße receptum testantur *Farinac. in
pragm. crimin. in verbo Extensio, num. 97. Fonta-
nella in tract. de pact. nupt. clans. 4 glos. 18. p. 4. nu.
52. & seqq.* nisi in casibus exceptis, quorum re-
38 spectu odiosa reputatur, ut ex eod. *Petro Foller.
in loco relato, num. 21.* docuit *Pras. de Franch. in
decis. 546. n. 1.*

39 Ex quibus aliàs dicebamus, indultum de An-
no 1648. concessum huic Fidelissimæ Civitati,
& Regno Neapolis, postquàm sedati fuerunt
40 populares tumultus ab Anno 1647. excitati,
quos memorat *Reg. Capyc. Latr. in decis. 162. nu.
3. 188. & 200.* utrobique *in princip. lib. 2.* ut fa-
vorabile præsertim circa non excepta plenissi-
mè interpetrandum fuisse, quòd omnia delicta,
etiam atrocissima, & ab Officialibus in officij
administratione commissa, comprehenderet: in-
super carceraris, & condemnatis, paritèr indùl-
geret, pœnasque omnes Regio Fisco quæsitas
remitteret, quæ realitèr exactæ, & incorporatæ
41 non essent; maximè ob universalitatem verbo-
rum ipsius, cum in eo dicatur indulgeri: *à tutte,
e qualsivogliano persone, di tutti, e qualsivogliano
delitti, tutte, e qualsivogliano pene si dovessero al
Regio Fisco*, ut est videre in prædicto generali in-
42 dulto à Serenissimo D. Ioanne de Austria, Po-
tentissimi Regis nostri filio, ac Plenipotentia-
rio, concesso, & inserto in *Pragm. 6. sub. tit. de
43 Abolitionib.* etenim dictio, *omnis*, & dictio, *qui-
libet*, quæ idem ac dictio, *omnis*, operatur, sunt
universales, & nihil excludentes, *l. Iulianus 66.
ff. de legàt. 2.* cum alijs in propria indulti ma-
teria cumulatis per *Grammatic. in decis.* 4. latè
*Barbosa in axiom. 168. & in tract. de dictionib. di-
ction. 241. & 320.*

Accedebat, morem fuisse in præcedentibus
abolitionibus à Serenissimis huius Regni Re-
gibus concessis, graviora quædam crimina exci-
pere, atque delicta in officio commissa per Of-
44 ciales, quorum numero, an sint Barones con-
renti? disserit *Mastrill. in tract. de magistratib.
lib. 4. cap. 15.* & post eum *Reg. Capyc. Latr. in
consult. 67. lib. 1.* fuerunt etiam aliàs exceptæ
pœnæ non solùm realitèr exactæ, & incorpora-
tæ; verùm etiam assignatæ, acceptatæ, vel com-
positæ, aùt pro quibus Regio Fisco cautum fue-
45 rit, ut patet ex indulto Anni 1572. ob ortum
Serenissimi Ferdinandi Philippi filij concesso,
in alio occasione successionis in Regno, & ma-
trimonij contracti per Invictissimum Regem
Catholicum de Anno 1600. in alio de Anno
46 1605. occasione nativitatis Serenissimi Princi-
47 pis Hyspaniarum, quæ inserta reperiuntur in-
ter Pragmaticas in 7. scilicèt 11. & 12. *sub titu-
lo de Abolitionibus in antiquis*, & demùm in
48 alio de Anno 1629. similitèr ob partum Sere-
nissimæ Hyspaniarum Reginæ, de quo memi-
49 nit respectu pœnarum, quod pro eis Regio Fi-
sco cautum esse dicatur, per exequutionem fa-
ctam in bonis debitoris, ut ab indulti benefi-
cio excludatur *Reg. Rovit. in decis. 91.* quem lau-
dat *Giuz. in add. ad Capyc. Latr. decis. 71. nu. 6.*
50 Hæc autem excipi solita, dum non fuerunt in
abolitione, de qua agebamus, excepta, censeri
debebant comprehensa: quia sicùt in alijs reser-
vata fuerunt, in hac etiam scivisset Princeps, si
ita voluisset excipere, ut arguit ex *l. unica §. sin
autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. Decian.
in præcitato cap. 35. num. 21.* & quod verbo non
expresit, mente cogitavisse non videtur, *cap.
cum ordinem 6. de rescript. Barbosa in axiom.
222. num. 34.*

Denique id ipsum convincebatur, ex quo in
hoc indulto certa quædam crimina excepta
fuerunt, & ab illius concessione per hęc verba
reservata: *purche non siano carcerati, ò inquisiti
per delitti di lesa Maestà Divina, ò humana,
commessi avanti li rumori succeduti in questa
Città alli 7. di Luglio passato; ò che non siano stati
renitenti à ritornare all'obedienza di Sua Mae-
stà dopò la giornata delli 6. del presente mese di
Aprile, ò che non siano di natione forastiera, per-
che à questi non hà da esser profittevole questo per-
dono, mà bensì à tutti gli altri, &c.* unde reliqua
omnia, quamvis atrocissima, crimina comple-
ctebatur, & si aliàs de Iure intelligi potuissent
51 reservata; expressum enim dicitur, quod ex
mente, & coniecturis necessariò colligitur, vel
52 quod subintelligitur à Iure, *l. certum 6. ff. si cert.
petat. & l. licèt Imperator 77. ff. de legatis 1.* vel
53 quod per exceptionem præsupponitur, *Auth.
ex testamento, C. de Collationib.* ubi *Alex. num 2.
circa finem, Ripa in l. 1. num. 55. ff. de vulg. & pu-
pill.* & de omnibus *Tiraquell. post leges Connubia-
les, glos. 7. num. 161.* & *seq.* & in *repetit. l. si un-
quam C. de revocand. donationib. in verbo dona-
tione largitus, num. 158. Barbosa in axiom. Iuris
98. num. 10. & seq. & in præcedent. axiom. 85. nu.
4. & 7.* ubi loquitur de exceptione regulam in
54 contrarium firmante in casibus non exceptis,
per *l. quæsitum 12. §. denique, ff. de fundo instru-
cto, & instrum. legato*, cum ut idem in *axiom.*
120. deduxit, inclusio unius sit alterius exclu-
55 sio, & quamvis, ut ipse ait, per exceptionem re-
gula

56 gula declaretur, non tamen ampliati poſſit;
hoc intelligendum eſſe ſubijcit, niſi aliàs ex-
57 ceptio inutilis redderetur, & fruſtatoria: quia,
ut ipſe poſuit in *axiom. 122. num. 11. & ſeqq.*
58 verba non debent eſſe ſuperflua, nec minimum
59 verbum, aùt minima ſyllaba eſſe debent ſine
virtute aliquid operandi; unde ſi fiat exceptio
eius, quod in regula non continebatur, ut ex-
60 ceptio ſit, prout eſſe debet de comprehenſis in
61 regula, fit, ut regula ipſa iuxta qualitatem ex-
ceptionis amplietur, ut poſt alios plenè decla-
rat *Covarr. in lib. 2. variar. reſol. cap. 5. num. 4. 7.
& 8.* licèt *in ſequenti num. 9.* contrariam *An-
charani* ſententiam ex rationibus ibi relatis, ve-
riorem videri affirmet, ſed priorem magis com-
62 munem eſſe, quando regulæ verba apta ſunt
comprehendere illos caſus, ad quos ratione ex-
ceptionis extenditur, idemque ex *Felyno, Eve-
rardo, & Cagnolo,* confirmat *Fontanella in relato
tract. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 21. p. 2. num. 37.* &
in terminis indulti *Petr. Foller. in prealleg. prag.
2. de Abolit. num. 4.* ex hoc inferens, ſodomiæ
63 crimen intelligi non debuiſſe in illa generali
criminum abolitione exceptum, quamvis de iu-
re cenſeretur excluſum: quia alia tantùm crimi-
na in ea fuerunt excepta, idemque probat in
falſi crimine *Reg. Revit. in pragm. 4. de falſis, nu.
30. & in deciſ. 2. n. 1.*

Simile eſt, quod dicitur in generali conceſ-
ſione Caſtri, vel feudi à Supremo Principe fa-
64 cta, in qua non veniunt regalia maiora ſupre-
mam Principis poteſtatem reſpicientia, nõ tan-
tùm ea, quæ ſunt Coronæ annexa, & ab ea inſe-
parabilia: utpotè leges condere, monetas cude-
re, Magiſtratus eligere, & ſimilia: hæc enim,
cum in privatam perſonam cadere non poſſint,
non ſunt conceſſibilia, ſed nec illa ſunt in con-
ceſſione generali comprehenſa, quæ concedi
poſſunt, & à Corona ſeparari, qualia ſunt, co-
gnitio criminum læſæ Mayeſtatis, falſæ monetę,
delictorum per Officiales commiſſorum, & alia
huiuſmodi: cenſentur enim de ſtylo Regiæ
Cancellariæ reſervata, niſi ſpecificè conceſſa
fuerint, iuxta tradita per *Montan. in praelud.
ad tract. de Regalibus, n. 6.* per *Reg. Capiblanc. in
tract. de officio, & authorit. Baron. in pragm. 8. p. 1.
n. 88. & ſeq. Amicangel. in repetit. Rub. cap 1. quæ
65 ſint Regalia, cap. 3.* non obſtantibus ampliſſimis
clauſulis, *cum omni Iure, quod in re conceſſa con-
cedens habet,* vel *cum Iuribus, & pertinentijs,* ut
poſt *Alberic. in l. fin. C. de iuriſdict. omnium Iu-
dic. Iaſon. in conſ. 45. lib. 1.* alioſque plures probat
*Maſtrill. in tract. de magiſtrat. lib. 1. cap. 14. nu.
7. & 8.* quæ tamen clauſulæ latè patent, & ad
omnia acceſſoria referuntur, ut paritèr eſt clau-
ſula, *cum integro ſtatu*, ex *Mantica in tract. de
tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 23. n. 35.
& 40. Barboſa in tract. de clauſul. uſu frequent.
clauſ. 34.* niſi de rebus agatur, quæ particulari
66 titulo poſſidentur in Caſtro, vel feudo, à con-
cedente, non ut Domino Terræ, vel feudi, ſed
tanquàm alio privato, & ex particulari titulo,
quæ in conceſſione, vel alienatione feudi, cum
ampliſſimis quibuſcunque clauſulis, non conti-
nentur, ut poſt *Bald. Iſern. Afflict.* & alios plenè
probat *Reg. de Ponte in conſ. 63. n. 22. & ſeqq. lib.
1.* & confirmatur ex pluribus à *Moccia* relatis in
Sylva caſuum forenſ. cap. 18. cum tribus ſeqq.
67 Sed nihilominùs, quando Rex, vel Princeps
Supremus in conceſſione aliqua, ex Regalibus
ſibi reſervaſſet, cætera Regalia conceſſibilia
cenſentur in conceſſione comprehenſa, ex con-
cluſione ſuperiùs poſita, quòd exceptio nedùm
68 firmat regulam, ſed illam ampliet, cum aliàs
fruſtratoria redderetur, & ita in ſpecie decla-
rant *Maſtrill. in d. cap. 14. num 10. Fontanella
in dicta clauſ. 4. gl. 14. num. 12.* & ante eos *Deci-
an. in conſ. 121. num. 39. lib. 3. Menoch. in tract. de
præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. n. 37.*

69 Hæc fuerunt à nobis exarata pro Illuſtri Du-
ce Cruſiæ Theodoro Mandatoritio, pro quo in
alia non diſſimili cauſa ſcripſit *Reg. Capyc. Latr.*
tempore quo Advocationis munere fungeba-
tur, in relata *conſult. 67. lib. 1.* cum enim pro in-
quiſitione participationis in prætenſis quibuſ-
dam frumenti extractionibus à Provincia Cala-
briæ, carceribus mancipatus, illas evaſiſſet, ob
tranſactionem cum Regia Curia inhitam de
ſolvendo ducatos quatuormille, ſcilicet duca-
tos 1500. de præſenti, quos iam ſolvit, & alios
duc. biſmille, & quingentum infra certum tem-
pus; ſuperveniente poſteà indulto prænarrato,
quo fuerunt pœnæ omnes, ut ſupra remiſſæ, non
teneri dicebamus pro reliquis duc. 2500. & dum
punctus fuerat iam diſcuſſus in Regia Camera,
& de proximo decidendus erat, habuit Regius
Fiſcus immediatè ab Excellentiſſimo Prorege
ordinem in eius ſcriptorio expeditum pro exe-
quutione, cuius vigore fuit Illuſt. Dux, non ex-
pectata deciſione Regiæ Cameræ, ſolvere coa-
ctus, & cum hoc cauſa finem habuit.

RERVM SVMMA.

1 *Ius offerendi competit poſſeſſori.*
*Creditori etiam poſteriori contra primum pignus
poſſidentem, n. 2.*
*Sed creditum cum uſuris uterque offerre debet,
num. 3.*
*Quantitas verè liquida ſolvi debet, & illiquida
pro tempore liquidationis offerri, n. 24.*
Contrarium voluit Galluppus, *n. 4. & 5.*
Eius tamen ſententia reijcitur, n. 18. & 23.
6 *Ius offerendi pro liberando pignore datur.*
Si tamen pignus ſolvi poteſt, ut n. 27.
7 *Exequutio rei liquidæ ex illiquida quantitate
commixta retardatur.*
Quæ forſan ex ea deducenda ſit, ut n. 27.
*Intellige in individuis, & inſeparabilibus, ſe-
cùs autem in ſeparabilibus, n. 28. & 29.*
8 *Debitor, & Creditor ſunt correlativi, ut diſpoſi-
tum in uno, cenſeatur in alio diſpoſitum.*

9 *Creditor non cogitur diminutam recipere solu-
tionem, & n.31.*
*Ita nec debitor diminutè solvere, num. 10. &
num.32.& 33.*
11 *Creditoris negligentia in liquidanda quantitate
debita sibi imputatur.*
12 *Sententia pro illiquida quantitate exequi non
potest, & n.16.*
13 *Sententia Ius est individuum.*
*Et integra quantitas in ea contenta, unica repu-
tatur, n.14.*
15 *Sors ante liquidationem tertiarum est incerta.*
19 *Creditor sortis, annui census, ex rescissione sequu-
ta, si tertias recipiat, sibi praeiudicat in petitione
sortis.*
20 *Creditor sortis, usuras recipiendo pro eo tempore,
sortem petere non potest.*
Quinimò, neque in futurum, n.21. & 22.
24 *Debitor in quantitate partim liquida, partim
verò liquidanda, liquidum solvere debet, & il-
liquidum pro tempore liquidationis offerre.*
*Praestitis pro illiquido fideiussoribus, ut num.
25. & 26.*
30 *Utile per inutile non vitiatur in separabilibus.*
34 *Labor, & pecunia recipiunt divisionem.*
*Sicut omnia, quae in pondere, numero, vel mensu-
ra consistunt, ut n.35.*
36 *Argumentum non valet ab indivisibilibus ad
indivisibilia, nec è converso.*

CAPUT LXXX.

De Iure offerendi, possessori, aut posteriori creditori competente, ex *text. in l. si fundus 16. §. in vendicatione, ff. de pignoribus, & in l. 1. C. qui potiores in pignore habeantur.*

1 Offerendi ius possessori com-
petens ex *l. si fundus 16. §. in
vendicatione, ff. de pignorib.
& l. Paulus 12. §. 1. ff. quib.
mod. pignus, vel hypotheca
solvit.* aut posteriori credi-
2 tori contra primum pignus
possidentem, de quo in *l. 1. C. qui potior. in pigno-*
3 *re habeant.* ut locum habeat, creditum cum usu-
ris offerri debere, ex *l. 3. in 2. responso* iuncta *gloss.
in verbo Offerri, ff. de distract. pignor.* plenè pro-
bant *Morotius in quaestionib. de Iure offerendi,*
post eius responsa impressis, *num. 19. & seqq.
Lanar. in cons. 29. Praes. de Franch. decis. 12. Bar-
bat. de assistent. gloss. 2. nu. 112. Merlin. de pigno-
rib. lib. 4. tit. 2. q. 83. n. 81.*

Sed cum quantitas creditori solvenda, par-
tim liquida est, partim verò liquidanda, impe-
4 diri etiam pro quantitate liquida exequutio-
nem, donec facta liquidatione ius offerendi à
possessore, aut posteriori creditore propositum,
valeat exerceri, dicit fuisse in S.C. Neap. iudica-
tum *Galupp. in Praxi S.C. p. 3. cap. 7. num. 9.* in
5 causa Illustris Ducis Crosiae conventi, tanquàm
tertij possessoris Iure assistendi à Barone Fran-
cisco Antonio de Laurentijs, ad cuius Instan-
tiam, exposita venali Terra Petrae Paulae, super
qua sententiam assistentiae obtinuerat pro cer-
ta capitalis quantitate, atque tertijs, & inte-
resse liquidandis, cum fuisset ab eo opposita
exceptio liquidationis tertiarum, & interesse
pro iure offerendi exercendo, fuit decreto Sa-
cri Consilij provisum, in Banca Carbonis, refe-
rente D. Consiliario D. Flaminio de Constantio
sub die 12. Septembris 1642. quòd procedatur
ad liquidationem contentorum in Sententia
Sacri Consilij, ut provideri possit super compa-
ritione praesentata per Ill. Ducem Crosiae; &
iterùm facto verbo fuisse decretum confirma-
tum, ibi testatur, quod fuit sub nostro patroci-
nio, (ut inferiùs dicetur) Idque duabus rationi-
bus processisse, quarum altera est, quia offeren-
6 do quantitatem liquidam, & certam, adhuc
res sub hypotheca remaneret, pro quantitate
liquidanda, contra Iurisconsultorum mentem
in *d. §. in vendicatione,* alijsque supra relatis Iu-
7 ribus; unde non esse praetèr Iuris mentem ex il-
liquida quantitate rei liquidae exequutionem
retardare, per *text. in l. si servus 14. §. bove, ff. de
condict. furtiva,* ut per doctrinam *Bartoli, Cara-
vita* docet in *Ritu 167. num. 29. vers. Aut pars
illiquida,* & post eum *Milanens. in decis. Sicilia
1. num. 28. versic.* ex quo *text. lib. 2.* Secundam
8 deducit rationem, quòd debitor, & creditor
sunt correlativi, & proinde eadem dispositio
in uno viget, quae in alio, *l. fin. ff. de acceptilatio-
nib. cum concord.* sicut igitùr creditor cogi non
9 potest ad recipiendas diminutas solutiones, *l.
quamdiù 6. C. de distract. pignor.* ità nec debitor
10 ad diminutè solvendum ob incómodum reti-
11 nendi rem cum onere obligationis, & credito-
ri negligentia imputatur in liquidanda credi-
ti quantitate, ex *Muta,* quem allegat in *decis.
Sicilia 19. sub n. 13.*

Alia demùm post *Galupp.* ab eo relatum
addit *Moccia in eius sylva casuum forens. in cap.*
12 17. nempè, quòd alitèr pro illiquida quantita-
te sententia exequerur, contra notata in *l. 2. C.
de sentent. quae sine certa quantitate,* cum alijs
ab eo adductis *num. 18.* & quod ius sententiae
13 sit individuum, neque possint partes summae
14 in sententia contentae separatim considerari,
sed tota summa, tanquàm unica existimari de-
beat, ut ibi *num. 29.* Deniquè ex tertiarum li-
15 quidatione sortis quantitatem certitudinali-
tèr probari, unde ante ipsarum liquidationem,
capitale reddi paritèr illiquidum, & incertum,
16 neque pro illiquida quantitate exequi posse,
17 nec pro debito, etiam liquido, & certo, ex quo
detrahenda sit quantitas, licèt illiquida, &
incerta, per calculum, aut alitèr taxanda, ut
ibidem, *n. 30. & seqq.*

18 Ve-

18 Verùm quia causa prædicta per *Gallupp* rela-
ta, fuit à nobis pro Ill. Duce Crosiæ patrocinata,
opportunum æxistimavimus animadvertere,
Sacri Consilij decisionem in diverso casu pro-
cessisse, ex facti circumstantijs in ea concurren-
tibus: siquidem ibi post contractus rescissionem
pro capitale ducatorum vigintimille, & octin-
19 gentum obrentam creditor tertias post rescis-
sionem decursas, receperat, ex quo sibi præiu-
dicium attulerat, quoàd sortis petitionem, ob
actuum incompatibilitatem, in rescindendo
contractum, atque tertias illius vigore debitas,
recipiendo, per *l. 2. C. de Iure domin. impetrando*,
& ex traditis per *Reg. Rovit. in pragm. 1. de cen-
sib. num. 42. vers. non obstant, & in cons. 37. num.
12. vol. 2.* aliosque DD. à *Consil. Paschale* relatos
in tract. de virib. patria potest. p. 4. cap. 6. num. 19.
idque passim servari in Sacro Consilio, & bis
fuisse in eo decisum in eodem Anno 1642. in
prædicta causa Ducis Crosiæ, cum prædicto Ba-
rone Francisco Antonio de Laurentijs, idem
Gallupp. refert in *4. p. etus Praxi* S.C. addita *cap.*
20 *5. num. 28.* sed & creditorem sortis, recipiendo
usuras pro eo tempore sortem petere non posse,
probatur in *l. qui in futurum 58. ff. de pact.* ubi
gl. allegat concordantes, & præcipuè *l. 2. §. non
male, ff. de doli mali exceptio. & l. commissoria, C.
de pact. inter empt. & vendit.* quinimò, nec in fu-
21 turum, debitorem urgere posse ad sortis solu-
tionem, si usuras solvere maluerit, ex prædicta
l. commissoria, alijsque pluribus, deducit *Reg.
Merlin. in lib. 1. controv. forens. cap. 31. num. 8. &*
22 *seqq.* in qua tamen causa, licèt ipse fuisse illam
inter partes amicabilitèr compositam referat, in
calce eiusdem capitis, contrariam nihilominus
fuisse sententiam M. C. V. Neap. testatur *Therus*,
qui eam veriorem ostendit *in voto decisive 44. à
num. 39. & seqq.* & signantèr sub *num. 79.* eam-
demque sectatur *Episcop. Afflict. in controversi
Iuris resol. cap. 13. num. 21 & seqq.* propterea
23 cum in causa prædicta à *Galluppo* relata, sors,
quæ liquida erat, peti non potuisset, tertiæ au-
tem illiquidæ, liquidatione indigerent, fuit ea-
rum liquidatio ordinata, ut potuisset reus obla-
rum iur offerendi exercere, neque fuit offerens
immunis declaratus à solutione liquidæ quan-
titatis, propter liquidationem alterius illiqui-
dæ quantitatis faciendam, ut *Galluppus* æxi-
stimavit.

Regulare enim est, quòd si quantitas credi-
tori offerenda partim liquida sit, partim verò
24 liquidanda, liquidum solvi debeat, & illiqui-
dum pro tempore liquidationis offerri, ex *l. si
residuum 5. C. de distract. pignor.* ut post *Bartol.*
aliosque plures probat in individuo *Tiraquell.
in tract. de utroque retractu, in tit. de retractu
consanguinit. §. 1. gl. 19. num. 2. & seqq.* quinimò,
25 pro illiquido, neque verbalem sufficere dicit
oblationem; sed fideiussores esse, nedùm offe-
rendos, verùm etiam præstandos, ut adversatius
in mora constituatur, & lucrum aliquod offe-
rens ex eo consequi possit; quidquid aliud sit
26 ad moram tantùm oblatoris evitandam, de quo
plenè *Capyc. in decis. 17. Barbosa in l. divortio
8. §. fin. p. 2. num. 36. in fine, & seq. & in l. si mora
10 p. 2. num. 66. in fine, & seq. ff. soluto matrimon.
Merlin. in relata q. 83. num. 42. & seqq.*

Quæ verò in contrarium adducuntur, facil-
limè reijci possunt: Primum enim de Iuriscon-
sultorũ mente non obstat, ea etenim fuit conce-
27 dere ius offerendi, dummodò possit per pigno-
ris resolutionem actoris ius removeri, ut ex-
pressè cavetur in relata *l. Paulus 12. §. 1. ff. quib.
mod. pignus, vel hypotheca solvunt.* & quod ex il-
liquida quantitate, rei liquidæ exequutio su-
28 spendatur, locum haber in individuis, & inse-
parabilibus, ubi scilicèt pars illiquida, ita cum
illiquida coniungitur, ut ratione partis illiqui-
dæ tota summa reddatur illiquida, atque una
tendat ad impedimentum alterius; tunc enim
impeditur exequutio liquidi, donec illiquidum
liquidetur, in quibus terminis locum habeat di-
spositio relati §. *bove*, & loquuntur *Caravita, &*
29 *Milanensis* supra relati; secùs verò est in sepa-
rabilibus, & distinctis, & ubi unum non impe-
dit aliud, ut in *l. Statu liber rationum 5. ff. de Sta-
tu liberis*, cũ alijs pluribus ab *Episcop. Ricc.* con-
gestis in *collect. decis. 3663. p. 8.* & à *Consiliar.
Carlevalio in tract. de iudic. tomo 2. disp. 15. num.
2. & 3.* siquidem in separatis, atque divisibili-
30 bus, utile per inutile non vitiatur, ut *ex l. certò
condictio 9. §. 1. ff. si cert. petat.* cum concord. à
Barbosa adductis *in axiom. 231.* & dicemus in
sequ. cap. 81. n. 16. & 18.

31 Secundum de correlativis neque obstat: quã-
vis enim creditor cogi non possit ad recipien-
dum diminutam solutionem propter incõmo-
da, quæ particularis affert solutio, *l. Tutor 41.*
32 *§. Lucius, ff. de usuris*, & ita è converso debitor
non teneatur solvere creditori partem debiti, si
totum solvere velit, ut post *Alex. & Iason. in l.
quidam axistimaverunt, ff. si cert. petat.* dicit *Ne-
gusant. in tract. de pignor. in 5. p. memb. 3. p. 2. nu.
17. versic. Secundò amplia*; hoc tamen limitatur,
33 quando debitum non est, nisi pro parte liqui-
dum, quod recipere creditor tenetur, & ita de-
bitor solvere, reservato illiquido pro tempore
quo liquebit, ut ex relata *l. quidam axistimave-
runt*, post eosdem *Alex. & Ias.* limitat *Negu-
sant. ibidem, num. 19.* quem sequitur *Merlin. in d.
q. 81. n. 91.*

Cœtera verò satis inania redduntur, neque
enim pro illiquida quantitate sententia exe-
quitur, cum pro parte tantùm liquida sit, neque
capitalis liquidatio, iam certè declarari, ex ter-
tiarum liquidatione dependet, aut aliquam re-
cipit certitudinem; sententiæ verò capita non
sunt individua, quæ pecuniæ solutionem con-
34 tinent: labor enim, & pecunia recipiunt divi-
sionem, *l. Seyo 10. ff. de annuis legatis*; sicut om-
35 nia, quæ in pondere, numero, vel mensura
consistunt ex *l. 1. §. & harum ff. de verb. oblig.* ubi

gl.& communiter *DD.* à *Gomesio* relati *in lib.2. vor.resol.cap.*10.*num.*3. Vode ab indivisibilibus
36 ad indivisibilia non valet argumeotum, ut oec è converso, iuxta not. in *l.cum amplius* 85. ubi *gl.ff de reg. Iur.* cum alijs à *Barbos.* relatis *in locis argum. Iuris,loco* 38.

RERVM SVMMA.

1 *Interesse alterius interesse non debetur.*
*Fallit in interesse tertiarum ex censuali contractu orientium,n.*2.*&* 4.
3 *Interesse tertiarum, quas creditor neglexit à principali debitore exigere non debetur à tertio possessore.*
5 *Interesse conventum à pupillo,patris haerede debetur,non autem interesse ex mora debitum,nisi in certis casibus.*
6 *Interesse conventum,mortuo debitore,vel decocto debetur,etiam illius haereditate iacente.*
*Sed ab interesse ex mora debito, impotentia ratione,decoctus exonsatur,n.*7.
*Praesertim ab interesse lucri cessantis,n.*8.
Quinimò neque à debitoribus suis interesse consequitur decoctus creditor, num. 9. *usque ad* 14.
11 *Argumentum ab uno de correlativis ad aliud nonprocedit, cum diversa in utroque militat ratio.*
13 *Interesse lucri cessantis non debetur, nisi creditor illud fuisset lucraturus, aùt lucrari solitus.*
15 *Interesse etiam verisimile inter partes taxatum, nullo modo debetur, neque pro quantitate interesse verè passi,& n.*17.*&* 19.
16 *Utile per inutile vitiatur.*
*Intellige de individuis,non autem in separabilibus,ut n.*18.
20 *Pactum de solvenda certa quantitate pro mora, est ad verum interesse reducendum.*
21 *Emptiones sunt in Regno Neapolis paratae ad rationem septem pro centenario.*
*Et usque ad decem pro centenario permissa, num.*22.
*Sed haec praesumpta probatio pro interesse consequendo non sufficit,n.*25.
23 *Interesse certum absque periculo, & labore est in minori quantitate taxandum.*
24 *Emptiones tuta non sic de facili temporibus nostris inveniuntur.*
26 *Interesse tertiarum ad rationem quinque pro centenario taxatur,& quare.*
*Non tamen solvitur pro quantitate minore ducatis centum.n.*27.
28 *Antophatum in pecunia uxori debetur, vel in annuo redditu ad eius electionem.*
*Nisi pecunia in viri haereditate deficiat; quo casu usura debentur,n.*29.*usq; ad* 32.
33 *Solutio probatur ex confessione de recepto.*
Nisi confessio adyciatur liberationi, qua fit per acceptilationem, n 34.
35 *Decisio Sacri Consilij Neapolitani ennuclatur.*

CAPVT LXXXI.

De Interesse Interesse, sive fructibus fructuum regularitèr non debendis, ad *text.in l.ut nullo* 28.§.*qua propter,C. de usuris.*

1 Nteresse alterius interesse, sive fructus fructuum, aùt usurarum usuras, regularitèr non deberi, tanquàm accessionis accessionem à iure vetitam, in *l.ut nullo* 28.§.*qua propter,C.de usur.* regulam constituunt, eamque plotibus modis comprobando ampliant, atque declarant, post alios *Andreol. in controv.* 210.*lib.*3. *Reg. Capyc. Latr. in consult.*59. *lib.*1. *Consil. Pratus in practicar. observ.cap.*12. *Consil. Rosa in consult.*50. *Staiban.* Consil. Staib. filius *in tract.de interesse,lib.*1.*q.*6. apùd quos etiam ha-
2 betur, hoc non procedere in interesse tertiarum sive annuorum introituum ex censuali contractu orieotiom, quod passim in nostro Regno deberi: quia tertiae sunt in eo principalitèr, uti sors debitae iure actionis, non iudicis officio, affirmant *Pras.de Franch.in decis.* 254. *Anna in singul.*261. *Thor.in Cod.rer. iudicatar. in casu civili* 36. nisi creditor tertias exigere neglexerit
3 à principali debitore, qoia tunc illarum interesse à tertio possessore consequi oon potest, ex traditis à Reg. Rovito, qui iudicatum refert in S.C.Neap.in *decis.*43. sequitur *Reg. Capyc. Latr. in decis.*192.*n.*45. *lib.*2. *Cons.Staib.in resol.foren.* 176.*n.*32.*& seqq. lib.*2. *Prat. in loco relato,n.*39.
4 Qood qnidem interesse tertiarum conventionis iure debetur, ex verbis in censuali contractu adijci consoetis: *una cum omnibus damnis expensis,& interesse*, addita clausula: *pro quibus omnibus observandis obligaverunt bona omnia, &c.* inducente etiam pro tertiarū interesse hypothecā, iuxta adnotata per *Reg.de Ponte in consil.*76.*n.*5. *lib.*1. quibus conferunt tradita per *Neguf.in tract.de pignor.in* 4.*memb.*2.*par.n.*48.&
5 propterea tanquàm interesse cōventū à pupillo patris haerede deberi; quidquid aliud fit in interesse iudicis officio ex mora debito, quod tantùm à die morae paternae usque ad diem mortis patris, & ab inde in antea à die legitimae interpellationis, sive scientiae debitum esse, affirmant *Thesaur.in decis.*247. *Reg. Rovit.in decis.*90. ità
6 huiusmodi tertiarum interesse conventum, debitore etiam mortuo, vel decocto, ab eiusque haereditate, adhùc iacente, deberi, plotibus relatis ostendunt *Consil. Hedierna in add.ad Surd. decis.*262.*n.*4.*cum seqq. Reg. Capy.Latr.in decis.* 133.*n.*27. *& seqq. lib.*2. quamvis ab interesse
7 ex mora debito, decoctum impotentiae ratione ex-

excuſari, dixerint ijdem *Reg. Capyc. Latr. ſub num.*36. & *Conſil. Hedierna, ſub num.*9. præter
8 quos idem affirmant in intereſſe lucri ceſſantis *Reg. Sanfelic. in deciſ.*124. *num.*5. *Conſil. Carleval. in tract. de iudic. lib.*1. *tit.*3. *diſp.*8. *nu.*3. qui-
9 nimò neque decoctum à ſuis debitoribus intereſſe propter moram conſequi poſſe, *Burſat.* docuit in *conſ.*72. *num.*8. *lib.*1. ubi de communi teſtatur, eumque ſequitur *Intriglial. in ſingul.* 69. *num.*1. *lib.*2. qua tamen ratione hoc affirmaverit, ſe non percipere dixit *Conſ. Prat. in pract. obſerv. cap.*33. *num.*3. Unde ſupplendo
10 rationem à ſe excogitatam ex vi correlativorum procedere probat *ibidem*, *& in addit. ad Conſil. Paſchalis tractat. de virib. patria poteſt. p.*2. *cap.*9. *num.*59. ſed quia verè correlativorum ra-
11 tio non urget, cum diverſa in utroque militat ratio, ut ex *l. curatorem* 5. *C. de interdicto matrim.* poſt multos declarat *Simon Barboſa in principijs locor. commun. num.*135. & alter *Auguſtin. Barboſa* digniſſimus Ugenti Epiſcopus *in locis communib. argumentor. Iuris, loca* 29. *nu.*2.
12 & diverſa eſt ratio ſolutionis à debitore decocto creditoribus faciendæ, & ſolutionis per eumdem ab eius debitoribus non decoctis conſequendæ; alia eſt decidendi ratio exquirenda, quam idem *Burſatus*, alijque ab eo relati iudicaverunt pro intereſſe lucri ceſſantis obtinendo, præcipuè requiri creditoris potentiam in
13 lucrando; unde ſi creditor nihil lucraturus eſſet, aùt lucrari ſolitus non eſſet; intereſſe lucri ceſſantis petere non poteſt, ut in ſpecie eſt *text. in l. ſi ſterilis* 22. *§. ſi per venditorem ff. de actionib. empti*, & ex communi DD. ſententia firmavit *Covarr. à Burſato* citatus in *lib.*3. *variar. reſol. cap.*4. *num.*2. *verſic. Primò deducitur.*
14 Hæc autem lucrandi potentia ceſſat in decocto, qui tanquàm foro cedens negotiari, & lucrum facere, eſt impeditus, ideòque ceſſare debet lucri ceſſantis intereſſe in eius beneficium; & ita poſtea mihi obvenit *Gama in deciſ. Luſitana* 10. *num.*24. *& ſeqq.* quem refert *Hodierna in d. deciſ. Surdi* 262. *num.*2. ex hac ratione, hoc in puncto affirmans, ad corroborationem *Burſati* ſententiæ.

Neq; potuiſſe intereſſe tertiarum ex partium conventione taxati ad rationē ſeptem pro centenario, dicebamus in cauſa Laudoniæ de Amato, & aliorum creditorum Illuſtris Marchioniſſæ Turricellæ, pro hæredibus prædicti Marchionis, quorum partes tuebamur: fieri enim poteſt in fraudem uſurarum, quòd certum intereſſe ſolvatur, antequàm paſſum fuiſſe probetur; quinimò etiā ſi veriſimile intereſſe fuerit abini-
15 tio inter partes taxatū, nedùm reddit taxationem nullam, verùm neque intereſſe verè paſ-
16 ſum, eo caſu deberi per regulam, quòd utile per inutile vitiatur, tanquàm mirabile, adnotavit *Ioann. Lupus*, & alij relati à *Conſiliar. Staibano in tract. de intereſſe, lib.*1. *q.*12. *num.*3. *&* 4. ubi tamen ſub *num.*5. *& ſeqq.* contrariam ſen-
17 tentiam communem eſſe teſtatur, non obſtan-
18 te regula, quòd utile per inutile vitiatur in individuis tantùmmodo locum habente, non autem in ſeparabilibus, ut nos etiam diximus in *cap.*80. *n.*30. & propterea huiuſmodi taxatio-
19 nem licèt nullam, ex probatione poſtea ſubſequuta, quod ſit iuſta, & honeſta convalidari, poſt multos affirmat idem *Staiban.* ibidem, & *in lib.*2. *tit.*11. *q. unica, num.*131. *& ſeqq.* eſt enim
20 pactum de ſolvenda certa quantitate pro mora ad verum intereſſe conſuetum, & veriſimile reducendum, ut poſt alios probat *Stephan. Gratian. in lib.*2. *diſcept. forenſ. cap.*387. *Conſ. Theodor. in allegat.*40. *num.*12. *&* 32. & *in allegat.*89. *num.*7. *Reg. Capyc. Latr. in deciſ.*133. *nu.*2. *lib.*2. alijque adducti per *Carleval. in tract. de iudic. lib.*1. *tit.*3. *diſput.*8. *ſectione* 6. *n.*85. quàvis enim
21 in Regno ſint emptiones paratæ ad rationem
22 ſeptem pro centenario, & ex Pontificia Conſtitut. uſque ad decem pro centenario permiſſæ; omnis autem probatio non poteſt actum perfectum reſpicere, ſed ſolùm potentiam lucrifaciendi tantam, vel talem quantitatem: cum tamen omnia minus perfecta ſint in potentia, quàm in actu, & poſſit interim aliquid accidere, quòd lucro prebeat impedimentum: ſcilicèt decoctio debitoris, vel alia, quibus conſidera-
23 tis, atque labore induſtria, & expenſis pro habendo certo lucro, magis tutum eſt dare minus lucrum, ſed certum abſque periculo, & labore, ut pulchrè poſt *Divum Thomam*, *Decium*, & alios, ratiocinatur *Theodorus in d. allegat.*89.
24 *num.*6. præſertim iſtis temporibus non ſic de facili tutæ reperiuntur emptiones, ut conſide-
25 rat *Reg. Capyc. Latr. in deciſ.*97. *num.*74. & ex *Ciryac. Carleval.* & alijs notat *D. Scoppa in obſervat. ad deciſ. Gratian. obſervat.*126. *ex num.*35. nec ſufficere illam præſumptam probationem, quòd in Civitate Neapolis paratæ ſint emptiones, poſt *Roderic.* & alios firmat *Hedierna in controv. forenſi* 38. *num.*78. *poſt medium*, ex qua lucri etiam incertitudine emanavit antiqua praxis Sacri Conſilij Neapolitani, taxandi in-
26 tereſſe tertiarum, nulla alia exiſtente probatione, ad rationem quinque pro centenario: cum enim de tertijs, non ita paſſim fiant novæ emptiones, ſicùt de ſorte principali, & ſumus in dubio, ſi nihil emiſſet, atque tertias conſumpſiſſet, vel etiam quam fortè emiſſet uſque ad rationem decem pro centenario à Pontificio Iure permiſſam, S.C. mediam viam eligendo inter duo extrema, tale intereſſe taxat ad rationem quinque pro centenario, ut per *Theodor. in d. alleg.*40. *num.*36. ubi etiam *num.*37. quòd pro
27 modica quantitate infra ducatos centum tertiarum, non taxatur intereſſe, quia ferè nunquàm de tàm modica quantitate ſiunt emptiones; ut per *Urſill. in addit.* ad *Afflict. in deciſ.*291. *n.*6. ex qua etiam praxi oriri videtur ratio taxandi intereſſe antephati; quod etſi re-
28 gulatitèr in pecunia, aùt in annuo redditu ad

eius

eius electionẽ sit mulieri solvendũ,vel assignã-
d um;cum tamen in viri substantia, & hæredi-
29 tate, pecunia numerata non adsit, cogi non possunt hæredes, corpora hæreditaria venundare pro solvendo antephato,sed sat erit legitimas usuras offerre,per *text.in §.aliud vero quidam,Auth.de non eligendo secundo nubentes*, & ita pluries in S.C.Neap. iudicatum fuisse testatur *Reg.Merlin.in lib.2.controv.forens. cap.16.n.22.Reg.de Marin.in resolut.25.num.9.lib.2.*quæ
30 regularitèr attento Iure Consuetudinis huius Civitatis, ex inveterata Praxi,currunt ad rationem quinque pro centenario, iuxta tradita per *Reg.de Franch.in decis.*217. *num.*12. & alios à *Staib.*relatos in *præallegato tract. de interesse, lib.2.tit.2.q.1.num.*52.ubi tamèn limitari dicit, si maius interesse mulier passa fuisse probaverit,
31 quo casu ascendere posse usque ad summam ducatorum decem pro centenario, post *Grammat.Molfes.*& alios deducit idem *Reg. Merlin. in loco relato,num.*17. licèt *ibi num.* 18. *in fine*
32 ex æquitate Sacri Consilij Neapolitani taxatum fuisse dicat ad rationem sex pro centenario, cum tamen adstricti non fuissent contrahentes Consuetudini huius Civitatis.

Deficiente igitùr probatione, interesse tertiarum ad rationem quinque pro centenario deberi, praxis comprobavit; hanc verò rationem partes excedere non potuisse dicebamus, in causa prædicta, & quòd stante confessione Baronis Lelij Salaya creditoris quondam Illustris Marchionis Torricellæ, recepisse in computum eius crediti interesse tertiarum ad rationem conventam ducatorum septem pro centenario, nonnullas pecuniarum quantita-
33 tes;ex qua confessione de recepto, solutionem bene probari,nisi adijciatur liberationi,quæ fit
34 per acceptilationem,quo casu magis ad solemnizandam acceptilationem, quàm quòd vera solutio sit confessio facta censetur, ex *Bart.in l. Aurelio 31.§.Caius,num.12. ff.de liberat.legata,* & *Angelo Aret.in §.1.num.8. instit.quib. mod. tollit. oblig.* minimè sustineri poterat liberatio eidem creditori facta ducatorum 4546. pro complemento eius prætensi crediti, & proinde
35 fuit sub die 23.Augusti Anni 1649. decreto S. C. Neap. provisum, quòd liberatio facta exequatur in computum crediti interesse tertiarum ad rationem quinque pro centenario, salva provisione facienda, pro alijs duc. duobus, usque ad septem pro centenario in instrumento conventis, pro quibus partes informent, referente *Cons.Ioanne Baptista Amendola* viro eruditissimo, qui ex Advocationis munere fuit in Regium Consiliarium cooptatus, & postea Præses Regiæ Cameræ Summariæ creatus. In Banca de Licto.

RERUM SUMMA.

2 *Mulier vidua, cum secundò nubit, anima defuncti viri contristatur.*

*Atque soboles cum eo suscepta,n.*2.

3 *Mulier secundò nubens, proprietatem amittit, in bonis à primo viro ex titulo lucrativo quæsitis, cum habet ex eo filios.*

*Quibus ea applicatur mortua matre,n.*5.

*Sicut etiam in bonis ex communium filiorum successione perventis,n.*4.

*Hæc ampliantur primò in viro binubo, n.*6.

Secundò in avo, & avia, proavo, & proavia,

*Tertiò ut procedant etiam ad beneficium filia fœmina prioris matrimonij, licèt statuto, vel renunciatione exclusa, n.*8.

Quartò in paratis à primo viro, pro muliere tempore nuptiarum, n. 18.

Quintò in donativis omnibus primi viri defuncti,n 37.

*Sextò in vestibus lugubribus, & lecto viduali,si ante annum luctus secundò nupserit, num.*38. 39. *&* 40.

Sed limitantur præmissa, primò cum nullus ex priore matrimonio superest filius, vel filia, num. 9. *&* 10.

Secundò limitantur, locum non habere in bonis à primo viro ex causa onerosa perventis, num. 24. *&* 25.

11 *Mulier secundò nubens inopi viro, si egena sit, ali debet à primi viri hæredibus.*

*Et à filijs prioris matrimonij, n.*12.

*Idem est mortuo secundo viro,n.*13.

14 *Mater vidua dotanda est à filijs,ut secundò nubere possit,& n.*15. *&* 16.

17 *Mulierum secundò nubentium, pœna de Iure Canonico sublata.*

*Nisi in quo filiorum commodum respiciunt, num.*18.

19 Text. in l. fœminæ 3. C. de secundis nuptijs *dispositio,non tam in pœnam secundarum nuptiarum, quàm in favorem filiorum primi matrimonij introducta.*

*Ut bona primi viri laboribus quæsita, filijs eiusdem matrimonij reserventur,n.*20. *&* 21.

22 *Mulieri possunt à primo viro secundarum nuptiarum pœnæ remitti.*

*Quamvis nubat infra annum luctus,n.*23.

26 *Donatio inter virum, & uxorem morte confirmatur.*

*Et iuramento, n.*27.

28 *Paratum à primo viro pro muliere nuptiarum tempore, est ab ea secundò nubente reservandum filijs primi matrimonij.*

*Et paratum accipitur,pro veste, auro, argento, cæterisque ornamentis, uxoris gratia paratis, tempore matrimonij,ut ornatior accedat,n.*29.

30 *Donata an censeantur bona mobilia,sponsæ tradita tempore matrimonij, vel tantùm pro usu accomodata,ut ornatior accedat?remissivè.*

31 *Pa-*

31 *Paratum in localibus, pro sponsu differt à donativo.*
32 *Donativum in pecunia fieri solet à sponso sponsa ante matrimonium per verba de præsenti.*
Quod sponsalitia largitas appellabatur de Iure communi, n. 33.
34 *Donativum sponsi in Civitate Neapolis, quomodo erat olim, & n. 35.*
Quomodo posteà Regia Sanctione moderatum, num. 36.
37 *Donativa omnia primi viri mortui, sunt ab uxore secundò nubente, filijs cum eo susceptis reservanda.*
41 *Uxor inops quartam in bonis viri defuncti lucratur.*
Cuius tamen proprietatem filijs cum eo susceptis reservare tenetur, n. 42.
43 *Quarta uxori inopi debita in bonis viri defuncti materia, remissivè.*

CAPUT LXXXII.

De Muliere secundò nubente, eiusque pœnis, ad *text. in l. fæmina 3. C. de secundis nuptijs*.

1 INter alias mulierum secun-
dò nubentiũ pœnas, qua-
rum novo coniugio anima
2 defuncti viri, & soboles
cum eo suscepta contri-
stantur, ut in §. *soluto igitur*,
& in §. *quæ verò nunc sequi-
tur, in versic. nos igitur, Aut. de nupt.* illa non par-
vi ponderis existimatur, quòd ex proprietarijs
3 efficiantur usufructuariæ in bonis, tàm à primo
viro ex titulo lucrativo obventis, quàm ex
4 communium filiorum successione quæsitis, cum
5 filios ex priori matrimonio susceptos, haben-
tes, alias contraxerint nuptias: illis enim pro-
prietatem servare tenetur, ex dispositione, *l. fæ-
mina 3. in princip. & in §. illud C. de secund. nupt.*
6 idque in viro secundò nubente locum etiam
obtinere, voluit ibi *gloss.* quam *Bart. & DD.*
communitèr sequuntur, ex traditis per *Consil.
Hodierna, in q. 21.* super *l. hac adictali*, *C. de se-
7 cund. nupt. n.* 2. ubi ampliat in avo, & avia, proa-
32 ex æquitate Sacri Consilij Neapolitaui taxatum fuisse dicat ad tationem sex pro centenario, cum tameo adstricti uon fuisseur contraheotes Consuetudiui huius Civitatis.

Deficiente igitùr probatione, iutetesse tertiarum ad ratinoem quiuque pro ceutenario deberi, praxis comprobavit; haoc verò rationem pattes excedere oon potuisse dicebamus, iu causa prædicta, & quòd stauta coofessione Barouis Lelij Salaya creditotis quoudam Illustris Matchionis Torricellæ, recepisse in computum eius crediti interesse tertiarum ad rationem conventam ducatorum septem pro centenario, nonnullas pecuniarum quautita-
33 tes; ex qua confessione de recepto, solutiooem bene probari, uisi adijciatur liberationi, quæ fit
34 per acceptilationem, quo casu magis ad solemnizandam acceptilatinnem, quàm quòd vera solutio fit confessio facta censetur, ex *Bart. in l. Aurelio 31. §. Caius, num. 12. ff. de liberat. legata*, & *Angelo Aret. in §. 1. num. 8. instit. quib. mod. tollit. oblig.* miuimè sustineti potetat liberatio eidem creditori facta ducatorum 4546. pro complemeuto eius prætensi crediti, & proiude
35 fuit sub die 23. Augusti Auui 1649. decreto S. C. Neap. provisum, quòd libetatio facta exaqnatur in computum crediti intetesse tertiarum ad rationem quioque pro ceutenatio, salva provisione facienda, pto alijs duc. duobus, usque ad septem pro centenario in iustrumento conventis, pro quibus pattes informeot, refereute *Cons. Ioanne Baptista Amendola* vito eruditissimo, qui ex Advocationis muuere fuit in Regium Consiliarium conptatus, & postea Præses Regiæ Cametæ Summatiæ creatus. In Banca de Licto.

R E R V M S V M M A.

2 *Mulier vidua, cum secundò nubit, anima defuncti viri contristatur.*
Atque soboles cum eo suscepta, n. 2.
3 *Mulier secundò nubens, proprietatem amittit, in bonis à primo viro ex titulo lucrativo quæsitis, cum habet ex eo filios.*
Quibus ea applicatur mortua matre, n. 5.
Sicut etiam in bonis ex communium filiorum successione perventis, n. 4.
Hoc ampliatur primò in viro binubo, n. 6.
Secundò in avo, & avia, proavo, & preavia,
Tertiò ut precedant etiam ad beneficium filia fœmina prioris matrimonij, licèt statuto, vel renunciatione exclusa, n. 8.
Quartò in paratis à primo viro, pro muliere tempore nuptiarum, n. 28.
Quintò in donativis omnibus primi viri defuncti, n. 37.
Sextò in vestibus lugubribus, & lecto viduali, si ante annum luctus secundò nupserit, num. 38. 39. & 40.
Sed limitantur præmissa, primò cum nullus ex priore matrimonio superest filius, vel filia, num. 9. & 10.
Secundò limitantur, locum non habere in bonis à primo viro ex causa onerosa perventis, num. 24. & 25.
11 *Mulier secundò nubens inopi viro, si egena sit, ali debet à primi viri hæredibus.*
Et à filijs prioris matrimonij, n. 12.
Idem est mortuo secundo viro, n. 13.
14 *Mater vidua dotanda est à filijs, ut secundò nubere possit, & n. 15. & 16.*
17 *Mulierum secundò nubentium, pœna de Iure Canonico sublata.*
Nisi in quo filiorum commodum respiciunt, num. 18.
19 Text. in l. fœminæ 3. C. de secundis nuptijs *dispositio, non tam in pœnam secundarum nuptiarum, quàm in favorem filiorum primi matrimonij introducta.*
Ut bona primi viri laboribus quæsita, filijs eiusdem matrimonij reserventur, n. 20. & 21.
22 *Mulieri possunt à primo viro secundarum nuptiarum pœna remitti.*
Quamvis nubat infra annum luctus, n. 23.
26 *Donatio inter virum, & uxorem morte confirmatur.*
Et iuramento, n. 27.
28 *Paratum à primo viro pro muliere nuptiarum tempore, est ab ea secundò nubente reservandum filijs primi matrimonij.*
Et paratum accipitur, pro veste, auro, argento, cæterisque ornamentis, uxoris gratia paratis, tempore matrimonij, ut ornatior accedat, n. 29.
30 *Donata an censeantur bona mobilia, sponsæ tradita tempore matrimonij, vel tantùm pro usu accomodata, ut ornatior accedat? remissivè.*

31 *Pa-*

31 *Paratum in iocalibus, pro sponsa differt à donativo.*
32 *Donativum in pecunia fieri solet à sponso sponsa ante matrimonium per verba de præsenti.*
Quod sponsalitia largitas appellabatur de Iure communi, n.33.
34 *Donativum sponsi in Civitate Neapolis, quomodo erat olim, & n. 35.*
Quomodo postea Regia Sanctione moderatum, num.36.
37 *Donativa omnia primi viri mortui, sunt ab uxore secundò nubente, filijs cum eo susceptis reservanda.*
41 *Uxor inops quartam in bonis viri defuncti lucratur.*
Cuius tamen proprietatem filijs cum eo susceptis reservare tenetur, n.42.
43 *Quarta uxori inopi debita in bonis viri defuncti materia, remissivè.*

CAPUT LXXXII.

De Muliere secundò nubente, eiusque pœnis, ad *text. in l. fœminæ 3. C. de secundis nuptijs.*

1 INter alias mulierum secundò nubentiū pœnas, quatum novo coniugio anima
2 defuncti viri, & soboles cum eo suscepta contristantur, ut in §. *soluto igitur,* & in §. *quæ verò nunc sequitur, in versic. nos igitur, Aut. de nupt.* illa non parvi ponderis existimatur, quòd ex proprietarijs
3 efficiantur usufructuariæ in bonis, tàm à primo viro ex titulo lucrativo obventis, quàm ex
4 communium filiorum successione quæsitis, cum
5 filios ex priori matrimonio susceptos, habentes, alias contraxerint nuptias: illis enim proprietatem servare tenetur, ex dispositione, *l. fœmina 3. in princip. & in §. illud C. de secund. nupt.*
6 idque in viro secundò nubente locum etiam obtinere, voluit ibi *gloss.* quam *Bart. & DD.* communitèr sequuntur, ex traditis per *Consil. Hodierna, in q.21. super l. hac edictali, C. de secund. nupt. n.2.* ubi ampliat in avo, & avia, proa-
7 vo, & proavia, ex *Aretino, & Boerio,* ibi relatis,
8 & procedit etiam ad beneficium filiæ fœminæ prioris matrimonij, quamvis à statuto, aut propria renunciatione exclusæ; unde si moritur mater, cui filius masculus successit, exclusa fœmina vigore Statuti, moritur, deinde masculus, eique pater succedit, qui demùm, secunda accepta uxore decessit, superstite uno masculo, ex tali secundo matrimonio, & filia prioris matrimonij, hæc habebit bona materna ad patrem perventa, mediante successione filij, ut notabilitèr dicit obtinuisse *Salycet. in d. §. illud,* sequuntur *Soccin.* & alij, quos refert *Nevizan. in sylva nupt. lib.2. in verbo. Diviti non est nubendum, num.75. in versic. Amplio primò,* idem est si filia in patris beneficium renunciavisset, quia renunciatio non extenditur ad illud, quod pater postea sua culpa perdidit, ut per *Guidon. Papa in decis.228. & Molfes. in Comment. ad Consuetud. Neap. p 4. in tit. de renunciat. q 1. n.35.*
9 Sed cum nullus ex priore matrimonio superest filius, aùt filia, quibus sit reservanda proprietas, eam binubi coniuges non amittunt, ut cavetur in eodem §. *illud* supra relato, nec
10 filius prioris mariti cum alia uxore susceptus, & sic frater consanguineus filij primi matrimonij defuncti locum faciet ammissioni proprietatis, per matrem binubam acquisitæ in bonis illius, quia in beneficium consanguinei non applicantur pœnæ secundò nubentium, ità *Anchoran. in cons.278. Barz. in decis. Bonon. 185. n. 58. Thor. in compend. decis. Regni p. 2. in verbo Frater consanguineus, Reg. de Marin. in lib. 1. resolut. Iuris cap.273. num.3. in fine.*
11 Nec tamen binuba mulier ab alimentorum petitione excluditur, si egena sit, & virum ino-
12 pem habeat, à quo ali non possit; est enim tunc alenda ab hæredibus primi viri, ut post *Bald. in cons.86. num.1. vol. 2.* aliosque plures probat *Amat. in lib. 1. variar. resol. cap.49. num.75.* sive à filijs prioris matrimonij, iuxta tradita per *Surd. in tract. de aliment. tit. 1 q.108. num.3.* &
13 idem esse mortuo secundo viro, affirmat idem *Surd,* ibidem *q.22. num.6.* ubi *num.12. & seqq.*
14 matrem viduam esse quoque dotandam ait à filijs primi matrimonij, ut secundò nubere pos-
15 sit, quando iuvenis reperiretur, & pulchra; timor autem incontinentiæ, & inhonestatis subesset; quinimò etiam difformem à filijs do-
16 tem accipere debere, ob incontinentiæ periculum, & ne meretricari cogatur cum honoris detrimento, ex *Fontanell. in tract. de pact. nuptial. lib. clans.5. glos.2. num.24. & seqq.* alijsque magis communem esse DD. sententiam firmat *Consil. Hodierna* in relata *l. hac edictali, q.5. num.37. & in q.26. num.38.*
17 Pœnæ autem secundò nubentium, tametsi fuerint de Iure Canonico sublatæ, ut in *cap. pen. & finali, de secund. nupt.* nihilominus in eo, quod
18 respiciunt cõmodum filiorum, illibatæ reman-
19 serunt; & propterea dispositio prædictæ *l. fœminæ,* non tàm in pœnam secundarum nuptiarum, quàm in favorem filiorum primi matrimo-
20 nij introducta, ut bona laboribus primi viri quæsita filijs eiusdem matrimonij reserventur,
21 remanet incorrecta, ut de communi DD. sententia testantur *Afflict. in decis.75. nu 5.* & post eum *Ursill. in addit. num.14.* & probant alij per *Hodiern.* adducti in præallegata *q.21. num.53.*
22 ubi tamen *n.16.* pœnas à viro remitti posse ait
23 uxori, etiam intra annum luctus nubenti, quidquid aliud sentiat *Farinac. in 2. par. fragment. criminal.* in verbo *Mulier, num. 403.* & confirmat

11 *Paragium filijs fœminis in Regno debetur pro modo facultatum, & numero filiorum.*

12 *Paragium a parilitate dictum, quæ in viro, & uxore consideratur, ut fœmina pari nubat, & num 13.*

14 *Paragium fuit loco legitimæ subrogatum.*

Licet in multis differat a legitima remissivè, num. 15.

Et signantèr quia in pecunia debetur, non sicut legitima, in corporibus hæreditarijs, n 16.

18 *Clausula,* omni modo meliori *operatur, ut possit sententia obtineri pro omnibus, quod fuit in libello comprehensum.*

Saltem ex lata significatione, ut n. 17.

19 *Paragium, & Ius illud petendi transmittitur in hæredes, sicut legitima.*

Pro valore tamen legitimæ, n. 20. & 21.

22 *Paragium, arbitrio Iudicis taxatur, & 23.*

24 *Filiæ, aut neptis ex ea præterita impugnare non possunt testamentum patris, vel avi, stantibus masculis a statuto vocatis, cum onere dotandi fœminas de paragio, & n. 25.*

26 *Condictio ex lege competit pro paragio.*

Quæ tanquam actio personalis, durat triginta annis, n. 27.

28 *Præscriptio non currit contra filiam bona materna possidentem, ad eam excludendam a paragio, super eis debito.*

29 *Temporalia in agendo, sunt perpetua in excipiendo.*

30 *Dos data filiæ, imputatur in legitimam, nepotibus ex ea.*

Si dos in eos perveniat, n. 31.

32 *Mobilia præsumuntur consumpta, per tantum temporis spatium, quo verisimilitèr consumi possunt.*

Unde mulieri consulitur, quòd ea tradat viro in dotem æstimata, ut sit viri periculum consumptionis, n. 33. 34 & 35.

36 *Mobilia decennio consumpta præsumuntur secundùm aliquos.*

37 *Testes de iudicio non probant, & n. 38.*

39 *Disponendi facultatem habens, si decedat ab intestato, tacitè in venientes ab intestato disposuisse censetur, & n. 40.*

Etsi testatus decedat absque alia expressione in hæredem institutum disponere intelligitur, num. 40.

41 *Filius familias de bonis à patre donatis, cum facultate disponendi, & alienandi potest absque alio patris consensu disponere.*

42 *Filius familias habitans seorsum à patre contrahere, & disponere potest, absque patris consensu.*

43 *Dos minuitur ex impensis, circa res dotales factis.*

44 *Interesse tertiarum in Regno debetur ad rationem quinque pro centenario.*

45 *Compensatio de liquido ad illiquidum non admittitur.*

Fallit primò, si infra breve tempus Iudicis arbitrio fieri potest liquidatio, n. 46.

Secundò fallit, cum ageretur de impediendo cursum usurarum, n. 47. & 48.

Tertiò limitatur, si ex facto, & malitia debitoris liquidatio delata fuerit, n. 49. & 50.

CAPUT LXXXIII.

De Paragio filiabus debito, quæ per masculos excluduntur, ad formam *Constitutionis Regni Neapolis*, quæ incipit: *In aliquibus, sub tit. de filijs Comitum, & Baronum.*

1 Filij masculi, unà cum fœmi-
nis, ad parentum successio-
nē admissi, masculini, & fœ-
2 mininī sexus differētia sub-
lata, de novissimo *Authen-*
ticorum Iure, in tit. de hære-
dib. ab intest. venientib. § 1.
3 fuerunt ex Municipali huius Regni Neapoli-
tani Iure vocati, exclusis fœminis, cum onere
4 tamen eas dotandi de paragio, ut in *Const.* eius-
dem Regni incipiente: *In aliquibus, sub tit. de*
success. filior. Comit. & Baron. quæ licèt in patris
5 successione tantùm loqui videatur, etiam in
materna hæreditate locum habet, ut pluries in
S.C.Neap. iudicatum testantur *Præs. de Franch.*
in decis. 171. *num.* 1. *Reg. Capycius Latr. in decis.*
135. *lib.* 2. undè filiæ fœminæ ad partem non
6 admittuntur in successione utriusque parentis,
faciunt nihilominùs partem in computatione
legitimę filiorum, ut practicari, & pro absolu-
to haberi ex eod. *de Franch. in decis.* 549. firmat
Consil. Paschal. in tract. de virib. patria potest. p. 2.
cap. 4. *n.* 28.

Hæc autem statutaria dispositio, masculos
fœminis præferens, operatur, quòd etsi Iure
7 Communi inspecto, filij appellatione filia con-
tinetur, *l. iusta* 201. *ff. de verb. significat.* licèt fra-
8 tris nomen, sororem non comprehendat: quia
9 masculinus, & fœmininus sexus diversi, tūc no-
minis esse dicuntur, *Iason*, & alij, quos refert,
& sequitur *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.* 4.
cap. 84. *num.* 12. & post eum *Reg. Rovit. in cons.*
10 82. *num.* 8. *lib.* 2. attamen, stante Statuto præ-
dicto fœminarum exclusivo propter masculos
in filiorum vocatione, filij masculi cum eadem
prælationis prærogativa, vocati censentur, ex
traditis per *Peregrin. in tract. de fideicommis. ar-*
tic. 19. *num.* 26. & *Fusar. in tract. de substit. q.* 311.
num. 42. & *seqq.* & *q.* 379. *n.* 6.
11 Sed paragium sororibus præstari ordinatur
in prædicta Regni Constitutione pro modo fa-
cultatum, ex filiorum superstitum numero à
12 parilitate dictū, quæ in viro, & uxore conside-
ratur, ut fœmina pari nubat, inspecta eius, &

13 viri conditione, atque dignitate, iuxtà nomi-
nis paragij ethymologiam ab *Andrea* relatam
in *d.Constitut.in aliquibus, circa finem, in versic.*
attenditur ergo, quem sequitur *Petrus de Gre-*
gor.in tract.de dote de paragio,q.1.num.1. & fuit
14 paragium loco legitimæ subrogatum *Consil.*
Theodor.in alleg.81.num.3. alijque plures ad-
ducti per *Thor.in supplem.Compend.decis.Regni,*
in verbo Paragium debitum Monialibus, quam-
15 vis in multis à legitima differre, ostendat *Nea-*
podan.in Consuetud.Neap.incip. Si moriatur, sub
tit.de success.ab intestato,à num. 51. quibus ad-
16 dendum est, in hoc etiam à legitima differre,
quòd non debetur, sicut illa in corporibus hæ-
reditatis, sed in pecunia, ut post *Caput. in d.*
Consuetud.p.2.§.13.num.2. docuit *Consil. Pro-*
venzal.in observ.13.super Consuetud. prædicta,
n.4.in fine, & seq.

Vnde à nobis inferebatur pro hæredibus
quondam Lucretiæ Santoniæ Baronissæ Turri-
cellæ filiæ quondam Elisabettæ Massa, conven-
tis ab hæredibus quond. Petri Massa, Elisabettæ
patris in S.R.C.Neap. in causa, quam *in præced.*
cap. 45. retulimus, super restitutione dotium
prædictæ quondam Elisabettæ propter obitum
Lucretiæ filiæ ab intestato, iuxta conventa in
eius tabulis nuptialibus, licito iure ab eis fuisse
retentionis exceptionem oppositam pro para-
gio, Lucretiæ nepti ex filia debito in bonis avi
ex propria eius persona, stante concursu filio-
rum masculorum ad formam prædictæ Regni
Constitutionis; quod quidem paragium, tan-
quàm legitimæ loco, ut iam diximus subroga-
tum, sub legitimæ petitione, ab hæredibus Lu-
cretiæ facta censeri poterat, saltèm ex lata si-
17 gnificatione comprehensum, quod sufficere
18 pro sententia obtinenda in vim clausulæ *om-*
ni meliori modo, in libello adiectæ, scribit *An-*
na post Bart. & Speculat.in alleg.6.num.10. se-
quuntur alij, quos refert *Barbosa in tract.clau-*
sular.claus.95.num.54. & quamvis à Lucretia
19 vivente non petitum fuerat hoc paragium, at-
que ius illud petendi, non alitèr, ac legitima
in eius hæredes transmissum, ut decisum refert
Præs.de Franch.in decis.618. & alij per *Viscon-*
tem in suis conclusionib.in verbo Paragium, pro
20 concurrenti tamē legitimæ quantitate, nō pro
21 eo, quod illam auget paragij causa, ut mulier
pari nubat; id enim ad hæredes non transmit-
titur, ex *Loffredi* distinctione *in cons.26. num.*
29.versic.hoc tamen intellige, quam sequuntur
post alios *Consil.de Georgio in alleg.11.num.17.*
& *Provenzal.in observ. 15. super dicta Consue-*
tud.si moriatur, cum ipse paragij quantitatem
22 prius dixisset, esse arbitrariam, & quandoque
23 ad legitimæ summam ascendere, quandoque
legitima minorem, vel maiorem esse in *præce-*
denti observ.22.per totam.

Neque obstabat, quòd paragium hoc, sive
legitima, contra testamentum petita, sicut ipsa
inofficiosi quærela, quinquennio præscribatur:
24 siquidem neptis ex filia, sicut filia ipsa prætери-
ta, non potest testamentum avi impugnare,
quando filij masculi fuerunt in eo vocati, ser-
vata forma *Regni Constitutionis prædicta in ali-*
quibus, ut post *Neapod.* & alios probant *Mi-*
nad.super d.Const.in 1.notabili,num.63.de Fran-
ch.in decis.149.num.7. alijque plenè relati per
Melfes.in Comment.ad Consuetud. Neap.p. 4. q.
18.num.3. ubi rationem subdit *num.4.* quia pa-
25 ter, instituendo filium hæredem, tacitè cense-
tur illum gravare, ut servata forma Statuti sol-
vat sorori paragium, in quo censetur illam in-
stituere hæredem, & propterea non potest te-
stamentum illud quærelare, ut ipse dicit *n. 1.*
26 consequi tamen potest paragium, pro quo con-
dictionem ex lege, *seu Constitutione in aliquibus*
competere, post alios docuerunt *Petrus de Gre-*
gor.in d.tract.de dote de paragio,q.2.in fine, & q.
38.num.2. Reg.de Ponte in cons.50. num.5. lib.
27 2. quæ sanè condictio ex lege, tanquàm perso-
nalis actio, durat triginta annis, ut *in l.2.C.de*
constit.pecun. & alijs relatis affirmat *Afflict.in*
in decis.139. num.6. quinimò è triginta anno-
rum tempore subducitur tempus, quo neptis
ipsa, dotes maternas possedit: nàm contra se
28 ipsam præscriptio non currit, cum à se ipsis
contra se ipsos actio non possit intentari, ut
ex *Menoch.in cons.1019.num.4. Gratiano in lib.*
4.discept.forens. cap.602. num.3. & alijs tradit
Merlin.in tract.de legitima,lib.5.tit.3. q.10. in
fine, ultra quòd non principalitèr per viam
actionis, sed incidentèr retentio exceptionis
29 iure opponitur; quæ autem temporalia sunt
in agendo, perpetua sunt in excipiendo, vul-
gatis iuribus in *l.purè 5. §.fin. de doli except.* &
in l.licèt 5. C. de except.cum concord. per Barbos.
in axiom.28.

In hoc tamen paragium à nepote ex filia
petitum, dos filiæ data, minimè veniebat im-
30 putanda: quamvis enim regularitèr dos data
filiæ nepotibus ex ea in legitimam imputetur,
secundùm *Bart.in l.quartam,num 12. C. ad leg.*
falcid. pluresque alios postea relatos à *Reg.de*
Marin.in lib.1. resol cap.251. Consiliar. Pa-
schal.de patr.potest.part.2.cap.4.nu.153. D.Scop-
pa ad decis.Gratian.observat.235. num.46. hoc
tamen intelligitur in dote illa, quæ penes ne-
31 potem, sive eius hæredes pervenit, non autem
in ea, quæ restitutionis oneri, remanet obno-
xia ex pacto in dotantis, eiusque hæredum be-
neficium apposito

Cum etiam ultra duc.3723. pro paragio in
bonis avi retinendos iuxta calculum iam con-
fectum ex ducatis quatuormille in partem do-
tium solutis, quorum restitutio fuit petita, alij
duc. saltèm qoingentum, arbitrio boni viri, de-
ducendi veniebant ex causa præsumptæ con-
sumptionis bonorum mobilium pro duc. mil-
le, & quingentum in dotem datorum spatio
annorum sexdecim, quibus matrimonium, &
filiæ vita perduraverant: præsumitur enim mo-

32 bi-

32 bilium conſumptio per tantum temporis ſpa-
tium,quo veriſimilitèr conſumi poſſunt, iuxta
probandi formam communitèr receptam, ex
*Bart.in l.quod preſens 3.num. eod. C. de muri le-
gulis,lib.*11. & alijs apud *Cala in tract. de modo
articulandi, in tit.de prima ſpecie probator. qua
fit per teſtes,num.*491. & per *Conſ.Pratum in lib.
1.diſcept.forenſ.cap.36.nu.45.*per *Capon.in tract.
de dote ad l.2.ff.ſol.matrim. q.4. num.*48. obi ex
hoc poſt *Fontanell.* affirmat, eſſe mulieri ſem-
33 per conſulendum, quòd res mobiles æſtima-
tas in dotem tradat: quia ſic periculum con-
34 ſumptionis mariti erit,ſicur aliud fortuito caſu
contingens,ut ex *Baldo in l.ſi inter C. de Iure
dot.* inquit *Sebaſtian.de Medicis in tract. de
Fortuit.caſib.p.*1. *q.*11. *num.* 46. per rationem,
quam habent *Reg.Galeota tom.2.controv.*40. *n.*
1. & 2.*Reg.de Marinis,tom.*1. *quotid. reſol.cap.*
91.*num.*3.ubi *D.Rodeer.in addit. num.*6. & alij
plures,quos ſequitur *D.Scoppa ad deciſ.Gratian.
obſervat.*12.*num.*1.& *ſeqq.* dum tamèn ea æſti-
35 matione tradantur, quæ venditionem indu-
cat, ut ex *l.plerumque* 21.& *l.quoties* 17.*ff.de
Iure dot.*idem *Capon.*intelligit in *praecedenti q.*
5.*ad Rub.eiuſdem tit.ff ſol.matrim. num.*12. alij
36 tamen, decennio mobilium conſumptionem
præſumi affirmant, inter quos *Carpan in Com-
ment.ad Stat.Mediol.cap.*300.*num.*57. ubi al-
legat *Bart. Alex. & Afflict.* hoc de decennio
non dicentes, licèt nonnulli teſtes ex adverſo
producti,abſque concludenti ratione depoſuiſ-
ſent,conſumptionem mobilium in valore du-
catorum tercentum tantùm fuiſſe eorum iudi-
ciò ſubſequutam, nulla facta mobilium bonorũ
37 ſpecifica expreſſione, qui tanquàm de iudicio
deponentes,nullam inducebant probationem,
ut per *Gramatic.in conſ.civili* 164.*num.*1. & 2.
ex *Bart.*rationem,aſſignantem:nam ex teſtibus
38 iudices evadent,& *in deciſ.*103.*num.*21. cœte-
roſque à *Farinac.*congeſtos *in tract. de teſtib. q.*
68.*n.*32.& *ſeq.*

Alij duc.mille,erant ſimilitèr deducendi, de
quibus Eliſabetta facoltatem habuerat à do-
tante,tàm in vita, quàm in ultima voluntate
39 diſponendi ſuper dotibus, eaque ab inteſtato
decedens,uſa fuiſſe præſumebatur,tacitè filiam
ab inteſtato venientem vocando, *l.conficiuntur
8.ff.de Iure Codicillor.* cum alijs plenè traditis
per *Praſ.de Franch.in deciſ.*45.& 600. & *Surd.
in deciſ.*272. facoltas enim diſponendi conſu-
matur, tàm per hæredis univerſalis inſtitutio-
nem in teſtamento factam ab eo, qui facultа-
tem habebat, quàm per illius obitum ab inte-
ſtato: ſiquidem utroque caſu tacitè cenſetur in
40 hæredem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato
venientem de quantitate, cuius diſpoſitio fuit
reſervata, diſpoſuiſſe, *Menoch.conſ.*1130.*num.*
23.& *ſeqq.lib.*12. *Peregrin. in tract. de fideicom.
artic.*40.*num.*52.& *ſeqq. Fuſ.in tract.de ſubſti-
tut.q.*550. quibus nec obſtabat,fuiſſe Eliſabet-
tam in patria poteſtate, & proinde inteſtabi-
41 lem, ſtante expreſſa facultate diſponendi de
ducatis mille à patre dotante conceſſa, quam
ſufficit præceſſiſſe, *l.filius familias* 7.§ *item vi-
deamus,ff.de donat.Oltrad.conſ.*26.*Conſil. Mar-
cian.in conſ.*68.*num.*2.& 8.*lib.*2.ſaltèm,ut de
illis diſponere potuiſſet,tacitè,vel expreſsè per
donationis contractum inter vivos, aut mortis
cauſa, non obſtante *Pragm. Regni de Senatus
Conſulto Macedoniano*, loquente in filio fami-
42 lias habitante ſeorſum à patre,locum non ha-
bente,quos quidem ducatos mille, tanquàm à
quond Auguſtino Santonio,Lucretiæ,patre,&
viro Eliſabettę matris debitos, Lucretia filia
iam habuerat, ex hereditate paterna infra ma-
iorem bonorum mobilium valorem, poſtea
43 uſu conſumptorum; expenſæ verò in hac lite,
tanquàm circa res dotales factæ, dotem paritèr
minuebant,cuius reſtitutio petebatur,*l.impen-
ſa* 14.cum *l.ſeq.ff.de impenſ.in reb.dot alib.factis*,
de quo latè *Capon.in q.4.ad Rub. ff.ſol. matrim.
num.*8.& 14.*cum ſeqq.*

Nec deberi dicebamus, alios ducatos quin-
gentum ab eiſdem hæredibus quond. Petri
Maſſa petitos, pro ſorte annuorum ducatorum
quadraginta in illius beneficium venditorum
à quondam Auguſtino Santonio patre Lucre-
tiæ, ſed ſortem ipſam fuiſſe compenſandam
cum quantitate è converſo per eos debita in-
fra maiorem ſommam, pro tertijs exactis à no-
mine debitoris exigibili, in dotem promiſſo
quond. Eliſabettæ Maſſa, Lucretiæ matri, &
inexigibili reperto,ut in *praced.obſerv.*45. me-
minimus, unà cum ipſarum tertiarum intereſ-
44 ſe, quod in Regno deberi ad rationem quin-
que pro centenario ex inveterato ſtylo, ita
paſſim iudicandi, teſtantur omnes, quos colli-
gunt *Reg. Merlin. in lib.2.controv.forenſ.cap.*
42 *num.*30. & *ſeqq.Thor. in Cod.rer. indicatar.*
45 *caſu civili* 36.*num.*17.& *ſeq.* quod enim dici-
tur compenſationem de liquido ad illiquidum
regularitèr non admitti,ex *l.fin.C.de compenſat.*
46 locum habet, niſi infra breve tempus iudicia
arbitrio remittendum, liquidatio fieri poſſit,
*Anna alleg.*80.*Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.*2.
47 *caſu* 14. vel niſi de impediendo uſurarum cur-
ſu,ſive conventionalium, ſive ex mora debita-
48 rum ageretur: quia tunc ipſo iure compenſa-
tio fit, & liquidatio poſteà facta ad tempus
compenſationis faciendæ retrotrahitur, *l.*4. 5.
& 11.*ff.de compenſat.Coſta in tract. de retrotract.
caſu* 4.*cap.*9.*num.*13.*Fontanella de pact. nuptia-
lib.clauſ.*6.*gloſſa* 2.*p.*6.*num.*67. *Leotard.de uſur.*
49 *q* 84.*num.*9.& *ſeqq.* itèm niſi ex facto, & mali-
tia debitoris, liquidatio dilata fuerit, quo caſu
50 pro facta haberi debet,cum per eum ſtet, nè fi-
at,*l.in omnibus* 40.*ff.de reg.Iur. Leotard.*ibi *nu.*
6.& 7.*Reg.Capyc.Latr.in deciſ.*133. *num.*38. &
*ſeqq.lib.*2. quæ omnia in facto concurrebant.

Sed adhùc non fuit explicata proviſio ſuper
capitibus prædictis reſervata in decreto Sacri
Conſilij,ut in antecedenti *cap.*45. deduximus.

R E R V M S V M M A.

1 *Filia fœmina per masculos excluduntur à successione parentum de Iure Regni Neapolis.*
Et Consuetudinario Civitatis eiusdem, n.3.
Cum onere tamen eas dotandi de paragio, n.2.
Differentibus autem successoribus eas maritare de paragio usque ad annos sexdecim completos, admittuntur ad successionem, & masculiatæ censentur, n.4.
5 *Masculiationis nomen incognitum de Iure Romano*
Sed in Regno Neapolis usuale est, ex ore Pragmaticorum ortum, n.6.
7 *Masculiatio, ut locum habeat, requiritur ætatis sexdecim annorum excessus.*
Et interpellatio congruo loco, & tempore facta successoribus, n.8 & 9.
Atque potentiam illos habere maritandi, & dotem dandi de paragio, n.10.
Quod malitiosè differant, num.11. usque ad num.14.
15 *Laudum Arbitrorum quanto debeat læsione laborare, ut recursus ad arbitrium boni viri concedatur? Iudicis arbitrio remittitur.*
16 *Masculiatio ut evitetur, sufficit paragium offerre post eius liquidationem solvendum.*
17 *Minores in integrum restituuntur contra masculiationem sororum, & n.18. & 21.*
19 *Filia fœmina de Iure Consuetudinario Civitatis Neapolis, conditionaliter excluditur per masculos, si fuerit de paragio dotata.*
Sed quòd pura sit exclusio, vocatio autem sub conditione: si paragium non habuerit, verius esse iudicatur, n.20.
22 *Minores non privantur in integrum restitutione ab regressum, quem contra tutores habent ex eorum culpa, sive dolo.*
23 *Compromissi temporis prorogatio est partibus notificanda.*
Alias laudum inde sequutum est nullum, n.24.
Etiam data potestate procedendi, partibus non citatis, n.25.
26 *Arbitramentum, sive laudum contra mortuum prolatum est nullum.*
27 *Sententia contra mortuum est nulla.*
Tanquam deficiente una ex tribus personis in iudicio requisitis, n.28.
Etiam respectu litis consortium viventium individuis, n.29.
30 *Laudum est individuum.*
Et nullum unius respectu, nullum est, quòad omnes, n.31.
32 *Curator adulto non datur invito.*
Qui liberam habet, si velit bonorum suorum administrationem, n.33.
Limitatur in minore, sive pubere in iudicio convento, n.37.
Et in Regibus, alijsque Supremis Principibus, num.38.
34 *Curator à patre datus in testamento, indiget Iudicis confirmatione.*
Quæ fieri non potest, ante filij pubertatem, & sine eius consensu, n.35. & 36.
39 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani.*
40 D. Blasij de Boliaga *Regij Consiliarij laudes.*

C A P V T LXXXIV.

De Masculiatione filiabus fœminis concessa in successione parentum, ex *Neapolitana Consuetudine* incip. *Si moriatur in titulo de Successionibus ab intestato.*

1 Filiæ fœminæ in uno gravatæ ex Neapolitani Re-
gni Iure, quòd à parentum
2 successione per masculos
excluduntur, cum onere
eas dotandi de paragio, tū
attento *Regni Constitutione*
incipiente: *In aliquibus*, *in Rubr. de success. filior. Comit. & Baron*, de qua in *præcedenti cap.*
3 meminimus; tùm etiam ex Neapolitanæ Civitatis Consuetudine in scriptis redacta, quæ incipit: *Si moriatur, sub tit. de success. ab intestato*,
fuerunt in alio relevatæ ex eiusdem Consuetudinis beneficio, ut differentibus successoribus
4 eas de paragio maritare usque ad annos sexdecim completas, ad virilem admittantur portionem in bonis paternis, & maternis, & sic ma-
5 sculiatæ censeantur. Quod masculiationis nomen Iure Communi Romanorum incognitum,
6 usuale esse, & in Regni Tribunalibus ortum ex ore Pragmaticorum tradit *Consil. Provenzal. super eadem Consuetud. Si moriatur, observ. 18. nu.* 3. ubi tamen in *seq. observ. 21. cum plurib. seqq.*
7 ad masculiationem inducendam non sufficere ait simpliciter ætatis sexdecim annorum exces-
8 sum; sed requiri, quòd frater, vel nepos, qui successisse proponitur, fuerit congruo loco, & tem-
9 pore interpellatus, saltèm extraiudicialiter; &
10 potentiam habeat, ac maritandi facultatem; sed malitiosè differat maritare, & dotem dare
11 secundùm paragium, & facultates, iuxtà tradita per *Neapodan. & alios*, quos refert *Reg. Capyc. Latr. in decis. 59. à num. 7. lib. 1. & in decis. 125. lib. 2.* quibus in locis ita refert iudicatum in S C. Neap. & in utraque *decis. num.* 8. dicit, quòd
12 si frater à sororibus requisitus, ut eas nuptui tradat, non respondet, est illi tempus congruum à Iudice assignandum, ut respondendo declaret, si vult esse hæres solus, & dotem de paragio dare sororibus, vel eas ad virilem admittere, ex *Isernia* doctrina in *d. Constit. in aliquibus versic. quòd si requisitus, & versic. quid si vult esse hæres*, quam sequitur *Molfes. in Comment. ad*
Con-

Consuetud. Neap. p.4. q.4. num.3. & Neapodan. in eadem Consuetud. Si moriatur, in versic. eas au-
13 *tem*, fratrem teneri asserit, maritare sororem, cum primum potuerit, quod etiam voluit *Vrsill. in add. ad Afflict. decis.* 370. *num.* 2. Vnde omnia
14 Iudicis arbitrio subijciuntur, qui facultatibus, loco, & modo inspectis, cognoscere potest, an frater malitiosè distulerit maritare sororem? ut ex *Neapod. Pisanello*, atque *Molfesio* probat idem *Reg. Capyc. Latr. d. decis.* 59. *n.* 8.

Hæc omnia in causa fuerunt, ut à laudo per Arbitros electos prolato in beneficium D. Portiæ Moles, filiæ quond. Regij Consiliorij D. Anibalis Moles, eam declarante masculiatam, & succedere posse pro virili portione in bonis paternis: per filios masculos pupillos eius fratres, quorum partes tuebamur, petita reductione ad arbitrium boni viri, atque in integrum restitutione in S.C. Neap. ibique etiam propositis quibusdam nullitatibus de læsione, nedum enormi, sed enormissima, ex laudo causata, evidentèr
15 constare dicebamus, ut esset ab eo recursus ad arbitrium boni viri concedendus, atque nullum etiam laudum ipsum declarandum, licèt Iudicis arbitrio remittatur, quanta debeat esse læsio in arbitramento, ut concedatur huiusmodi recursus? quod ex magis communi DD. sententia affirmat *Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *casu* 73. *num.* 5. & post eum *Consil. Paschal. in tract. de virib. patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 43. stante enim, quòd deficiebat maritandi prompta potentia, & per consequens fratrum culpa, quibus extraiudicialitèr interpellatis, mediante
16 tutorum persona, sufficiebat offerre paragij solutionem, cum facta fuerit ipsius liquidatio ad masculiationem evitandam, ex *Consiliar. Provenzali in loco relato, observ.* 24. *num.* 15. quod
17 cum tutores facere omisissent, adversùs masculiationem exinde sequutam, minoribus in integrum restitutio competebat, ut in proprijs terminis post *Afflict. in decis.* 370 *in* 1. *dubio*, qui
18 refert ita iudicatum in S.R.C. Neap. affirmant *Molfes. in relata q.4. num.* 2. *Capyc. in d. Consuetud. si moriatur, p.1. §.10. num.* 24. *Consiliar. Provenzal. ibidem, observ.* 28. *num.* 8. & 31. *cum seq.* ubi non semel ita iudicatum fuisse testatur, quos omnes citat pro hac sententia *Bottilier. in tract. de successionib. ab intestato, cap.* 1. *theorem.* 36. *num.* 9. quamvis eam impugnet in *seq. n.* 12.
19 ex quo soror de Iure Consuetudinario Civitatis Neapolis conditionalitèr excluditur, dummodo fuerit de paragio dotata; unde cum conditio ex minorum parte non adimpleretur, cessat exclusio, & In integrum restitutio denegatur; sed hoc repugnet aliàs traditis ab eodem *Bottillerio in præcedenti theorem.* 32. *num.* 16. veriùs
20 esse affirmante, quòd sororis exclusio purè fiat per Consuetudines; masculiatio autem sub conditione inducatur, si frater à paragij solutione cessaverit; unde nefas esset in hoc à recepta Ma-
21 iorum nostrorum sententia, & rerum iudicatarum authoritate corroborata recedere, quam etiam sequuti fuerũt *Reg. de Tappia in Constitut. Regni, Minorum Iure, n.* 13. *Thor. in compend. de-*
22 *cis. Regni p.* 1. *in verbo minor pupillus*, neque ex eo, quòd minores regressum contra Tutores habere possint, ob eorum culpam, sive dolum impediuntur, in integrum restitutionis auxilium contra alios implorare, ut per *text. in l. etiã* 3. & *in l. fin. C. si tutor, vel curator intervenerit*, cũ concord. communitèr esse receptum post alios testatur *Sforsa Odd. in tract. de restitut. in integrum p.* 1 *q.* 22. *artic.* 3.
23 Quibus accedebant, nullitates aliæ contra laudum propositæ: scilicèt non fuisse temporis compromissi prorogationes partibus notifica-
24 tas, ex quo nullum reddebatur arbitramentum,
25 etiam data potestate procedendi, partibus non citatis, ut aliàs diximus *in præcedenti cap.* 54. *n.* 24. ex *Capyc. in decis.* 93. *num.* 5. & *Reg. Ravito in pragm.* 1. *num.* 50. *de arbitris*, cum alijs, quos sequitur *D. Scoppa ad decis. Gravian. observat.* 62. *num* 43 & quòd fuerit laudum promulgatum
26 contra mortuos: nempè quondam Dominum Thomam, & D. Mauritium Moles, duos, ex quinque filijs prædicti Regij Consiliarij iam
27 vita functos, quæ mors actoris, vel rei, si nullam
28 reddit sententiam, deficiente una ex tribus personis in iudicio requisitis, *l. in summa* 19. §. *fin. ff. de re iudic.* cum alijs per nos adducendis in *sequenti cap.* 91. ubi nullitatem hanc operari
29 dicemus in individuis, etiam respectu litis cõsortium viventium, ut probat ex pluribus *Reg. Capyc. Latr. in decis.* 83. *num.* 9. & *seqq.* tit. 2. à fortiori hoc dicendum erit in laudo, quod est
30 de sui natura Individuum, etsi nullum est uni-
31 us respectu, nullum erit quoad omnes, ut per *Præs. de Franch. in decis.* 171. *in fine*, aliosque à *Reg. Rovita* relatos in *pragm.* 2. *de arbitris, num.* 23. cum etiam non fuisset D. Rodericus Moles, alter ex quinque fratribus citatus, iam pubes effectus, ut ex hoc à tutorum potestate liberatus: nàm etsi illi fuissent à patre, nedum Tutores filiorum, sed pro tempore quoque Curatores te-
32 stamento relicti, quia tamen curator adulto non datur invito, ut in §. *item inviti, Instit. de curatorib.* nec à patre filio adulto relinqui po-
33 test in testamento, cum ipse liberam habeat, si velit, bonorum suorum administrationem, ut probatur in *l. si curatorem habens* 3. *C. de in inte-*
34 *grum restitut.* unde curatoris datio à patre in testamento facta, Indiget Iudicis confirmatio-
35 ne, eaque fieri non potest, antequàm pupillus efficiatur pubes, curatorisque dationi consentiat, ut ex *l. curatorem* 6. *C. de negot. gestis*, probat ibi alios adducens *Baldaxar de Angelis in prato super Codice*, improbans ex hoc tanquàm erro-
36 nea, decreta preambuli declarantia, simplicitèr tutores ex testamento, ac pro tempore curatores pupillorum, non expectata eorum pubertate, atque consensu in curatoris datione, post *Consiliar. Paschal. in d. tract. de virib. patriæ potestat.*

ſtat. par.3. cap.9. num. 51. ex magis communi DD.ſententia comprobantem, nbi *num.ſeq.* li-
37 mitat in adnlto in iudicio convento, & in
38 Regibus, aliiſque Supremis Principibus, quibus etiam invitis, curatorem dari affirmat, ut etiam ducnit *Stephan. Gratian. in lib.2. diſcept. foreaſ.cap* 225.*num.*1.5.& 28.*cum ſeqq.*
39 Fuit propterea proviſum in Sacro Conſilio Neapolitano, ſub die 4.Iulij 1659. quòd ſuſpenſo laudo infra quatuor dies audiantur
40 partes, referente *D. Blaſio de Boliaga* Regio Conſiliario Hyſpano in forenſibus Regni Controverſijs verſatiſſimo, qui poſtea fuit, unius ex Aulis Sacri Conſilij Præfectus, apùd Lombardum Actuarium.

RERVM SVMMA.

1 *Paſcua, ſive Saltus inter Principum Iura connumerantur.*
2 *Saltus propriè ſunt, agri inculti, ubi pecus paſci poſſit.*
*Ab antiquis Saltus, à Latinis Nemora nuncupati, num.*3.
4 *Paſcua, ſeù Herbagia ſunt de Regalibus.*
*Nec per alium poſſideri poſſunt, quam per Regem in locis demanialibus, n.*5.
*Et per Baronem in locis Baronia, n.*6.
*Niſi titulum poſſeſſionis alter oſtendat, n.*7.
8 *Paſcua, Nemora, & Herbagia in Regno Neapolis ſunt Baronum in locis eorum.*
*Ex forma privilegiorum, & Conſuetudine, n.*9.
10 *Paſcua, & deſerta camporum abundant in partibus Apulia Regni Neapolis.*
11 *Dobana Menepecudum in Regno Neapolis à Sereniſſimo Rege Ferdinando Primo inſtituta*
*Cum eius Tribunali in Civitate Fogia, à fovearum multitudine ità nuncapata, n.*12.
13 *Dobana Menepecudum Apulia munus eſt, territoria, & paſcua locare ad uſum pecudum, aliorumque animalium.*
*Ex qua locatione percipit Regia Curia annuos ducatos fere centum quadraginta mille, num.*14.
15 *Dobana Menepecudum Apulia locati, fori privilegio gaudent.*
*De quo plura remiſſivè, n.*16.
17 *Dobana Menepecudum Apulia pro uſu pecudum ipſius, loca ſua locat, & ab alijs capere ſolita, pro pretio ſemel conſtituto.*
*Qua ordinaria loca appellantur, n.*18.
Extraordinaria verò, qua non ſunt ſolita capi à Regia Curia, ſed ſi alijs locantur pro herbagijs, in eorum conductione ipſa praefertur, num. 19.& 20.
21 *Paſcuorum in locatione, Princeps pro eodem pretio praefertur.*
22 *Paſcua extraordinaria, per Dominos ad libitum vendi poſſunt, ceſſante neceſſitate Regia Dobana Menepecudum in Regno Neapolis.*
*Qua neceſſitas eſt propterea denuncianda a Regio Dobanerio in die Sancti Luca, cuiuſlibet anni, n.*23.& 24.
25 *Dobana Menepecudum Apulia capere non poteſt pro paſcuis animalium territoria non ſolita capi, qua pro Civium uſu deſerviunt.*
*Et alias tertia pars fuit pro uſu ſeminatorum reſervata, n.*26.
*Quandoque etiam dimidia, n.*27.
28 *Dominium praſumitur ex poſſeſſione de praſenti allegata, cum de eo incidentèr diſputari contingit.*
29 *Venditio quid, & quantum comprehendat? ex pretio dignoſcitur.*
*Quin res vendita praſumitur iuſto pretio, n.*30.
31 *Deciſio Tribunalis Regia Camera Summaria Neapolis refertur.*

CAPVT LXXXV.

De Paſcuis, & Saltibus Principi ſpectantibus, ad *text. in l.*1. *C. de fundis. & Saltibus rei Dominica lib.*11.

1 INter alia Principis Iura, Saltus, atque Paſcua fuiſſe probatur in *l.*1. *C. de fund.*
2 *& saltib. rei dominicæ, lib.* 11. ſunt propriè Saltus, agri inculti, ubi pecus paſci poſſit, ab eorum uſu, Saltus nominati ab Anti-
3 quis, à Latinis Nemora, ut ex *Varrone* ait *Petr. Gregor. Tholoſan. in ſyntagm. Iur. p.*1. *lib.* 3. *cap.* 15.
4 Vnde paſcua, ſeu herbagia, de regalibus eſſe,
5 & prohibita per alium quàm p. r Regem in locis demanialibus p ſſideri, & in locis Baronis,
6 per alium, quàm per Baronem, nili titulum ſuæ
7 poſſeſſionis oſtendat, ex *Luca de Penna in l. qui namque, C. de fundis limitrophis, lib.*11. firmat *Capyc. in inveſtit. feud. in cap.* incipiente *Feudorum clauſula, in verſ. Planis, paſcuis, nemoribus,*
8 *herbagijs,* ubi quòd iſta in Regno Neapolis ſunt Baronum in eorum locis, ex forma privi-
9 legiorum, & Conſuetudine, quod confirmat *Reg. Rovit. in Rub. pragm. de paſcuis, foreſtis, & nemorib. n.*5.
10 Cum autem in partibus Apuliæ huius Regni ſint deſerta camporum, & abundantia paſcuorum, ut refert *Andreas de Iſernia in Conſtitut. Regni*, quæ incipit: *Cum per partes Apulia,*
11 fuit à Sereniſſimo Rege Ferdinando Primo Dohana Menepecudum inſtituta, cum eius
12 Tribunali in Civitate Fogiæ à fovearum multitudine denominatæ, cuius Dohanæ munus eſt
13 territoria, & paſcua locare ad uſum pecudum, cæterorumque animalium, ut per *Frec. in tract. de ſubfeud. lib.*2. *in* 46. *auth. Baronum, num.* 12. *& ſeqq.* & per *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.*4.§.8.*num.*46.*cum ſeqq.* ubi quòd ex

14 hac

14 hac locatione percipit Regia Curia annuos
ducatos fere centum quadraginta mille: & de
15 fori privilegio, quod habent locati prædictæ
16 Regiæ Dohanæ, plura congerit *Casarus in speculo peregrin. quæst. quæstion.* 15.
17 Nedum verò prædicta Dohana Menapecudum Apuliæ pro usu pecudum dictæ Dohanæ, loca sua locata, & ab alijs capere solita pro certo pretio semel constituto, quæ ordinaria ap-
18 pellantur; verùm etiam non solita capi, si pro
19 herbagijs locantur à Dominis ipsorum, in quo-
20 rum conductione Regia Curia præfertur, si illis opus habet, ut valeat ea Dominis animalium sublocare, quæ extraordinaria vocantur:
21 Princeps enim in Pascuorum locatione, soluto eodem pretio, præfertur pro animalibus, quæ in ipsa Dohana fidantur, iuxta ea, quæ post DD. in *l. 1. cum seqq. C. de pascuis publicis, lib.* 11. tradit *Capiblanc. in tract. de Iure, & officio Baron. in pragm.* 11. *num.* 16. hæc autem extraordi-
22 naria herbagia, cessante necessitate Regiæ Dohanæ, per eorum Dominos ad libitum vendi posse, sancitum fuit in *cap.* 28. *Comitis Ripacursa*, inter Capitula, & Gratias Fidelissimæ Civitati, & Regno Neapolis concessas, *fol.* 68. ut
23 propterea fuerit postea iniunctum Regio Dohanerio Dohanæ prædictæ, quòd in die Sancti Lucæ cuiuslibet anni, declarare habeat herbagia, quibus indiget pro Regia Dohana, ut de
24 reliquis eorum Domini disponere possint, in *cap.* 6. *Cæsarea Maiestatis ibidem, fol.* 109. de quibus meminit *Ioann. Baptista Thor. in addition. ad de Ponte in d. §.* 8. *num.* 47. non tamen capere
25 potest Dohanerius territoria non solita Regiæ Dohanæ, quæ deserviunt pro usu Civium, ut fuit à Regia Camera declaratum in Anno 1560 in causa Universitatis Tarenti, ut in decreto prædictæ Regiæ Cameræ 231. ex recollectis à *Reg. de Marin.* post *decis. Regen. Reverter.* & aliàs de anno 1551. fuit ab eadem Regia Camera
26 iudicatum, remanere debere tertiam partem pro usu seminatorum, ut in alio decreto 220. ex eisdem recollectis ab eodem *Regente de*
27 *Marin.* pro ut dimidia pars defensæ fuit aliàs pro semine reservata in causa Illustris Marchionis Lavelli, ut testatur idem *Revert. in decis.* 436 *in fine.*

Ex quibus optimum ius fovere dicebamus, tàm in petitorio, quàm in possessorio, Illustrem Principem Carpini, & Cagnani Ducem, in causa vertente cum Regio Fisco in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, circa facultatem eidem, tanquàm utili Domino Castrorum prædictorum, eorumque Civibus competente seminandi in parte defensarum in eis existentium, quæ dicuntur *delle Fosse*, & *S. Maria*, non obstante quòd earum usus fuerit Regiæ Curiæ reservatus: siquidem ex his, quæ in facto deducebantur, in dubium revocari non poterat, quòd Defensæ prædictæ sint in Dominio Baronis: tùm quia
28 erant ab eo possessæ; & in dubio ex possessione de præsenti allegata, dominium præsumi, cum de eo contingerit incidentèr disputari, per *l. sive possideris* 16. *C. de probationib.* post alios ostendunt *Menoch. in tract. de præsumpt. lib.* 6. *cap.* 63. *num.* 74. *& seqq. Mascard. in tract. de probat. conclus.* 540. *num.* 21. tùm etiam, quia Defensæ prædictæ non reperiebantur captæ pro servitio Regiæ Curiæ, tempore Serenissimi Regis Alphonsi Primi, sed in Anno 1551. tempore Cæsareæ Maiestatis Serenissimi Imperatoris Caroli V. gloriosæ memoriæ, in conventione inhita super pretio pasculorum sumendorum pro servitio Regiæ Curiæ, cum Barone Castrorum prædictorum Cagnani, & Carpini, per Illustrem D. Ferdinandum de Sangro, tunc temporis Dohanerium Regiæ Dohanæ Menepecudum Apuliæ, fuit expressè declaratum, quòd remanebant Defensæ prædictæ Baroni liberæ, & absque ullo onere pasculi Regiæ Curiæ, ex alijs Territorijs demanialibus eorumdem Castrorum capiendi; tùm denique, nàm ita fuit decreto eiusdem Regiæ Cameræ de Anno 1605. determinatum, in quo reintegrantur in beneficium Regiæ Curiæ Territoria demanialia Castrorum prædictorum, tanquàm capi solita pro Regia Curia, exceptis defensis prædictis, quibus utitur Regia Curia pro pascuo pecudum, soluto pretio annuorum ducatorum biscentum.

Qui tamen usus intelligendus erat, excepta parte pro semine relinquenda, iuxtà præmissa, cum etiam ita cum Regia Curia pro præterito habuisset: fuit enim ex 14. testibus ab Anno 1558. probatum per immemorabile tempus (relicta parte pro pascuo pecudum eidem Regiæ Curiæ) in alia territoriorum, sive defensarũ parte à Civibus, & Barone satum fuisse pro recolligendis victualibus ad eorum usum, quibus omninò carerent, nisi in ea seminandi ius haberent, pro ut sic etiam fuerat ab eo tempora hucusque servatum, & à solitis fieri, validum est argumentum, *l. si quis donaturus* 29. *ff. de usufructu*, cum concord. apud *Barbos. in locis communibus argument. Iuris, loco* 101. & magis hoc locum habere dicebamus: quia summa ducatorum biscentum, quæ à Regia Curia solvebatur pro usu cuiuslibet anni, non correspondebat valori integri usus Defensarum, nisi remansisset ex eis quantitas pro seminando necessaria; ut propterea debuisset in hoc usu, pars pro semine
29 excepta intelligi: etenim ex pretio datur intelligi, quid, & quantum fuerit in venditione
30 comprehensum? quia res vendita præsumitur iusto pretio, ex *gloss. in l.* 3. *ff. de superficie*, cum alijs latè adductis per *Manticam in tract. de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib* 4. *tit.* 9. *nu.* 8. quem sequitur post alios *Reg. Capyc. Latr. in decis.* 37. *num.* 8. *& seq. lib.* 1.

Erat itàque pars à Civibus, & Barone seminari solita pro eorum usu relinquenda, & ita
31 audivimus fuisse postea iudicatum in Tribunali prædictæ Regiæ Cameræ de Anno 1669.

RE-

R E R V M S V M M A.

1 *Homines, vel sui sunt, vel alieni Iuris.*
2 *Filij ex legitimo matrimonio procreati, sunt in potestate patris.*
Quæ patria potestas à Civili Iure descendit, n. 3.
Et semper, patre vivente præsumitur, n. 4.
Neque modus, ex quo illa dissolvitur, præsumi debet, nisi probetur, n. 5.
6 *Emancipatio filij regulariter non præsumitur.*
Et ut valeat, quomodo fieri debet, num. 7. usque ad 11.
8 *Publici Iuris quæ sunt, non nisi publica authoritate tolluntur.*
12 *Emancipatio per procuratorem tenet, nisi ratificetur.*
Aut parte non opponente, n. 13.
14 *Filius semel à patris potestate liberatus per emãcipationem in illam amplius non revertitur.*
Dummodò exiverit ab ea, ex patris voluntate, ad hoc destinata, ut sui Iuris efficiatur, nu. 15. usque ad 19.
20 *Filia per matrimonium à patris potestate liberatur ex Neapolitana Consuetudine.*
Sed viro mortuo reincidit in potestatem patris, num. 21.
22 *Pater est quasi Dominus bonorum filij.*
Quorum est legitimus administrator, n. 23.
Et pro eis potest in iudicio solus comparere, num. 24.
Atque illa sine decreto utilitèr alienare ex necessaria causa, n. 25.
26 *Pater pro filio maiore septennio, comparere non potest in iudicio, sine illius consensu.*
Contrarium veriùs esse probatur, num. 27. 29. & 30.
28 *Intellectus* l. fin. C. de bonis, quæ liberis.
31 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolis refertur.*
32 D. Flaminius de Constantio Regius Consiliarius *laudatur.*

C A P V T LXXXVI.

De Patria potestate circa iudicium filij nomine agitandum, ad *text. in l. 1. C. de bonis maternis.*

1 INtet multiplices personarum divisiones, illa non inferiorem locũ obtinet, quæ homines indicat, sui esse, vel alieni iuris, ut in *Rub. fff. de ijs qui sunt sui, vel alieni Iuris*; alieni autem Iuris præ cœteris esse æxistimantur liberi ex iustis
2 nuptijs procreati, qui sunt in patris potestate constituti, ex dispositione *l. 3. & 4. ff. eod. tit.* quæ
3 quidem patria potestas, ex Civili Iure descendens, ut in *l. patre furioso* 8. cum ibi notatis per *gloss. in verbo moribus ff. eod.* patre vivente præ-
4 sumitur, ut plenè post *Bartol.* & alios docuit *Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 55.*
5 *num. 7. & seq.* ubi nec præsumi dicit modum aliquem, ex ibi enumeratis, quibus Ius patriæ potestatis solvitur, nisi probetur, inferens ad
6 emancipationem, quam regularitèr non præsumi, ex *l. si filius* 8. *ff. de probat.* & ex communi DD. sententia affirmat etiam *Mascard. in tract. de probat. in conclus. 597. tom. 1.* neque validam
7 esse, nisi Iudicis decreto accedente; cum publi-
8 ca authoritate tolli debere, que publici Iuris sunt, ex *Angelo in l. post mortem, num. 8. ff. de adoptien.* firmat *Consil. Paschal. in tract. de virib. patria potest. p. 1. cap. 1. num. 2.* & in *cap. 6. num. 130*
9 ubi neque sufficere dicit, quòd fiat coràm Notario, & Iudice chartulario: quidquid alij con-
10 trarium sentiant, ibi relati. & cum eis *Maranta in spec. p. 4. distinct. 18. num. 4.* maximè proce-
11 dere affirmans in Regno nostro, in quo Regius Iudex ad contractus, in contractuum stipula-
12 tione adhibetur; nec per procuratorem validè fieri emancipationis actum, nisi ratificatio subsequatur, idem *Paschal.* affirmat *in eodem cap. 6. num. 129.* ad quod præ cœteris adducit *Caravitam in Comment. ad pragm. 1. de Senat. Consulto Maced. §. 12. num. 9. & 10.* qui limitat parte
13 non opponente, & *num. 50. & seq.* dicit, filium
14 semel à paterna potestate liberatum per emancipationem, amplius in illam non reverti, ex *l. qui liberatus 12. ff. de adoption.* dummodò exive-
15 rit à paterna potestate, voluntate patris, merè destinata ad effectum, ut sui Iuris efficiatur, quo
16 casu reincidere non potest, nisi patri pauperi alimenta denegando; secùs vero esse, quando
17 fuisset à patria potestate liberatus ex quadam consequentia, & ex patris voluntate ad hoc
18 principalitèr non ordinata: ut si propter patris vel ipsius Monacationem fuisset emancipatio
19 facta, quæ resolvitur, patre, aut filio ad sæculum restituto authoritate Summi Pontificis:
20 quemadmodum filia etiam ex matrimonio liberata, per *Consuetud. Neap.* incipiente: *Sed si mulier, in tit. de filia famil. nubente,* mortuo ma-
21 rito reincidit in potestatem patris, ut iudicatum refert in S.R.C. Neap. *Grammatic. in decis. 54.* quem refert, & sequitur *Molfes. in Comment. ad Consuetud. Neap. p. 1. cap. 3. nu. 8.*
22 Ex hac patris in filios potestate descendit, ut ipse sit quodammodo dominus bonorum filij,
23 pro quibus tanquàm legitimus administrator,
24 valeat solus in iudicio comparere, ac si verè Dominus esset, iuxta tradita in *l. 1. C. de bonis maternis* & in *l. cum oportet 6 §. non autem*, ibi: *plenissimam potestatem, C. de bonis quæ liberis*, de quo latè *Arius Pinell. in repetit. d. l. 1. p. 2. num.*
25 *16. cum seqq.* eaque possit utilitèr, & ex causa necessaria alienare absque decreto, ut receptam esse DD. sententiam affirmat *Consil. Hodierna ad decis. Surd. 179. nu. 8. & seqq.*

Et

Et quamvis *Innocent. in cap. accedens, de procuratorib. n. 1.* in filio maiore septennio illius
26 consensum requiri, concludat, ut possit pater
agere, nomine filij, ex dispositione *text. in l. fin.
§. ubi autem in unum, C. eod. tit. de bonis, quæ liberis*, quæ videtur expressè restringere patris po-
testatem in filio maiore septennio, pro qua opi-
nione plures adducit idem *Consil. Paschal. in d.
p. 1. cap. 2. n. 3.*

Hæc tamen opinio, quemadmodùm in Iure
non probatur ex infra dicendis, ità communi-
tèr à DD. improbatur, quidquid aliud voluerit
Cons. Paschal. in loco proximè relato: etenim si
DD. authoritates intuemur, pugnat in primis
pro affirmativa opinione, quòd possit solus pa-
ter agere absque consensu filij, licèt maioris
septennio, *Bart.* authoritas in *l. 1. C. de bonis
matern. n. 1. Bald. ibid. num. 8.* hanc dicit verio-
27 rem opinionem; eamdem à nostris indistinctè
teneri, refert *Paulus de Castro ibidem, num. 2.
versic. dicit tamen*, eamque communem esse legi-
starum sententiam, testatur *Imola in l. fin. §. pupillus, num. 3. ff. de verb. obligat. Aretin. ibidem
num. 5. Anton. Gama in decis. Lusitana 77. nu. 2.
& Florez de Mena in addit. ad eamdem Gama
decis. Valascus in consultat. Lusitana 57. num. 1.*
& magis communem, atque veriorem esse, &
quotidie practicari etiam testatur *Covaglies
pract. quest. commun. contra commun. quest. 380.
num. 40.*

Ex quibus hæc opinio magis communis, ve-
rissima, atque receptior ostenditur, cui etiam
28 Iuris authoritas suffragatur; neq; enim amplis-
sima potestas patri concessa per *l. 1. C. de bonis
maternis*, censeri potest ex alia subsequenti di-
spositione *l. fin. §. ubi autem, C. de bonis, quæ liberis*, incontinenti revocata; tùm ad correctio-
nis præsumptionem evitandam; tùm quia non
est ultra casum expressum, in quo loquitur, pro-
trahenda.

Libet igitur illius legis dispositionem exa-
minare, quæ solùm loquitur in hæreditatis ad-
29 ventitiæ aditione, in qua cum de maximo
agatur filij præiudicio, ratione damni, quod ex
hæreditatis aditione facta per patrem, eius no-
mine pateretur, optimo Iure sancitum fuit in
d. l. fin. quòd si filius fuerit in secunda ætate
constitutus, tunc si recusaverit hæreditatem
adire, poterit pater adire, qui omne suscipiet
in se fortunæ periculum, ut in *§. Sancimus*, Si
verò concordes fuerint in aditione pater, & fi-
lius, pater suscipiet, & movebit actiones, adhi-
beatur autem, etiam filiorum consensus, ut in *§.
ubi autem*, & quòd *text. in d. §. ubi autem*, loqua-
tur in hæreditate adventitia, in alijs verò ad-
ventitijs remaneat incorrecta dispositio *l. 1. C. de
bonis maternis*, amplissimam tribuens patri po-
testatem, ita intelligunt *Corn. in ead. l. 1.* ante
num. 3. versic. Sed tu, & post eum *Gama in d. decis. Lusitana 77. num. 2.* ubi dicit, ita communi-
tèr intelligi dispositionem *text.* in relato *§. ubi
autem.*

Sed contrariæ opinionis defensores, adhùc
solum patrem agere posse dicunt, ubi non habet
30 filius iustam causam contradicendi, ut patet
ex *Angel. Paulo de Castro, Fulgos.* & alijs ad hoc
plenè relatis per *Pinell. in repetit. d. l. 1. C. de bonis
matern. p. 1. num. 66. post medium, versic. illud
autem.*

Unde, vel quia verior, & receptior est opinio
affirmativa, vel quia iustam non habebat filius
contradicendi causam in iudicio per patrem
ipsius nomine intentato in S.R.C. Neap. in quo
de recuperatione dotium maternarum ageba-
tur, impediri non posse dicebamus, progressum
31 ad ulteriora: pro ut ità provisum fuit decreto
ab eodem S.C. interposito, sub die 5. Maij 1638
quòd procedatur ad expeditionem causæ, op-
positis non obstantibus, in causa Horatij, &
Marij de Lutijs, cum Eugenia, Beatrice, & An-
tonia de Valentone, quod fuit postea confir-
matum, facto verbo loco reclamationis, ad rela-
32 tionem *Reg. Consiliarij D. Flaminij de Constantio*
viri quidem, prudentia, nobilitate, atque do-
ctrina praeclari. Actuarius de Scacciavento.

RERUM SUMMA.

1 *Pluralitas præsumitur in rebus, & corporibus, quidquid sit in personis, & actionibus.*

2 *Identitas rei ab allegante probari debet.*

3 *Pluralitas rei probari debet ab illo, qui se fundat in ea.*

4 *Inventarium probat, bona in eo descripta esse in hæreditate.*

Quamvis in eo adsit clausula, cum potestate addendi, vel diminuendi, *n. 5.*

Præsertim contra hæredem, donec ipse de errore docuerit, n. 6.

7 *Identitas rei per duorum confinium identitatem probatur.*

Ampliatur, ut locum habeat, etiam si alij confines non convenirent, n. 8.

Intellige quando solum unus confinis discordaret, secus si duo, vel plures, num. 9.

Secundò declara, ut locum non habeat, quando nomen loci, utrique rei non conveniret, n. 11.

Tertiò fallit prænarrata conclusio stante diversitate mensura utriusque prædij, vel rei, num. 12.

Quartò, quando confines sunt incerti, & generales, alijs rebus communes, n. 13.

Ut sunt coherentia via publica, fluminum, & similia, n. 14.

10 *Præsumptio una aliam tollit.*

CAPVT LXXXVII.

De Pluralitate, vel identitate rerum præsumenda, vel probanda, ad *text. in l.in testamento quidam 27.ff.de conditionibus,& demonstrationib.*

1 PLuralitas rerum, & corpo-
rum in dubio præsumitur;
quidquid aliud sit, ubi de
personis,vel actibus agitur
secundùm magis receptam
opinionem, de qua plenè
per *Vrsill.* post *Afflict. in*
*decis.*23.*num.*12. per *Barz.*
*in decis.Bonon.*2.*nu.*30.per *Surd.in decis.Mant.*
339.*num.*6. *Gratian. in lib.*4. *discept.forens. cap.*
790.*num.*6.
2 Vel secundùm veriorem opinionem identi-
tas ab illo probari debet, qui eam,tanquàm suæ
intentionis fundamentum allegat,& è conver-
3 so, qui se fundat in pluralitate,debet eam pro-
bare,ut veriorem esse testantur, alijs etiam rela-
tis,*Menoch.in tract. de præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*
15.*num.*2. *Mascard.in tract. de probat.conclus.*
875.*num.*11.*p.*1. *& conclus.*1179. *num.*57. *&*
*seqq.p.*2.
Qualibet autem ex prædictis opinionibus
admissa, veniebat in facti contingentia iudi-
candum,in liquidatione facienda in S.R.C.
Neap. ad instantiam Clesiæ Cesarioæ valoris
bonorum hæreditariorum quond. Iudictæ de
Martino, omninò includendum esse valorem
territorij existentis in Civitate Theani, vulgò
dicti *dello Fesconaro*,per hæredem in inventario
descripti, quamvis ex parte Lucretiæ de Mar-
tino hæredis prætenderetur, illud fuisse dupli-
catum, atque esse idem cum alio Territorio,in
eodem inventario adnotato,quod nuncupaba-
tur *dello Fusaro*, existente in eadem Civitate
Theani;ex quo enim fuerant hæc territoria,dis-
iunctim, & separatè per Lucretiam hæredem
in inventario descripta,contra ipsam hæredem
4 præsumptio oriebatur, tot esse bona in hæredi-
tate, quot fuerunt per eam adnotata, non ob-
5 stante clausula, *cum potestate addendi,vel dimi-*
6 *nuendi*, quinimò plena fides inventario adhi-
benda erat contra hæredem, donec ipsa de er-
rore docuisset, argumento *text. in l.fin. C.ar-*
bitrium tutela,firmant post alios *Sebast. Montic.*
*in tract.divers.de Inuent.q.*232 *nu.*16.*& q.*234.
*num.*222. *Gratian.discept.forens.lib.*4. *cap.*765.
*num.*59.*& seq. & Cancer. in lib.*3. *variar.resol.*
*cap.*2.*num.*4. *&* 5.
Identitas autem unius,cum alio prædio,non
fuerat per dictam hæredem aliqua concluden-
ti demonstratione probata: quamvis enim in
7 duobus,& pluribus confinibus, prædia illa in-
ter se convenirent, & regularitèr duæ demon-
strationes sufficiant ad probandam identita-
8 tem;quidquid enim ultra illas adijcitur, frustra
est,& non vitiat,ut in *l.*1.*§.fin.ff.de dote prælog.*
& ex doctrina *Bartol. in l.demonstratio falsa, ff.*
de condit.& demonstrat. tradunt *Roland.à Valle*
*in cons.*67.*lib.*2. *Menoch.de arbitrar. Iudic.lib.*
2.*cent.*2.*casu* 105.*num.*12.*Bursat.*qui hanc opi-
nionem communem, & receptam esse dicit in
*cons.*143.*num.*88.*lib.*2. *& Gratian. in lib.*1. *di-*
*scept.*3.*n.*12.*& lib.*5.*cap.*912. *num.*33.
Nihilominus, quia in hoc facto, in duabus
alijs demonstrationibus,unum territorium cum
alio non conveniebant, scilicèt in loco, &
quantitate,cum alterum in loco dicto,*dello Fe-*
sconaro,modiorum novem, aliud verò in loco
dicto,*dello Fusaro*,modiorum duodecim,in hæ-
reditate remansisse, legebantur;propterea suc-
cedebat limitatio ad hoc dictum *Bartoli in d.*
l.demonstratio falsa, quòd per duorum confi-
nium convenientiam,dicatur identitas proba-
ta, quamvis aliæ demonstrationes fuerunt ex-
pressæ,& duæ conveniunt,solùm tertia differt;
9 secùs autem est,quando quatuor,aùt plures ex-
primerentur, & duæ, vel plures convenirent,
aliæ duæ,vel plures discordarent:hoc enim ca-
su dubia res redditur: una enim præsumptio
10 tollit aliam, *l. Divus* 8.*ff.de in integr.restit.*cum
concord.apùd *Barbos.in axiom. Iur.*186.*num.*2.
*& D.Scoppa ad decis.Gratian. observat.*103. *nu.*
3.neque tunc dici potest identitas probata, ut
pulchrè declarat *Alex. in l.si nomine, C.de te-*
*stam.& in cons.*73.*num.*8.*lib.*3.sequuntur *Vrsill.*
*ad Afflict.decis.*23.*num.*11. *in fine, Menoch. de*
*præsumpt.lib.*6.*præsumpt.*15. *num.*30. *Mascard.*
*de probat.conclus.*199. *num.*13 *& conclus.*874.
*n.*4.*p.*1.
Quæ opinio quatenùs aliquam reciperet pos-
set probabilem contradictionem in terminis,
de quibus agebatur; indubitantèr procedebat
11 ex pluribus.Primò,quia non erat probata iden-
titas, per demonstrationem loci, cum duobus
confinibus:quia nomen loci unius prædij, cum
alio discrepabat, quo casu non sufficit ad pro-
bandum corporum unitatem, confinium iden-
titas,tanquàm incertorum, & generalium, quæ
possent etiam alijs bonis convenire, ad quod
facit optimus *text. in l.in testamento quidam*
27.*ff.de condit.& demonstrat.*ubi fortiùs,una ex
tribus demonstrationibus falsa vitiat, & in ex-
presso hoc voluit, ita opinionum dissentionem
conciliando,*Peregrin.in tract.de fideicomm. art.*
44.*num.*51.
12 Secundò propter mensuræ diversitatem in-
ter utrumque prædium efficacior identitatis
probatio sequitebatur per identitatem loci,
cum duobus confinibus,ut per doctrinam *Bar-*
*tolis in l.demonstratio falsa,q.*7.*num.*14. *ff. de con-*
*dit.& demonstrat.*docuit in puncto *Gratian. in*
lib.

lib.4.discept.forens.cap.790.num.7. & quia con-
13 stabat in facto,demonstrationes, sive confines duobus illis Territorijs communes, alijs quoque pluribus Territorijs in iudicio deductis convenire,propter incertitudinem, & generalitatem confinium,magis in ambiguo res reddebatur, & obscurata identitatis probatio, ad *text. in l.duo sunt Titij 30.ff.de Testament. tutela*, observat *Surd.in cons.235.num.18. lib.2.* & post alios idem *Gratian.in lib.5. discept. forens.cap. 883.num.2. & seq.* præsertim quando confines
14 adiecti sunt,ut in casu præenarrato,coherentia viæ publicæ, fluminum, & similia, quæ omnes demonstrationes certæ dici non possunt, cum pluribus, & diversis locis, Terris, & rebus conveniant, argumento *text. in l.qua conditio 79. §.fin ff.de condit.& demonstrat.* ut post *Bart. & Riminald.* adnotavit *Bursat.in cons.162. num. 90.lib.2.*

Pendet relatio de prædictis facienda in Sacro Consilio,in 2.*vol.* Processuum Ioannis Fräcisci de Angelis,cum illis de Martino,in Banca Simeonis pro Felice.

RERUM SUMMA.

1 *Disponendi facultas in bonis antiquis restricta fuit per Neapolitanas Consuetudines.*
Et pro medietate tantùm permissa,n.2.3. & 4.
Intelligendo,ut n.5.6.7.& 8.

9 *Proximiores in medietate bonorum antiquorum testatoris, vocati per Consuetudinem Neapolitanam,an singulari Iure succedant,vel hereditario? traditur usque ad n. 19.*

20 *Hæreditatis aditio,& repudiatio,solo animo probatur.*
Et quomodo? exemplis ostenditur remissivè, num.21.

22 *Hæreditas ante aditionem, acquisita non dicitur.*

23 *Hæreditas non adita potest à debitore non acquiri,& repudiari in præiudicium creditorum.*

24 *Proximiores possunt eorum crediteribus nocere, non acquirendo portionem ipsis à Consuetudinibus Neapolis delatas.*

25 *Hæreditas non adita, non transmittitur ad hæredes.*
Sed perinde habetur, ac si defuncto delata non fuisset,n.26.
Fallit primò in hæreditate ascendentium, quæ transmittitur, etiam non adita,num.27. usque ad 30.
Secundò limitatur in herede infra annum iuris deliberandi decedente,postquàm sciverit hæreditatis delationem,n.31.& 32.
Tertiò fallit in minore, n.33.
Vel maiore ignorante delationem hæreditatis, num.34.
Qui restituuntur in integrum ad adeundam hæreditatem à defuncto non aditam, num.35. usque ad n.38.

39 *Clerici, & Ecclesiastica persona non comprehenduntur in Statutis, & Consuetudinibus laicorum,& n.42.*
Neque eorum bona,n.40.

41 *Statuta, & Consuetudines laicorum disponere prohibentia ligant laicos,etiam in Clericum,vel Ecclesiam disponentes.*

42 *Clerici, & Ecclesiastica persona non gaudent beneficio Neapolitanarum Consuetudinum.*
Neque possunt,ut agnati, vel cognati sustinere, aut impugnare dispositiones laicorum contra formam Consuetudinum,n.43.

44 *Proximiores cum reperiuntur Clerici, an per Neapolitanas Consuetudines vocati censeantur alij proximiores in gradu sequentes ad medietatem bonorum antiquorum? habetur ex num. 45.usque ad 48.*

49 *Consuetudines Neapolis,dispositionem prohibentes de medietate bonorum antiquorum, ad filiorum, & proximiorum beneficium emanaverunt.*
Unde,non procedunt, si proximiores sint Clerici in Laicorum Consuetudinibus non comprehensi,num.50.

51 *Proximior in medietate bonorum antiquorum vocatus per Consuetudines Neapolis, si reperiatur renunciatione exclusus,an ea proximiori in gradu sequenti deferatur? habetur ex n. 52.usque ad 97.*

55 *Renunciatio extinctivè facta dicitur,cum illi fit, de cuius agitur hæreditate.*
Vel quæ fit ab ingredientibus Monasterium, num.56.
Aut devoluendarum hæreditatum, secundùm aliquos,n.75.
Sed intelligitur,ut n.76.& 77.

57 *Agnatus renuncians iure succedendi,excludere se videtur ab agnatorum numero.*

58 *Religiosi postquam professi fuerunt Religionis vota,pro mortuis reputantur.*
Et non habent, neque velle,neque nolle, n.59.

60 *Monaci proprium non habent.*
Et Cappam,neque possident, sed Monasterij nomine detinent,n.61.
Ut si ea spolientur agere non possint, n.62.

63 *Monacus quando possit agere in iudicio? remissivè.*

64 *Renunciationes ab ingredientibus Monasterium fiunt, ut Deo serviant, Mundumque relinquant.*
Unde reales omnimoda,atque perpetua indicantur,n.65.
Et in vim repudiationis, & abstentionis resolvuntur,n.66.
Quibus perpetuò se excludunt, & pro mortuis habentur,n.67.

68 *Renunciatio an realis sit, vel personalis? mens contrahentium inspicitur.*
Non obstantibus amplissimis clausulis,nu. 69. usque ad n.72.

73 *Renunciatio monialis semper dicitur realis.*

Et locum habet, mortuis etiam filijs masculis, quos pater habebat renunciatarius, n.74.

78 *Renuncians hereditati devoluenda, facto casu devolutionis cogitur eam adire, ut in renunciatarium transferatur.*

Etsi Monacus sit, cogitur eius nomine, saltem cum illius interventu Monasterium adire, num.79.

Sed aditio non requiritur, si renuncians, suus hares sit, n.81.

De quo dubitandum esse dicitur, n.87.

80 *Hereditas ex Monaco, cui defertur, tanquàm per Canale, Monasterio derivatur.*

82 *Heres suus ipso iure adivisse intelligitur absque alia immixtione.*

Nisi abstensionis beneficium proponatur, n.83.

Sed contrarium, n.86.

84 *Monacus in patris potestate non est.*

Retinet nihilominus omnia privilegia suitatis, num.85.

88 *Filius ergo heres, regula procedit, filio agente uti herede.*

Nec procedit in hereditate matris, qua filios non habet in potestate, n.89.

Nec sufficit filium paterna bona possidere, n.90. usque ad n.94.

96 *Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, & nu.100.*

98 *Consuetudines Neapolis de bonorum antiquorum dispositione loquentes, sunt de bonis actualiter apprehensis intelligenda.*

Et in hereditate adita locum habent, ut n.99.

Atque procedunt in iuribus, & actionibus, ut num.100.

Qua tamen deduci possunt ad actum, & exerceri, n.101.

Non qua à futuro dependent eventu dubio, & incerto, n.102.

103 *Proximiores non transmittunt portionem ex Consuetudinibus Neapolis spectantem in bonis antiquis defuncti, non agnitam, & n.104.*

105 *Spes conditionalis ex contractu competens transmittitur ad heredes.*

106 *Ius conditionale in heredum persona purificatum est hereditarium.*

107 *Vsusfructus de per se est personalissimus.*

Sed stipulatus pro se, & heredibus, efficitur hereditarius, n.108.

Et ad heredem transit, cum qualitate hereditaria, n.109.

110 *Hereditas transmissa est de hereditate transmittentis.*

Eiusque creditoribus, & legatarijs obligata, num.111.

112 *Hereditarium dicitur acquisitum ex iure accrescendi in beneficium hereditatis post mortem testatoris.*

Et venit in fideicommissi restitutione, n.113.

114 *Filia renuncians paterna hereditati, illi, & non heredibus portionem renunciatam acquirit.*

Qua venit etiam in restitutione fideicommissi, num. 115.

CAPVT LXXXVIII.

De Proximioribus vocatis in medietate bonorum antiquorum testati decedentis per *Neapolitanam Consuetudinem* incipientem: *Si aliquis moriens, sub titulo de Successionibus ex testamento.*

1 DE iure Cõsuetudinario huius Civitatis Fidelissimæ, Neapolis, restricta fuit libera disponendi facultas in bonis antiquis provenientibus ab agnatis, & cognatis, ad medietatem
2 tantùm, reliqua dimidia
3 liberis reservata; & in eorum defectum proxi-
4 mioribus alijs ex latere, unde bona obvenerunt
ut in *Consuetudine* quæ incipit: *Si aliquis moriens, in tit. de success. ex testam.* & in sequenti *Consuetud. Et si testator, de success. morientis sine filijs.*
5 Quas tamen Consuetudines disponere prohiberent, in dispositione per ultimam volunta-
6 tem esse intelligendas, non autem locum habere in ea, quæ fit per actum inter vivos, dum-
7 modò non fiat in fraudem vocatorum, latè probat *Molfes. in Comment. ad easdem Neapolit. Consuetud. p.3. q.1*, ubi à *num.25.* plures enume-
8 rat fraudis coniecturas, & confirmat post alios *Consil. Hodiernu in addit. ad Surd. decision. 279. num.11.*
9 Hæc autem portio liberis, vel proximioribus debita, an singulari Iure, scilicèt ex providentia Consuetudinum, seu pacto Civium, an verò
10 Iure deferatur hæreditario? magnam esse inter
11 DD. controversiam, & satis arduam, atque difficilem quæstionem, ait *Reg. Capyc. Latr. in decis. 8. num. 8. in fine, & in decis. 117. num. 12. lib.*
12 *1.* ubi tamen, & *num. 25.* tenet, eam hæreditario Iure deberi, cum *Neapod. in glos. ad Consue-*
13 *tud.* prædictas, à cuius sententia recedere, du-
14 rum esse affirmat, maximè quia fuerunt eum sequuti *Præs. de Franch. in decis. 89. num. 2. in decis. 525. num. 8. & 536. in princip. Capyc. Minad. & Reg. de Ponte* ibi relati, quibus addi possunt *Bettil. in tract. de success. ab intest. theorem. 56. num. 17. & Consil. Staibun. in lib. 1. resol. forens. cap. 32. num. 17.* licèt contrariam latè sustineat
15 sententiam *Cons. Hodierna in addit. ad Surdi*
16 *decis. 138. à num. 24.* ubi limitat *num. 42.* si portio Consuetudinaria, cum hæreditate deferatur, & *num. 67.* dicit, hodie difficultatem cessare

io

17 in parta dotium filijs, aùt proximioribus de-
18 bita; quia, ut plurimum in pactum deducitur
in capitulis matrimonialibus, & nō tàm ex Cō-
19 suetudine, quàm ex pacto debetur, ut etiam
tradidit *Reg.Capyc.Latr.in relatis decis.8.nu.12.*
& 117.num.22.& 29. ubi refert iudicatum in
S.R.C. Neap.

Effectus verò est maximus, quòd hæreditario
Iure debeatur: præsertim, quia indiget aditio-
20 ne, sive agnitione, animo tantùm probanda,
verbis, aùt factis declarato, qua hæreditatis
aditio, & paritèr repudiatio probantur, ut plu-
21 ribus exemplis plenissimè declarant *Maran-
ta,in repet.l.Is potest,num.42.& seqq. ff.de acqui-
rend.hæred. Mantica in tract. de Coniect. ult. vo-
lunt.lib.12.à tit.9.usque ad 15.Mascard.in tract.
de probat.conclus.41.cum plurib.seqq. & conclus.*
22 *853.& 854.* ante enim aditionem hæreditatis
acquisita non dicitur, adeo ut possit à debitore
23 non acquiri, & repudiari in præiudicium cre-
ditorum, per *text.in l.qui autē 6.ff.quæ in fraud.
creditor.* de quò latè *Præs.de Franch.decis.101.
& Giz.in addit.ad prædictam decis.8. Reg. Ca-
pyc.Latr.*ubi *num.4.*idem esse dicit in hac por-
24 tione debita vigore Consuetudinum Neap.
quam posse à debitore non acquiri in damnum
creditorum, & ita bis fuisse in S.C.Neap. iudi-
catum, ut testantur *Consil.Arias de Mesa, &
Provenzal.ille in lib.2.var.resol. cap.41.nu.32.*
hic verò in *observat.ad Consuetud.Neap.in Con-
suetud.1.de successionib. ab intestato,observ.26.
num.7.*

25 Insuper si de Iure debetur hæreditario, non
transfertur ad hæredes hæc portio, nisi agnita
fuerit; sicut ad eos non transmittitur non adita
26 hæreditas, sed perinde habetur, ac si defuncto
delata non fuisset, *l.quoniam sororem 7. C.de
Iure deliberandi,*& per *Capyc.Latr.decis.84. lib.
1.*ubi *num.6.& seqq.& num.21.& 22.* limitat
27 in ascendentium hæreditate, quæ à descenden-
tibus in eorum potestate constitutis, etsi non
28 adita transmittitur ad quoscumque, etiam ex-
29 traneos hæredes, ex potentia suitatis, à de-
scendentibus verò in decedentium potestate
non existentibus ad liberos tantùm iure san-
30 guinis, sive noverint, sive ignoraverint, hæredi-
tatē ipsis fuisse delatam; limitatur etiam, in hæ-
rede infra annum iuris deliberandi decedente,
31 postquàm sciverit delatam hæreditatem, qui
32 residuum anni ad eius hæredes transmittit, ut
adire valeant, per *l.cum in antiquioribus 19.C.
de Iure delib.* ubi communitèr DD. quos refert
Gomes.in lib.1.variar.resol.cap.9.num.51. ad-
33 dens *num 53.in fine,& 56.*à minore, vel etiam
34 à maiore ignorante hæreditatem delatam trās-
35 mitti in hæredes beneficium in integrum resti-
tutionis ad hæreditatem à decedente non adi-
tam, adeundam, quod confirmant *Cavalcan.in
tract.de Tut.& Curat.num.72. & seq. Cancer,in
lib.1.variar.resol.cap.21.num.19.Sfortia Odd.in
tract.de restitut.in integr.q.1.q.50.artic.6.nu.58.
& 60.cum seqq.*ubi tamen in *seq.artic.8. nu.81.*
36 hoc restringit, nisi hæredes venirent ad exclu-
sionem personæ magis dilectæ primi defuncti,
de cuius hæreditate agitur, ad quod plura ad-
ducit *Anna in cons.1,num.26. & seqq.lib.1.* In-
telligit etiam idem *Odd.in d.tract.p.1.q.19.art.
4.per totum,*& signantèr *num.43.* in integrum
37 restitutionem esse petendam infra annum iu-
ris deliberandi, non infra quadriennium regu-
laritèr à Iure statutum ad petendam restitu-
tionem: quia contra lapsum petitur minoris
temporis quadriennio, cuius contrarium vo-
38 luisse videntur quadriennium, ad hos etiam
tribuentes, quod anni loco subrogatum esse
volunt *Simon de Pretis in tract. de interpetrat.
ultim.volunt.interpetrat.1.dubitat.5.solut.4.nu.
38.Caccheran.in cons.23.num.56.*

39 Et quia Neapolitanas Consuetudines, sicut
alia Statuta laicorum, Clericos, & Ecclesiasti-
40 cas personas, earumque bona, activè, & passivè
non comprehendere, tradidimus in *præcedenti
cap.70.à num.12.*præsertim ex *Molfes.& Capu-
to in Comment. ad Consuetud. prædictas* hoc in
præludijs §.3.num.3. illo vero in *p.2.tit.de per-
sonis,q.7.num 52,* hinc sequitur, memoratas
41 Consuetudines ligare laicos, etiam in Cleri-
cum, vel Ecclesiasticam personam disponentes,
ut pluties decisum testatur *Præs.de Franch. in
decis.411.num.4.* quem refert *Ther.in compend.
decis.Regni p.1.in verbo Laicus 2.*cum enim Cle-
42 rici, & Ecclesiasticæ personæ, Consuetudinario
Iuri non subiaceant, neque illius beneficio frui
43 possunt, ut agnati, vel cognati ad sustinendas,
vel impugnandas laici testatoris dispositiones,
ut ex *Capyc.in decis 98.* alijsque probat *Reg.de
Marin.in lib.1.resol.Iur.cap.53.num.18.*

44 Sed an tunc locum faciant ulterioribus agna-
tis, vel cognatis in gradu sequentibus, ut subin-
trent ad infringendam defuncti voluntatem,
& medietatem antiquorum bonorum obtinen-
45 dam? affirmative respondit *Montan.in controv.
forensi 11.num.2.*consulens propterea, *num.3.*
filio, vel agnato proximiori, si sit Clericus, vel
46 Ecclesiastica persona, quòd adveniente casu,
institutionis extranei hæredis, cum oneribus
fortè absorbentibus medietatem bonorum an-
tiquorum, de qua testator disponere potest, ali-
quid solvat hæredi instituto, ut repudiet hære-
ditatem, quod ab eo facilitèr obtinebit, cuius
non interest hæreditatem adire, dum alia me-
dietas potest ab agnatis, & cognatis in gradu
47 sequentibus avocari, & ita ob repudiationem
testamentarij hæredis, causa testati reduceretur
ad causam intestati, ut valeat Clericus univer-
sam habere hæreditatem ab intestato, per Iuris
communis dispositionem. Contrarium ex dia-
48 metro probavit *Reg.de Marin. Montani* dicta
refellens in *lib.2.resol.cap.56. num.4. & seqq.*
49 stante Consuetudinum dispositione ad filio-
rum, & proximiorum beneficium emanata;
50 unde si filij, vel proximiores Clerici sint, aut ali-
tèr

tèr Ecclesiasticæ personæ, nulla imponitur in
eos disponendi necessitas, tanquàm in Consue-
tudinario Iure non comprehensos.
51 Quid autem dicendum sit, cum proximior
agnatus, vel cognatus reperitur propria renun-
ciatione exclusus, an locum aperiat successioni
aliorum proximiorum in gradu sequentium in
Consuetudinaria portione, vel de ea libera
52 disponendi facultas decedenti remaneat, ut
etiam in extraneum disponere valeat? iuxta ea,
quæ post Capyc.in decis.190. aliosque plures af-
firmare videtur Molfes.ad Consuetud. Neap.p.4.
in tit.de renunciat.q.13. verè quæstio dependet
53 à renunciationis cognitione, si translativè, aut
extinctivè facta fuerit: primo enim casu renun-
54 ciatarius, vel eius hæredes ex renunciantis
persona succedentes, alios remotiores agnatos,
sive cognatos excludunt; secundo verò casu
abdicata renunciantis persona ulterioribus a-
gnatis, & cognatis portio Consuetudinis Iure
debita defertur, ut voluit Caput.in repetit.Con-
suetud.si moriatur, p.3.§.7.num.6. & 7. quem re-
fert, & sequitur Reg.de Marin.in d.lib.2. resol.
cap.191.n.7.
55 Extinctivè renunciatio facta dicitur, si illi
fiat de cuius hæreditate agitur: hæc enim com-
muniter ita fit, ut renuncians non succedat, ne-
que ius aliquod in renunciatarium, eiusque hæ-
redes transferatur; est itaque omninò extincti-
va, ut post Hieronymum Gabriel in cons.135 lib.
2. docuerunt Molfes.in d.tit. de renunciat. q.6.
num.23. Hodierna in repetit.l.hac adictali, C.de
secund.nupt.q.11.num.39.& 41. & in addit.ad
Surd.in decis.14.num.eod.Capyc. Latr.in consult.
77.num.47.lib.2.de Marin.d.lib.2. resol.cap.93.
num.12.& Consil.Reccus in responso 69.num.21.
lib.1.
56 Ulteriùs extinctivè facta censetur à Mona-
sterium ingredientibus renunciatio, qua se vi-
dentur excludere ab agnatorum numero, ad in-
57 stàr agnati, per pactum renunciantis iuri suc-
cedendi, ex l.1.§.quibus, ff.de successorio edicto,
etenim, Religionem ingressi pro mortuis repu-
58 tantur, cap.placuit 2.huius nominis 16.q.1. cum
alijs à Reg.Tappia relatis in repetit. auth.ingressi
C.de Sacros.Eccles.in verbo sua, cap.1.num.10.
59 nam habent, neque velle, neque nolle, cap.si Re-
ligiosus 27.de elect.in 6. cum alijs latè congestis
per Barbat.in tract.de divis.fruct.num p.2. cap.2.
60 à num.72. proprium verò non habent, cum &
61 cappam, neque possideant, sed Monasterij no-
62 mine detineant; quare si ea spolientur, agere
non possunt, glos.in cap.non dicatis, in verbo
possidere 12. q.1. quam refert pluribus additis,
63 quando monacus possit agere in iudicio, Felin.
in cap.cum dilecta, num.15. & seq. de rescript. re-
64 nunciant itaque, ut Deo serviant, Mundumque
65 relinquant; & propterea omninò reales, omni-
modæ, atque perpetuæ indicantur eorum re-
nunciationes, ut ex Præs.de Franch.in decis.375
Reg.Rovite in cons.42.43. & 44.lib.1. alijsque
affirmat Reg.Merlin in lib.1. controvers.forens.
cap.5.num.4. & post eum Reg. de Marin.in lib.
2.resol.cap.189.num.22. quæ in vim repudiatio-
66 nis, & abstentionis resolvuntur, ut renuncian-
tes, non quidem ius aliquod in renunciatarium,
aliosve transferre intelligantur, sed abdicativè
67 se excludant, & non temporalitèr, sed perpe-
tuò insuccessibiles reddantur, atque pro mor-
tuis habeantur, ità ex Georg.in alleg.29.num.22.
& alijs firmat Consil.Hodierna in controv.forensi
7.num.35.& seq.& num.39. licèt quemadmodũ
68 in renunciationibus sæcularium esse contra-
hentium mentẽ inspiciendam, circa realitatem,
vel personalitatem renunciationis, non obstan-
69 tibus amplissimis clausulis, etiam exprimenti-
70 bus, quod illa realis esse debeat, ex Bart. theori-
ca in l.qui Romæ, §.duo fratres, nu.34.ff.de verb.
oblig. post alios ab eo relatos firmat Reg. de Ma-
71 rin.in relato cap.189.num.71.& seq. idem esse
voluerunt in renunciatione q.17.nu.1. & seqq.
idem de Marin.in d.lib.2.cap.190.nu.6.& seqq.
Consil.Staiban.in lib.1.resol.forens.cap.85.nu.19.
& seq. qui tamen in novissimis addit. num.4. vi-
72 detur, quodammodo priorem revocavisse sen-
73 tentiam, dum scribit, renunciationem Monialis
semper dici realem, & locum habere mortuis
74 etiam filijs masculis patris, in quorum benefi-
cium fuerat à filia renunciatum, ex latè traditis
per Mastrill.in decis.65. asserentem ita fuisse in
Tribunali Regni Siciliæ iudicatum.
75 Tandèm aliqui censuerunt, renunciationes
omnes, quæ fiunt devoluendarum hæreditatum
extinctivas esse iudicandas, neque posse tran-
slativum effectum ante delatas, atque aditas hæ-
reditates operari, ut ex pluribus comprobavit
Georg.in præd.alleg.29.num.18.& seqq. Montan.
in controv.forensi 10. & alij, quos colligit An-
dreol.in lib.4.controv.forens.cap.310.nu.15. sed
76 hoc non videtur esse receptum, nisi quando
77 tempore delatæ successionis deficeret unum
ex duobus extremis necessarijs ad inducendam
retrotractionem à die delatæ successionis ad
diem factæ renunciationis; alioquin translati-
vè factas intelligi, secundùm Anna sententiam
in consil.45.num.41. & seqq. lib.1. post alios te-
statur Rovitus in decis.85.num.2. quem sequitur
plures addens Episcop. Afflict.in controvers. Iuris
resol.cap.16.num.24. & seqq. ubi tamen adve-
78 niente casu delationis hæreditatum, renunci-
antem cogendum esse, dicit eas adire, ut hære-
ditaria Iura in renunciatarium transferantur,
ex Præsid.de Franch.in decis.89. & alijs, quod
prosequitur in seqq.capitibus 17. & 18. ubi sub
79 num.19. etiam à Monasterio nomine Religio-
si renunciantis, esse aditionem faciendam, sal-
80 tèm cum interventu monaci, ex cuius persona,
tanquàm per Canale, Monasterio successionem
derivari, exemplificat idem Rovitus in cons.44.
n.23.lib.1.& licèt excipiat Episc. Afflict.in eod.
81 cap.18.num.41. ut necessaria non sit cedentis
82 aditio, qui suus hæres esset, nàm ex suitatis po-
ten-

tentia, aditio ipso iure insurgit absque immix-
83 tione alia, nisi abstensionis beneficium propo-
natur; quod suitatis ius etiam in Monaco in-
gresso Monasterium locum habet: is enim, licèt
84 in patris potestate non sit, retinet nihilominùs
85 omnia privilegia suitatis, *l. Deo nobis 55. C. de
Episcop. & Clericis Crassus in tract. de success. §.
86 suitas, q. 4. num. 8.* quia tamen hæc præsumpta
aditio absque immixtione repugnat receptis-
simæ DD. sententiæ, omninò immixtionis pro-
bationem requirenti, ut filius hæres dici possit,
de qua idem *Arias de Mesa* novæ huius opi-
nionis author ab eodem *Episcop. Afflict.* addu-
ctus testatur *in lib. 3. variar. resol. cap. 1. num. 15.*
87 *& 31.* non parum est de huius limitationis ve-
ritate dubitandum: regula enim, filius, ergo hæ-
88 res, procedit filio agentanti hærede, vel se sa-
lem declarante, ut ex magis communi DD. sen-
tentia declarat *Roland. a Valle in cons. 20. num.
18. lib. 1.* sequitur *Gratian. in lib. 2. discept. forens.
89 cap. 215. num. 15.* Intelligendo in hæreditate
patris, non matris, quæ filios non habet in po-
testate, ut ex *Magon. in decis. Lucensi 62. num.
13. & seq.* probat *Capyc. Latr. in decis. 127. nu. 4.
lib. 1.* licèt contra *Magon.* tenet *Caroc. in decis.*
90 *43.* quinimò neque sufficit, quòd filius pater-
na bona possideat, nisi tanquàm hæres illa pos-
91 sidere probetur: cum dicere possit, alia ex causa
92 possidere, eiusque declarationi cum iuramento
stari debeat, ut post *Ursill. in addit. ad Afflict.
decis. 372. num. 5. Mascard. in tract. de probat.
conclus. 45.* & alios probat *Consil. Paschal. in
tract. de virib. patr. potest. p. 4. cap. 1. num. 21. &
93 seq.* sed si filius rem aliquam hæreditariam, pro
legitima sibi competente possidere asserat, ex
94 hoc hæres esse probatur: quia legitimam, non
potest sine tota hæreditate sibi delata habere,
*Bart. in l. gerit, num. 22. ff. de acquir. heredit. Mo-
ticul. & Phanuc. in tract. divers. de invent.* ille
in q. 234. num. 18 & hic *in q. 224. num. 10.*

95 Et nihilominus, cum translativè fit alicui
pro se, suisque hæredibus, & successoribus re-
nunciatio devoluendæ hæreditatis, decedente
renunciatario antequàm sibi deferatur hæredi-
tas, dicitur in eius hæreditate remansisse, ius
cogendi renunciantem ad adeundum in bene-
ficium hæredum renunciatarij, in quo iure si ab
agnato, vel cognato proveniat, locum habent
Neapolitanæ Consuetudines de antiquis bonis
96 loquentes, cum veniant bonorum appellatio-
ne iura, & actiones, *l. bonorum 49. ff. de verb. si-
gnific.* cum concord. apùd *Barbos. in tract. de ap-
pellat. verbor. Iur. significat. appellat. 35. num. 1.* &
97 proinde, in hoc iure exclusis per renunciatio-
nem agnatis, vel cognatis proximioribus, alij
sequentes in gradu succedunt pro medietate
Consuetudinum Iure debita, ut in specie firma-
vit *Episcop. Afflict. in relato cap. 18. num 22.* ex
hoc in dubium revocans *Roviti* determinatio-
nem in causa quadam de utriusque partis con-
sensu sibi commissa ab Excellentissimo Prorege,
ut solus iudicaret; de qua in prædicta eius *dec.
85.* dum nulla facta aditione per Religiosos,
qui renunciaverant, eorumque Monasterio hæ-
redi cessionarij portioné renunciatam adiudi-
cavit, quæ tamen tanquàm hæredi ex defuncti
contractu quæsita, & ab agnato proveniens, su-
biacere debebat Consuetudinum dispositioni
in beneficium aliorum agnatorum: siquidem
ex pacto cum cessionario defuncto inito tene-
bantur renunciantes hæreditatem cessam, cum
deferabatur adita ad cessionarij, vel eius hæredi-
taris beneficium, ut omnia iura, & bona renun-
ciata consequerentur.

Neque resistit, spem illam incertam subiectã
non esse prohibitioni disponendi per Consue-
98 tudines inductæ, quam non habere locum, nisi
in bonis actualiter apprehensis, & in hæredita-
99 te adita, non autem solùm delata, ex *Napod. in
Consuetud.: Etsi testator, num. 33.* & alijs sibi sua-
sum affirmat *Reg. Rovit. ibidem, num. 29.* & quòd
100 licèt Consuetudines procedant in iuribus, &
actionibus, quæ bonorum appellatione conti-
nentur, ut diximus, hoc sit intelligendum in
101 iuribus, & actionibus, quæ tunc deduci pos-
102 sunt, & exerceri, non tamen in illis, quæ à fu-
turo pendent eventu dubio, & incerto, ut pro-
sequitur, *n. 30.*

103. Quod enim ibi *Neapodan.* affirmat, ad por-
tionem ipsam Consuetudinario Iure debitam,
104 refertur, ut non agnita, eoque magis non de-
lata, neque transmittatur, tanquàm hæreditario
iure competens, secundùm eius opinionem iam
105 supra relatam; spes verò licèt conditionalia
ex renunciationis contractu quæsita succeden-
di, cum casus evenerit, ad hæredes transmitti-
tur, ut *in §. ex conditionali, Instit. de verb. oblig.*
& per *Gomes. lib. 2. var. resol. cap. 11. num. 36. Ca-
pyc. Latr. in decis. 2. num. 9. & seqq.* ubi refert in-
dicatum, & in *decis. 34. num. 12. & 13. Hodiern.
in addit. ad Surd. decis. 144. num. 3.* hoc idem
Rovit. admittit *in loco relato, num. 15. & 25. &
106 num. 18.* ubi, quòd etsi, cum in hæredum per-
sona conditio verificatur, ab ipsis incipiat per
aditionem; est nihilominùs portio adita hære-
107 ditaria, ad similitudinem ususfructus, qui li-
cèt de per se sit personalissimus, tamen stipula-
108 tus, pro se, & hæredibus, efficitur hæredita-
109 rius, & ad hæredem transit, cum qualitate hæ-
reditaria, etiam, quòd novus sit ususfructus in
persona hæredis, quod ultra per eum adductos
tradiderunt *Arias de Mesa in lib. 3. variar. re-
sol. cap. 49. num. 22. Staiban. in lib. 1. resol. forens.
110 cap. 43.* ità hæreditatem ex capite iuris deli-
berandi, aut alitèr transmissam, & per hæredis
aditionem acquisitam effici de hæreditate trãs-
111 mittentis, eiusque creditoribus, & legatarijs
esse obligatam, tradunt *Cancer.* post reliquos *in
lib. 3. var. resol. cap. 21. à num. 159.* & signantèr
num. 164. usque *ad 173.* cum alijs quos adducit
*Salgad. in Labyrinto creditor. p. 2. cap. 15. à num.
94.* & præcipuè *num. 111. & 112. Reg. Capyc. La-
tr.*

tr. in decis. 117. *num.* 27. *in fine.* Acquisitum pa-
111 ritèr ex iure accrescendi in beneficium hære-
ditatis post mortem testatoris tanquàm hære-
ditarium, & hæreditati accrescere venire in re-
113 stitutione fideicommissi, probaverunt post
quamplurimos *Peregrin. in tract. de fideicomm. artic.* 8. *num.* 4. *Fusar. in tract. de substit. q.* 654.
114 unde non mirum, si portio filiæ renunciantis
paternæ similitèr hæreditati, & non hæredibus
accrescit, ut in individuo probavit, atque
pluries decisum retulit *Anton. Fab. in suo Codi-*
115 *ce, in tit. de pactis, def.* 28. ubi propterea, eam
venire dicit in fideicommissi restitutione, iuxtà
notata in *l. in fideicommissaria* 18. *versic. quoties, ff. ad S.C. Trebell.* sequitur *Ferrer. in addit. ad Guidon. Papa in decis.* 295. circa finem.

RERUM SUMMA.

1 *Tempus omnia consumit, commutat, aliòque divertit.*
Et personæ vicem alienando gerit, n. 2.
Cum negligentis Iura corredens in alium transfert, n. 3.
4 *Tempus pro veritate habetur.*
5 *Veritas temporis filia.*
Nam ex tempore in lucem prodit, n. 6.
7 *Tempus non est modus tollenda, vel inducenda obligationis.*
8 *Præscriptio ex tempore oritur.*
Et quid sit, n. 9.
10 *Præscriptio fuit ad publicam utilitatem introducta.*
Et qua ratione, num. 11. *usque ad* 14.
15 *Præscriptionis Iura servantur, ubi proceditur secundùm æquitatem, & sola facti veritate inspecta.*
Ve est in Regno Neapolis, n. 16. 17. 18.
19 Ursill. *dicta in* addit. ad Afflict. decis. 13. *declarantur, & n.* 22.
20 *Præscriptione rarò causa hodie determinantur, & num.* 21.
23 *Præscriptio dividitur in annualem, mensium, dierum, & horarum.*
Eiusque species remissivè, n. 24.
25 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum, tacitam inducit renunciationem.*
26 *Tacens longissimo tempore, consentire videtur.*
27 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum, omnem tollit actionem, ac solutionis vim obtinet.*
Plenum querit dominium, plenissimamque tribuit securitatem, n. 28.
29 *Restitutio in integrum conceditur contra præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum.*
Ex iusta causa, utpotè ignorantia, n. 30. *usque ad num.* 38.
39 *Ignorantia crassa, & affectata habetur pro scientia.*
40 *Restitutio in integrum ex capite ignorantia, non conceditur, ubi scientia verisimilitèr adsit, etiam præsumpta.*
41 *Scientia est difficilis probationis.*
Unde præsumptionibus, & coniecturis probatur, num. 42.
43 *Scire pro certo dicitur, qui scit per coniecturas, & præsumptiones.*
44 *Tutoris, vel Curatoris scientia nocet pupillo, vel adulto, etiam in præscriptionibus.*
45 *Ignorantia Iuris non excusat.*
46 *Leges sciri ab omnibus debent, & lata culpa est illas ignorare.*
Tàm Divinas, quàm Naturales, sive Gentium, & Humanas, n. 47.
Communes, & Municipales, sive Statutarias, num. 48.
49 *Error Iuris dicitur iniustus.*
50 *Leges scire, quilibet præsumitur.*
Vel per se, vel ex Consilio peritorum, n. 51.
Quod procedit, etiam in Constitutionibus, & Statutis, n. 52. *&* 53.
54 *Præscriptio contra Ecclesiam, & pia loca, non currit, nisi quadragenaria.*
Et contra Ecclesiam Romanam, non nisi centenaria, n. 55.
Per Imperatoriam Constitutionem, qua locum habet, etiam in exactione legatorum, & hæreditatum ad pias causas relictorum, num. 56. *&* 57.
58 *Privilegia Ecclesiæ quadraginta annis præscribuntur, & Ecclesia Romana centum annis.*
59 *Tribunal Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe in Regno Neapolis erectum.*
Pro exactione piorum relictorum, n. 60.
61 *Legata pia triginta annorum spatio præscribuntur in Regno Neapolis.*
Nisi statum habeant permanentem, num. 62. 63. *&* 64.
65 *Præscribi res omnes possunt immemorabili tempore, cuius initij memoria non extat.*
66 *Præscriptio immemorabilis verè est maior centenaria.*
Sed secundùm vulgarem loquendi modum centenaria accipitur pro immemorabili, n. 67.
Et eius requisita habere debet, n. 68.
69 *Præscriptionis immemorabilis requisita.*
70 *Testes super immemorabili præscriptione deponentes, esse debent annorum saltèm quinquaginta quatuor.*
Et de visu testificari per annos 40. *à tempore eorum pubertatis, n.* 71.
Ac de fama in specie, non autem per articulum generalem deponere, n. 72.
Duos saltèm nominando, à quibus audiverint, n. 73. *&* 74.
75 *Testes super immemorabili præscriptione, omnia eius requisita singuli deponere debent.*
Neque coniunguntur, si unus de uno, alter de altero requisito deponant, n. 76.
77 *Tempus immemoriale centum annorum, vel ultra habet vim tituli, & concessionis.*

Atque

Atque privilegij, n.78.
Et in feudo, vel Iurisdictione, privilegio comparatur, n.79.
Et quid in Regno Neap. n.80.81.& 82. ubi laudatur D. Cœsar Nicolaus Pisanus.
83 *Titulus non est producendus in immemorabili præscriptione.*
Et quare, n.84.& 85.
86 *Tempus immemorabile pro veritate habetur.*
Nec in eius præscriptione scientia requiritur adversarij, contra quem præscribitur, n.87.
88 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non conceditur contra præscriptionem immemorabilem.*
Fallit in Ecclesia, quæ restituitur etiam post centum annos, n.89.& 90.
91 *Tempus immemorabile habet eamdem potestatē, quam Imperator, qui cum causa procedit.*
92 *Præscriptio immemorabilis bonā fidem requirit.*
Nec procedit, si malam fidem possessor habuerit, num.94.
Intelligendo, ut n.95. usque ad 101.
93 *Possessor malæ fidei nullo unquàm tempore præscribit.*
102 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum de Iure Civili admittitur, cum mala fide præscribentis.*
Secus autem est de Iure Canonico, n.103.
104 *Ius Canonicū est Civili præferendum, ubi agitur de materia peccati.*
105 *Ius Canonicum, quod Civili repugnat in causis Ecclesiasticis, debet in utroque foro servari.*
Et in materia concernente peccatum, vel salutem animarum, n.106.

CAPUT LXXXIX.

De Præscriptione, eiusque effectibus, ad *text. in l. sicut 3.& l. si quis emptionis 8.C. de præscriptionibus triginta, vel quadraginta annorum.*

1 Tempus omnia absumere, devorare, destruere, commutare, & aliò divertere, ex traditis per *Bald. in cap. inter dilectos, nu.13. de fide instrument.* & *in cap. tua, num. 111 in fine, de cohabitat. Cleric.& mulier. Tiraquell.* affirmat *in tract. de præscript. §.1. glos.4. in vers. Postremo*, ubi ex eodem *Baldo in l.1. num.8. C. de emancipat. liber.* quòd
2 tempus vicem personæ alienando gerit, cum
3 negligentis iura tabefaciens, atque corrodens
in diligentem transfert, *l. qui agros 8. C. de omni agro deserto lib.11.* & ut *Bald.* ipse ait in *consil.*
4 433. *in fine lib.1.* tempus pro veritate habetur,
5 quam proinde temporis filiam fuisse nuncupatam, memor est *Gell. in lib.12. Noct. Atticar. cap.*
6 12. *in fine*, nam ex tempore veritas prodit, iuxtà illud *Menandri Poetæ: Ducit ad lucem veritatem tempus.*
7 Ius etiam Civile non parum tempori tribuit, quod etsi non esse modum statuerit, tollendæ, vel inducendæ obligationis, *in l. obligationum 43. §. placet, ff. de actionib. & obligat.* cum concord. apud *Barbos. in axiom. Iur.219.* ex tem-
8 pore tamen facit oriri præscriptionem, quæ
9 Ius quodam est ex tempore congruens, legum authoritate vim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens, secundùm communem definitionem, quam post *Ioann. Andream in cap. possessor, de reg. Iur. in 6. Panormit. & Canonistæ* sequuntur, *ut Balbus* testatur *in tract. de præscript. q.1. in fine*, & fuit ad pu-
10 blicam utilitatem introducta, nè rerum domi-
11 nia diù sub incerto vagarentur, & nè omni tempore de iure suo dubitent homines, *l.1. ff. de usucap.* iuncta *gloss. in Auth. de tempore non soluta pecunia, §. si autem, in verbo Diligentia*, ac
12 ut esset litium finis, *l. fin. ff. pro suo*; unde licèt
13 iniqua respectu privatæ utilitatis, præscriptio
seqq.* vel capita ipsa sunt ad invicem ex duo-
bus composita secundùm ethymologiam ver-
24 bi, *Connectere*, quæ est duo simul iungere, & li-
gare, ut refert *Menoch. d. casu 99. num. 1.* sive
25 quia in uno, eodemque Iudicio terminanda
veniant, ad notata in *l. nulli 10. C. de iudic.* vel
26 ex continentia facti separationem non reci-
piunt, *l. 1 C. si unus ex pluribus appellaverit*,
27 tanquàm unum ad alterius perfectionem ten-
dat, *l. cum actum 18. §. planè si quod connexum,
ff. de negot. gest.* vel unum ab altero pendet, ut in
28 necessarium consequens, vel antecedens, ex *l. 1.
§. non autem, ff. de exercitor. act.* cum concor-
29 dantibus, unde iudicium conventionis, & re-
conventionis individuum esse, dici potest, &
30 sententia super eo lata paritèr individua iudi-
31 cari, ita ut appellatio actoris reconventi prosit
etiam reo, qui iudicium reconventionis inten-
tavit à conventione dependens: est enim recon-
32 ventio mutua petitio, quæ debet pari passu
cum conventione ambulare, ut notat *Conciol.
super Statut. Civit. Eugub. lib. 2 rubr. 15. num. 4.* si
33 tamen facta fuerit ante litem contestatam, vel
statim post eam, ut in *auth. & consequentèr C. de
sentent. & interlocut. omnium Iud.* & per *Maran.
34 in spec. p. 4. distinct. 6. num. 5.* licèt ad effectum
prorogandi iurisdictionem reconventio usque
ad sententiam fieri possit ex *Præsid. de Franch.
in decis. 376.* & alijs à *Giurba* relatis *in decis. Si-
cil. 74. num. 3.* ac à *Conciol. ubi supr. num. 2.* qui-
35 nimò etiam post sententiam, durante illius
exequutione, ex doctrina *Bartoli, Baldi*, & alio-
rum à *Consil. Carleval.* relata *in tract. de iudic. lib.
1. tit 2. disput. 7. num. 5. in fine*, & proprium est
36 reconventionis, ut insimul terminari debeat
cum

cum conventione, *Fontan.in decis.Cathalonia*
343. *num.*3. *&* 6. de quo pleniùs loquitur in
37 *decis.*449. *cum duab.seqq.* cum semper recon-
ventio sequatur conventionem, sicut umbra
corpus, & illius natura induatur, ideoque si
38 conventio est inappellabilis, reconventio ta-
lis efficitur, quamvis ex se appellabilis esset, ut
ex *Giurba in decis.*3. affirmat *Fontan. in d.decis.*
449.*n.*23.

Alia est declaratio principalitèr adnotatæ
conclusionis, illam non procedere in sententia
39 lata in possessorio iudicio: eius enim exequutio
per appellationem non suspenditur, ut in *l.
unica C.si de momentanea possessione*, & per *The-
saur.in decis.Pedemont.*175.*num.*3.*per Menoch.
in tract.de adipisc.possess.remed.*3.*num.*186.*Can-
cer.in lib.*1.*variar.resol.cap.*17.*nu.*16. *& in lib.*
3.*cap.*15.*n.*38.

Quæ sanè declaratio multas quoque patitur
40 sublimitationes, quarum prima est, ut impe-
diatur exequutio, ubi non de momentanea
agitur possessione, sed de ea, quæ longiori tem-
pore est duratura, quia tunc de magno agitur
præiudicio, ut ex *Maranta in spec.p.*6.*in verbo
& quandoque appellatur, num.*312.*versic.Septi-
mò per illationem*, & alijs probat *Reg.Sanfelic.in
decis.*94.*num.*5.*& seqq.* ubi refert in S.C. Neap.
41 decisum *num.*7. & quòd præsertim locum ha-
beat, quando missio in possessionem est talis,
quòd missus interim fructus lucraretur, ex eo-
dem *Maranta n.*313.*vers.*8.*limita.*

42 Secundò ex appellatione sententiæ in pos-
sessorio latæ exequutio suspenditur, quando ex
illius exequutione præiudicium irreparabile in
petitorio oriretur, ut per *Decian.in cons.*67.*nu.*
8.*lib.*4.*Vrsill.in addit.ad Afflict.in decis.*269.*n.*
1.*Gratian.in lib.*1.*discept.forens.cap.*74.*num.*15.
43 quod esset, quando plenè fuit in possessorio
cognitum, ex *Pras.de Franch.in decis.*289.*num.*
1.& *Amend.in additionib.ad eumdem, n.*6.

44 Tertiò per appellationem suspenditur iudi-
catum in causa possessorij, quod habet mixtum
etiam petitorium, ut per *Vrsill.in d.decis.*269.*nu.*
2.*Menoch.* & alios plenè relatos à *Reg. Capyc.
Latro in consult.*88.*a n.*7.*lib.*2.

45 Quartò retardatur exequutio, quando sen-
tentia in possessorio lata est iniusta, ex eodem
Capyc.Latro post alios *in d. consul.*88. *num.*9.
46 sententiam enim iniustam, neque esse exequē-
dam, quamvis esset S.C.Neapolitani, aliàs dixi-
mus in *præcedenti cap.*90.*num.*18.

Declaratur insuper adnotata conclusio lo-
cum non habere in sententia Sacri Consilij
Neapolitani, quod Præfecti Prætorij vices fun-
47 gitur: illa enim exequutioni demandatur, cum
cautione in casu retractationis, etiam pendē-
te supplicatione pro revisione data, ex *auth.
quæ supplicatio, C.de precib. Imperat.offerend.* nō
48 tamen fit exequutio pro expensis, ut per Ritum
M.C.V. *Neap.*252. servari dicit *Caravita ibid.
num.*5. post *Afflict.in decis.*231. qui ampliat
49 hoc procedere, quamvis nihil fuisset à litigan-
te, seu victo in prima instantia positum, vel
probatum, & ita fuisse iudicatum, non obstan-
te *Reg.Pragm.*2 *sub tit.de Appellat.* in inferiori-
bus tantùm Curijs attendenda.

50 Item declaratur regula prædicta, ut per ap-
pellationem sententiæ exequutio suspendatur,
cum fuit intra decem dies appellatum, ex no-
vissimo Iure *Auth.hodie, C.de appellationib.* quo
fuit ampliatum biduum, atque triduum à Iure
Digestorum, & Codicis ad appellandum con-
cessum, ut per *Reg.Capyc. Latr.in decis.*165.*n.*1.
& per *Marant.in suo speculo in verbo, Et quan-
doque appellatur, nu.*213.*& seq.* ubi etiam quòd
51 alioquin sententia transitum facit in rem iu-
dicatam, debent etiam infra quinquaginta
dies acta produci in causa appellationis, ex *Re-
gni Neapolitani Constitutione*, quæ incipit: *Ap-
52 pellationum tempora*, & per annum, aut ex causa,
biennium est appellatio prosequenda, ut in
Auth.ei qui, C.de temporib.appellat. aliàs deserta
53 dicitur, etiam ipso iure, & absque alia pronun-
ciatione, ut ex *Guid.Papa, Boerio, & alijs* intel-
ligendum esse fatetur *Lancellot. in tract. de
attentat.p.*2.*cap.*12.*ampliat.*1. *num.*40. *& seqq.*
54 notabilitèr declarando, ut hoc procedat co-
ràm Iudice Ordinario, non autem coràm Dele-
gato, nisi contra appellationis desertionem in
integrum restitutio petita fuerit; præsertim à
55 minore per sententiam condemnato, cui com-
petit restitutio absque alia læsionis probatio-
56 ne: læsio enim præsumitur eo ipso, quòd non
appellavit, vel appellationem prosequutus non
fuit, *Vrsill.ad Afflict.in decis.*175.*num.*3.*Sfortia
Oddus in tract.de restitut.in integr p.*2.*q.*70.*ar-
57 tic.*1. debet enim hæc restitutio ab eo Iudice
obtineri, coràm quo læsio contigit, ut firmat
idem *Oddus in relato tract.p.*1.*q.*32.*artic.*16. ex
traditis per *Ruin.in cons.*119.*n.*17.*lib.*5.

58 Alitèr etiam regula prædicta declaratur, ut
in Regno Neapolis sententia Magnæ Curiæ
Vicariæ infra summam aureorum centum
quinquaginta, debitæ exequutioni demande-
tur, non obstante appellatione, præstita tamen
cautione de restituendo in casu retractationis,
ex peculiari dispositione *Regia Pragm.*3. §.4.*de
59 Officio S. C.* & sententia sequestri paritèr exe-
quatur appellatione non obstante, cum de fru-
ctuum dilapidatione timetur, ut ex *l. Imperato-
res* 21.§.*fin.ff.de appellationib. & cap.fin.de seque-
stratione possessionis, & fructuum*, post alios ad-
notavit *Maranta in dicto verbo: Et quandoque
appellatur, num.*118.

60 Est quoque declaranda regula prædicta, ni-
hil esse appellatione pendente novandum, lo-
cum habere in diffinitiva sententia, vel ea tan-
61 tùm interlocutoria, quæ vim habet diffinitivæ:
62 nam, & hæc ut diffinitiva regulatur, & secun-
63 dùm illius naturam, ut contrario Imperio re-
64 vocari non possit, & cum ab ea appellatur,
causæ gravaminis expressio non requiritur,

quòd ex *Alexandro, & Decio* probat *Capyc.in decis.*1. *num.*21. ubi loquitur in sententia de exequendo ollam sententiam, & in *decis.*144.
65 *num.*6.secùs autem est in sententia merè inter-
66 locutoria, in qua donèc sit à superiori Iudice inhibitus Iudex à quo, rectè procedit appellatione non obstante, ex *text.in cap.non solum* 7. *de appellationibus,lib.*6.*Reg.Rovit. in Rub.pragmatic.de appellationib. num.*18. & plenè *Lancellot.de attentatis,cap.*18.*limit.*1. *num.*3. nam
67 & in ea causæ gravominis expressio requiritur,ut in *Clement. appellanti* 5.*sub tit. de appel-*
68 *lationib.* & ab eodem Iudice eam proferente potest contrario imperio revocari, per *l.quod iussit* 14 *ff.de re iudic.* ut diximus in *præcedenti cap.*1.*num.*41.*& seqq.* nisi bis fuerit ab eo con-
69 firmata, tunc enim ab eodem Iudice amplius revocari non potest, ut magis communem esse Doctorum sententiam, cum *Bartolo, Ripa*, & alijs tradit *Mastrill in decis.Sicil.*23. *num.*5. *& seq.* ubi etiam in hoc non differre dicit à diffi-
70 nitiva, in qua tertiò appellare non licet, per *l.*1. *C.ne liceat tertiò provocare,cum concord.*in-
71 telligendo super eodem capitulo conformi,&
72 alijs modis, quos *Maranta* declarat *in loco relato,num.*180.*& Scaccia in tract.de appellat.q.*17
73 *limitat.*1. & quòad hoc tres sententiæ Curiæ Baronalis pro unica reputantur, ut per *Capibl. in pragm.*8.*de Baronib.p.*1.*num.*193.*&* 196.quinimò in *Regia Pragmat. Regni Neap.*41.§. *volumus,& in Pragm.*61.*de Offic.Sacri Consilij* ex-
74 presè cavetur, neque secundò appellari, aùt reclamari posse à sententia S.C. infra summam ducatorum biscentum, confirmante aliam sen-
75 tentiam Regij Tribunalis; nàm pro ultima
76 decisione est habenda, nisi falsitas allegare-
77 tur; sicut neque reclamatio, sive secunda provocatio admittitur à sentẽtia Sac.Consilij confirmante sententiam M. C. V. in criminalibus causis,ut docet de stylo servari *Præs.de Franch. in decis.*510.*num.*17. & latiùs *in decis.*710.
78 Præterea declaratur præmissa conclusio, ut appellantes audiri non possint,nisi ij,quorum
79 interest, vel quibus mandatum est, vel qui ne-
80 gotium aliorum gerunt; quod mox ratum
81 reus habeat; sed etsi cum mater, rem filij per sententiam versam animadverteret, provocaverit, pie toti operam dando dicendum est, & hanc audiri debere, & si litem præparandam curare noluerit,intercedere non videtur, licèt ab initio defendere non potest, sunt propria verba *text.in l.*1.*ff.de appellat.recipiend.*ubi DD.
82 Fiscus etiam admittitur ad appellandum à
83 sententia contra eum late in civilibus, & in criminalibus causis,ex *l.illud* 9.*ff.de appellat.* ut docet *Peregrin. in tract.de Iure fisci,lib.*7. *tit.*4.
84 *num.*1.ubi quòd habet paritèr in integrum restitutionem adversùs sententiam contra se latam in criminalibus; & quòd fiscus regulariter
85 in integrum restituatur, quando fuit in sententia læsus, ex *l.* 1. *C. de sentent. adversus fiscum latis*, communitèr DD. tenere, testatur *Sfortia Odd.in tract. de restit. in integrum p.*1. *q.*3.*artic.*13.*num.*8.sed in Regno Neapolis ap-
86 pellatio fisco denegatur à sententia contra se lata in criminalibus causis, ex Ritu M. C. V. 258.*&* 261.ubi *Caravita nu.*5. quòd recursus
87 tantùm, sive reclamatio ad Proregem Fisco conceditur: cognito enim notorio gravamine
88 (cum notoria iniustitia nullitati æquiparetur)
89 admittitur sententiæ Magnæ Curiæ revisio in Sacro Consilio,ut post *Capyc.& Grammatic. Præs.de Franch.* testatur *in decis.*148.*&* 470. *à Reg.de Ponte* relatus *in tract. de Potest. Proreg.*
90 *tit.*3.§.1.*num.*51. quod gravamen maximum esse debere pro recursu obtinendo à peritissimis viris,eodem scilicèt *de Franch.& Reg. Gorostiola*, didicisse refert *Reg. de Tappia in lib.*3. *Iuris Regni, in Rub.de appellationib. super Ritu*
91 *prædicto* 258.ubi quòd si reus appellaret,censetur, & potest fiscus appellationi adhærere, ex dispositione *Regia Pragmatica* 8. *sub tit.de ap-*
92 *pellat.*ubi non adesset pars,querelam exponens ut ex *Præs.de Franch.in decis.*467.declarat post *Reg.de Ponte*,atque *Rovit. Consil. Hodierna in addit.ad decis.Surd.*143.*num.*14. utitur enim
93 tunc Iure communi, quo appellatio per appellantem interposita prodest etiam appellato pro revocatione sententiæ in eius beneficium, iuxta *l.ampliorem* 39.*C.de appellat.*de qua latè *Fontanel.in decis.Cathalon.*412.*&* 413. *Reg.Marcian.in lib.*1.*disputat.forens.cap.*16. &
94 quòd peti debeat huiusmodi recursus infra tempus ad appellandum, sive reclamandum concessum, decisum refert *Rovit.in decis.*14. *&* 16.*in fine*, quem laudant *Regent. Capyc. Latro*, atque *de Marinis*, illic *decis.*161.*&* 165.*lib.*2. & hic in *resol.Iuris lib.*1. *cap.*150. ubi quid in
95 sententia lata per Iudices Delegatos, cum clausula,*appellatione remota*? & quod neque in
96 integrum restitutionem fiscus habeat contra sententiam in criminalibus,neque primum,aut
97 secundum beneficiũ ad pinguius probandum *de Marinis* docuit *in observat. ad decis.Regent. Reverter.*341.*&* 491.sed remedio nullitatis,in
98 fisci beneficium contra sententiam non esse præclusum, tradit *Novar. in decis.*41. quem refert *Rodoer. in addit. ad Reg.de Marin. in d. cap.*150.*n.*8.

RERUM SUMMA.

1 *Sententia exequutio suspenditur ex nullitatis remedio contra illam opposito.*

*Quomanus Iudicis ligantur,ut ad ulteriora procedere non possit,n.*2.*&* 3.

*Idque locum habet,etiam in significatorijs latis à Rationalibus,vel alijs deputatis ad videndum computa Universitatum in Regno Neapolis, nu.*4.*&* 11.

*Maximè si nullitas, ex defectu solemnitatis omissa proveniat.n.*12.

Vel

Vel ex Iuris naturalis defectu, n. 13.
Sive ex eisdem actis appareat, n. 14.
5 *Significatoria super computis Universitatum Regni Neapolis paratam habent exequutionem.*
Et post eam revidentur ex eisdem actis summariè, & absque termino, n. 6.
7 *Significatoria facta pro causis pijs exequuntur.*
Sicut etiam illa, quæ fiunt pro introitu superante exitum in libris ab administratore productis, num. 8.
Aùt cum partes liquido pacto, & iurato convenissent stare calculo à Rationalibus electis faciendo, n. 9.
10 *Significatoria facta à Rationalibus Baronum non exequuntur, stante appellatione.*
15 *Instrumenti publici exequutio per nullitatem oppositam retardatur.*
Non obstante statuto, omnes exceptiones excludente, n. 16.
17 *Instrumenti publici liquidatio, si fiat ad formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ Neapolis, debitor non auditur, si solvisse dicat, vel alias opponat exceptiones.*
Sed carceratur, ut in vinculis, vel facto deposito causam dicat, n. 18.
Neque sufficit propria domus assignatio, cum cautione, etiam in viro Nobili, n. 27.
19 *Debitores vigore apocarum Bancalium, vel obligationum penes acta Curiæ præstitarum, non audiuntur adversus eas in Regno Neapolis, nisi in vinculis, vel facto deposito.*
20 *Obligationes apud acta Curiæ præstita paratam habent exequutionem.*
Et incusantur absque partis citatione, pro obtinendis litteris exequutorialibus realitèr, & personalitèr, n. 21.
22 *Debitor in vinculis esse non dicitur, cum fuit per Palatium, vel Civitatem sub fideiussoribus relaxatus.*
23 *Carceratus quis esse dicitur, cum ire non potest, quo vult.*
Sed ut propriè carceratus dici possit, non sufficit sub custodia retineri, n. 24.
Nisi in carceribus includatur, n. 25.
Vel saltem sub clavibus custodiri debet, n. 26.
28 *Instrumentum publicum si fuerit ad formam Ritus liquidatum in Regno Neapolis debitor non auditur, nisi facta prius integrali solutione debiti, cum pœna, & expensis.*
Sed impeditur exequutio per eius notoriam nullitatem oppositam, n. 29.
30 *Nullitates contra sententiam Regiorum Tribunalium Regni Neapolis sunt per capita proponenda.*
Ab Advocato causæ, vel procuratore, n. 31.
Cum deposito pœna in casu, quo non militarent solvenda, n. 32. usque ad 35.
36 *Nullitates contra sententiam, si fuerint admissæ, à decreto eas admittente, reclamare licet à Tribunalibus, in quibus non appellatur, sed reclamatio admittitur.*
Sed non admittitur reclamatio à decreto eas reijciente in Regno Neap. n. 37.
38 *Sententia contra ius litigatoris prolata non est nulla, nisi ius illius sit manifestum.*
Et ex actis non veris, nullis, aùt erroneis appareat, ad quæ Iudex in sententia se retulisset, nu. 39. 40. & 41.
42 *Restitutio in integrum à Principe obtineri potest adversus sententiam contra ius litigatoris latam.*
Etsi transitum fecisset in rem iudicatam, n. 43.
Idque tàm ad beneficium minoris, quàm maioris, n. 44. & 45.
46 *Restitutio in integrum contra sententiam obtineri potest à Sacro Consilio Neapolitano.*
Quod Principis personam in hoc repræsentat, num. 47.
48 *Nullitates incidentèr proposita ex eisdem actis ad impediendam exequutionem sententiæ coràm primo Iudice sunt proponendæ.*
Quæ verò principalitèr proponuntur per modum actionis, etiam coram primo Iudice, vel coram Iudice appellationis ad actoris electionem, num. 49.
Et incidentèr proponi, quando dicantur, post sententiæ exequutionem, n. 50. 51. & 52.
53 *Nullitates actorum in Regno Neapolis ante sententiam sunt proponendæ.*
54 *Nullitates contra sententiam diffinitivam infra decennium sunt proponendæ in Regno Neapolis.*
Restricto tempore annorum triginta à Iure Communi concesso, n. 55.
Nisi per viam exceptionis proponantur, n. 56.
57 *Nullitates contra sententiam interlocutoriam vim habentem diffinitivæ infra sex dies à notificatione proponi debent ex Iure Regni Neapolis.*
Nisi notoriæ sint, & evidentes, maximè ex corpore decreti resultantes, ut n. 61. & 62.
Nec sufficit pro lapsu huius termini scientia aliunde habita, n. 58.
Dies verò feriata inter sex dierum numerum non computatur, n. 59.
Sed contra, n. 60.

CAPUT XCIII.

De Nullitate opposita exequutionem suspendente, ex *text. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata.*

1 INter alia Iuris remedia suspensivum effectum producentia, illud nullitatis esse conspicimus, hoc enim, sententiæ exequutio suspenditur, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata*, cum concordantibus apùd *Galupp. in praxi S.C. p. 3. cap. 6. nu. 1.* ubi,

2 ubi, quòd opposita nullitatis exceptione sunt
manus Iudicis ligatæ, ut ad ulteriora procede-
3 re non possit, aliàs nullitati, nullitas adderetur, ex *Vantio in tract. de nullitatibus, in titulo, quot, & quibus modis nullitas proponi possit, num.* 66. & *Giurba in decis. Siciliæ 70. num. 7.* ibi se-
4 latis; idque procedit, etiam in significatorijs
latis à Rationalibus, aùt alijs Deputatis ad videndum computa Universitatum: quas quidem significatoriales litteras paratam habere exe-
5 quutionem in Regno Neapolis, dispositum
fuit in *Pragm. 5. §. 4. de Administratoribus Universitatum*; adeò ut post exequutionem sint ex
6 eisdem actis parte instante revidendæ, summariè, & absque termino, ut per *Præs. de Franchis in decis. 347.* & alios, quos refert *Thorus in compend. decis. Regni p. 1. in verbo significatoria*, &
7 eamdem tribui exequutionem significatorijs
8 factis pro causis pijs, vel pro introitu exitum,
superante, in computis, & libris rationum ab eodem Administratore productis, sive cum
9 partes mediante pacto liquido, & iurato convenissent de stando calculo, per Rationales electos faciendo, plenè tradit *Capiblancus in tract. de Autoritate Baronum, lib. 1. in pragm. 16. à num. 81. & lib. 2. cap. 92.* ubi hoc Ius exe-
10 quutivum in significatorijs factis à Rationalibus Baronum, non procedere affirmat, & ita fuisse iunctis Aulis iudicatum in S.C. & nihilominùs ex hoc nullitatis remedio impeditur exequutio significatoriarum prædictarũ à Rationalibus computorum Universitatum, non
11 obstante prædicta Regia *Pragmatica*: maximè
12 si nullitas ex defectu solemnitatis omissæ, vel
13 ex defectu Iuris naturalis: utpotè citationis
ad dicendum, proveniat, aùt etiam ex eisdem
14 actis appareat, iuxtà tradita per *Amendol. in addit. ad prædictam decis. 347. Præs. de Franchis.*
15 Publici etiam instrumenti exequutio per
nullitatem oppositam retardatur, non obstan-
16 te statuto, omnes exceptiones excludente, ut
per *Ursill. in addit. ad Afflict. in decis. 283. num. 3.* aliosque latè adductos per *Crassum in tract. de exceptionibus, exceptione 20.* & quamvis ex *Ritu M.C.V. 166.* adversus instrumenti publici li-
17 quidationem debitor non sit audiendus, si sol-
18 visse dicat, vel alias opponat exceptiones, &
carceri mancipandus veniat, ut in vinculis causam dicat, vel facto deposito, ut etiam est dispositum in Regia *Pragm. 63. §. 2. de officio pro-*
19 *curatoris Cæsaris*, contra debitores vigore apocarum Bancalium, sive nummularijs directarum, aut obligationum penes acta Curiæ præ-
20 stitarum, quæ paratam habent exequutionem,
ex traditis per *Afflict. in decis. 387. & Episcop. Riccium in collect. decis. 187. p. 1.* & incusantur
21 absque partis citatione ad effectum obtinendi
litteras exequutoriales realitèr, & personalitèr *Præs. de Franchis in decis. 118. num. 7. & 9. Galterius in praxi liquid. instrum. p. 1. 1. partis, Rub.*
22 *2. num. 37.* nec in vinculis debitor esse dicatur,
si fuerit per Palatium, vel Civitatem sub fide-
23 iussoribus relaxatus; etsi enim tunc carceratus
esse quodammodo dicatur, cum ire non possit, quo vult, ex *Capycio in decis. 154. num. 4. Anna*
24 *in cons. 140. num. 11. lib. 2.* non tamen sufficit
sub custodia retineri, ut propriè carceratus esse
25 intelligatur, sed oportet eum in carceribus includi, ut post *Ioannem de Platea in l. 1. num. 1. C. de curiosis, & stationarijs lib. 12.* voluit *Reg. Rovit. in pragm. 1. de custodia reorum, num. 15. in*
26 *fine*, vel saltèm sub clavibus custoditi debet, ut
largo modo in vinculis esse censeatur, *arg. tex. in l. verum 216. ff. de verbor. significat.* cum traditis per *Caravit. in d. Ritu 166. num. 29.* & in viro
27 etiam Nobili non sufficere propriæ domus assignationem, cum cautione, ut audiri possit adversus instrumẽti liquidationem, fuisse nostris temporibus iudicatum testatur post *Consiliarios Pratum, & Roccum*, hunc *in responso 94. num. 17. lib. 2.* & illum *in responso criminali 32. & 33. in fine, & in addit. ad Consil. Paschal. tract. de virib. patr. potest. p. 4. cap. 2. in fine D. Consiliar. Petra in Comment. ad Ritum prædictum 166. num. 163. circa fin.* quinimò ex dispositione Regiæ *Pragmatica 8. in cap. 7. de instrument. liquidat.* prohibetur debitor audiri, nec in vinculis, nec facto deposito cõtra instrumentum iam liquidatum, servata forma Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ; sed
28 tantùm admittitur facta integrali solutione
debiti, cum pœna, & expensis; nihilominus si
29 nullitas notoria sit, & ex actorum revolutione
deducatur, adhuc impediet instrumenti liquidari exequutionẽ, ut in Regio Collaterali Consilio iudicatum fuisse refert ad declarationem prædictæ Regiæ *Pragmatica Reg. Sanfelicius in decis. 299. in fine lib. 2.* & confirmat in *decis. 312. num. 13. eod. lib. 2.* sequuntur *Reg. de Marinis in lib. 1. resol. Iuris, cap. 188. in fine, Episcop. Afflictus in controversi Iuris resol. cap. 11. nu. 7.* licèt quãdo casus contigerit esse melius cogitandum, affirmavisset *Reg. Capyc. Latr. in decis. 200. num. 48. lib. 2.*

Nullitates autem, quæ in Regno Neapolitano proponuntur contra sententiam diffiniti-
30 vam, aùt interlocutoriam Magnæ Curiæ Vicariæ, Sacri Consilij, Regij Collateralis, & aliorum
31 Tribunalium Regiorum, debent per capita
proponi ab Advocato causæ, vel procuratore cum deposito pœnæ ipsarum in casu, quo non
32 militarent, solvendæ, ex Regia *Pragm. 4. sub tit. de dilat. cap. 16. & 24.* quæ pœna est in decretis,
33 seu sententijs Magnæ Curiæ Vicariæ à ducatis
75. infra ducatorum sex ab inde supra ducatorum duodecim; in decretis verò interlocutorijs Magnæ Curiæ ducatorum trium, domi autem à Iudice interpositorum, carolenorum quindecim, ut sancitum fuerit in *Pragm. 1. sub tit. de procuratoribus, cap. 1.* in sententijs autem Sacri Consilij citra mille aureos duc. duodecim, duæ scilicèt unciæ auri, & ultra mille aureos, unciæ quindecim pro pœna solvuntur, ex dispositione al-

alteriue Regiæ *Pragmatica* 5. §.3. *in tit.de Offi-*
34 *cio S.C.* pœnam verò ducatorum duodecim, de-
creto Regij Collateralis Consilij duplicatam
fuisse audivimus, licèt ex alia *Pragm.* hoc fuisse
dispositum dicat *Galiupp.in pracit.cap.6.nu.*10.
35 hæc autem pœna, oec per nullitatum eenun-
ciationem evitatur, nec de partium consensu
remitti potest, ex dispositione Regiæ novellæ
Pragm. huius Regni de Anno 1666. emanatæ,
36 à decretis nullitates admittentibus, reclama-
tio conceditur, etiam in Tribunalibus, à quibus
tantùm reclamare, non autem appellare per-
37 mittitur, sed è converso reclamari non potest à
decreto nullitates reijciente, attenta dicta Re-
gia *Pragmatica 4.cap.23. de dilationib.*
Sunt quoque nullitatea ex manifesto litiga-
toris Iure probandæ, contra quod lata sententia
38 fuisset, ut operentur, unde non sufficit, quòd
simpliciter contra ius litigatoris sententia pro-
lata fuerit, quod nullitatem non operatur: po-
tuit enim Iudex moveri ex alijs extra proces-
sum, propterea tunc appellationis remedium
absolutè conceditur ad revocandam senten-
tiam, *l.1.ff.qua sententia sine appellatione rescin-*
39 *dantur*, nisi manifestum esset litigatoris ius, ut
ex actis non veris, nullis, aùt erroneis appareat,
ad quæ Iudex expressè in sententia se retulisset,
ut per *Afflict.in decis.47.num.3.cum seqq.*& la-
tè comprobat *Vrsill.ad eamdem Afflict. in decis.*
28.& post eos communem esse testatur *Vantius*
in tract.de nullitat. in tit. de nullitate ex defectu
*processus, num.*128. de quo etiam per *Barzium*
in decis.Benonia 33.n.7.& Reg. Rovit.in pragm.
5.num.25.de Offic. S.C. & manifestum litigato-
40 ris ius esse fuit in Regno declaratum, quod ex
lutis expressa dispositione resultat, vel ex pu-
41 blicis instrumentis, notorium inducentibus in
42 dicta *Pragm.4.de dilat.cap.*20. tametsi possit in
integrum restitutio à Supremo Principe obti-
neri contra sententiam, quæ fuit contra litiga-
43 toris ius prolata, quamvis transitum fecerit in
44 rem iudicatam, & ad beneficium tàm minoris,
quàm maioris, ex clausula generali, *si qua mihi*
iusta causa videbitur, Maranta in speculo Iuris
p.6.in verbo, & post omnia advertatur circa exe-
quutionem, n.61. Sfortia Oddus de restitutione
*in integr.p.2.q.79. num.*11. *& seq. artic.2.* ubi
etiam *n.*15. cum sequenti, quòd datur restitu-
tio ex clausula generali, ubi fieret extorsio
45 manifesta, si sententia mandaretur exequutio-
46 ni 3& quòad in integrum restitutionem con-
cedendam Sacrum Consilium Neapolitanum,
47 Principis personam representat, ut ex *Praes.de*
Franchis in decis.5. circa fin. deducit *Tassonus*
super pragm.de antephato, vers.2. observ. 2. n.45.
& seq.
Insupèr coràm primo Iudice, non autem ap-
pellationis, debent nullitates allegari, quando
48 incidentèr proponuntur, scilicèt ex eisdem
49 actis ad impediendam exequutionem senten-
tiæ; quidquid aliud sit in nullitatibus princi-
palitèr per modum actionis, quæ possunt co-
ràm utroque Iudice ad appellantis electionem
proponi, ut probatur in *l. quoties 3.C.de iudicijs*,
& post *gloss.in l.4.in fin.C.de accusat.* docuit *Bar-*
tol.in l.si expressim, num.14. de appellat. & rela-
tionibus, & de communi testatur *Vantius de*
nullit.in Rubr.coràm quo possit, & debeat nullitas
proponi, num.7. ubi *num.*13. & in *Rub.quot, &*
50 *quibus modis, num.*21 incidentèr allegari di-
cit nullitates, quæ ex eisdem actis resultant,
51 etiam post sententiæ exequutionem, ut coràm
52 utroque Iudice proponi valeant, & absque
alio termino, aùt ordine iudiciario, tunc di-
scutiendæ veniant, secundùm *Bart.in d.l.si ex-*
*pressim, n.14. Afflict.in decis.*283.*num.*8. & licèt
Anna contrarium voluisset *in allegat.*22. se-
cundùm tamen *Afflicti* sententiam pluries
fuisse in Sacro Consilio iudicatũ testatur *Reg.*
Sanfel.in decis.95.& 96. lib.1. & *in praxi iudi-*
*ciaria, section.6n.num.*41.
Tempus verò ad nullitates proponendum,
respectù earum, quæ acta respiciunt, atque pro-
53 cessum, est ante sententiam, ex dicta *Pragm.4.*
54 *cap.17.de dilat.* sed respectu diffinitivæ senten-
tiæ, cum principalitèr proponuntur, tempus
est decem annorum, ab eadem Regia *Pragma-*
55 *tica* statutum, restituendo tempus triginta
56 annorum de Iure Communi concessam in *cap.*
21. cum verò per viam exceptionis allegantur,
tempus esse perpetuum, ex pluribus, quos alle-
gat, ita servari affirmat in praxi *Galiupp. p.3.*
*cap.6. num.*20. at si de nullitatibus appositis
57 agatur contra sententiam interlocutoriam
vim habentem diffinitivæ, tempus sex dierum
post sententiæ notificationem in eadem *Prag-*
mat. constituitur in *cap.* 18. neque scientiam
58 sententiæ aliunde habitam, tempus prædictum
labi facere, decisum testatur *Reg.Rovit.in ea-*
*dem pragm.num.*10. etsi contrarium de Iure ve-
rius affirmet *sub num.*11. eique se subscribat
*Consil.Petra in Ritu M.C.*123.*num.*9. prout ne-
59 que diem, quam feriatam esse inciderit, intra
sex dierum numerum esse computandam, sed
sequentem diem non feriatam illum implere,
pluries iudicatum in Sacro Consilio Neapoli-
tano, & in Regio Collaterali testantur *Consil.*
*Hodierna in controv.48.num.*19. *& 29. Consil.*
Roccus in respons.2.num.17. lib.2. quamvis de
60 Anno 1650. contrarium fuisse decisum referat
sub *num.*18. sicut etiam nostris temporibus de
Anno 1659. die prima Iulij fuit iudicatum per
Regiam Cameram Summariæ in causa Regij
Fisci, cum Illustri Principe Melphię, super so-
lutione relevij, quòd non recipiantur nullita-
tes post diem sextam à notificatione decreti,
licèt feriatam propositæ, ex dubitandi ferson-
tationibus à *Consil. Hodierna* adductis in *loco*
relato, num.1.cum seqq. idemque fuisse sub eo-
dem Anno 1659. iudicatum in Sacro Consilio
testis est *D.Consil.Petra in Ritu 6. M.C.nu.7.* ubi
sub num.8.in fine limitat, quòd notoria, &
evi-

61 evidentes nullitates, maximè ex corpore decreti resultantes, etiam post terminum à *Prag-*
62 *matica* præscriptum propositæ, admittantur ex pluribus ibi relatis.

R E R V M S V M M A.

1 *Solutio à debitore facta cedit in causam ab eo expressam.*

Quo nihil declarante est creditoris electio, num. 2.

Tenetur nihilominus aliquantum expectare debitorem, ut n. 19.

Et per instantaneam debitoris moram in eligendo, electio creditori devolvitur, n. 20.

3 *Electio, tàm a debitore solvente, quàm à creditore pecuniam recipiente, fieri debet, statim atque solutum est.*

Et sic tempore solutionis, n. 12.

Sive incontinenti, parum ante, vel post solutionem, n. 13.

Cum aliquid solutum est, non totum, n. 16.

4 *Creditor in eligendo causam, in quam cedat solutum à debitore, id facere debet, quod in re sua ageret, si debitor esset.*

Et præsente debitore eligere debet, n. 17.

Eoque contradicente electioni creditoris, est ab illo restituenda pecunia, n. 21.

Aut saltèm penes tertium deponenda, num. 22. & 23.

5 *Solutio in causam debitori magis gravem, atque duriorem facta præsumitur, & n. 25.*

Potius, quàm in antiquiorem, n. 27.

Et in partem unica causa graviorem, n. 28.

6 *Solutio priùs facta præsumitur in debitum, quod est sine controversia.*

Et in causam certam, & iiquidam, num. 29. & 125.

Et pro debito certo, ut n. 126.

Et inter plures causas certas, in eam, quæ magis certa, & efficax est, n. 30.

Et quæ paratam habet exequutionem, num. 31. 32. & 33.

Et inter plures causas paratam habentes exequutionem, præfertur illa, quæ magis paratam habet, & faciliorem exactionem, n. 34. & 35.

Aut, pro qua fuit relaxatum mandatum exequutivum, n. 36.

Maximè contra personam, n. 37. 38. & 39.

7 *Solutio cedit prius in causam debiti puri, quàm conditionalis, & n. 40.*

8 *Solutio facta cedit prius in causam debiti proprij quàm alieni, seu fideiussorij.*

9 *Ac in id, quod sub pœna, usuris, pignore, hypotheca, vel fideiussore est, quàm non.*

Prius enim computatur in causam pœnalem, quàm non pœnalem, n. 42.

Et inter duas causas pœnales, in eam, cuius pœna non est commissa, nè committatur, n. 43.

Ac in eam, quæ corporis pœnam continet, n. 44.

Et inter corporales pœnas, in eam, quæ mortis pœnam continet, num. 45.

Quod autem de causa pœnali dicitur, ad causam usuras producentem extenditur, n. 46. & 47.

Eo in eam causam solutio præsumitur, quæ graviores producit usuras, n. 48. usque ad 57.

10 *Solutio, prius cedit in causam famosam, sive infamiam irrogantem, & in causam iudicati, ac eam, quæ per inficiationem crescit, & quæ antiquius continet debitum.*

Vnde primus in famosam causam, ut num. 58. usque ad 67.

11 *Solutio facta à debitore ex pluribus causis, æquè gravibus obligato, cedit in omnes pro rata, & n. 68. usque ad 73.*

14 *Dictio,* Incontinenti, *de propria sui natura denotat, absque alio actu intermedio.*

Et nullo actu, etiam momentaneo, interposito, num. 15.

18 *Electio, in quam causam solutio recipiatur, est à creditore facienda cum expressa voluntate debitoris, vel saltèm præsumpta.*

26 *Solutio facta præsumitur in causam solventi utiliorem.*

63 *Crimen periurij est homicidio, vel adulterio damnabilius.*

71 *Voluntas, ex opinione volentis potius, quàm veritate coniecturatur.*

74 *Creditor pignus distrahens potest pecuniam ex venditione perveniendam in causam, quam vult accipere.*

Etiam leviorem, n. 75.

Atque naturalem tantùm obligationem habentem, n. 76.

77 *Solutio facta intelligitur in causam, in quam de Consuetudine, & more Regionis esset solvi solitum.*

Et ut est verisimilius, n. 78.

Ac in causam, cui summa soluta est proportionata, sive conveniens, n. 79. 80. & 81.

82 *Solutio prius cedit in usuras cum sorte debitas, quàm in sortem ipsam.*

Idque ex Principum constitutione inductum in odium morosi debitoris, n. 83. usque ad n. 103.

105 *Solutio prius in usuras, quam in sortem cedere solet.*

106 *Argumentum validum est à fieri solitis.*

107 *Solutio in usuras prius, quàm sortem cedit, non in alia accessoria.*

108 *Solutio etiam in aceessoria, ante sortem præsumitur, si veniant ex natura obligationis.*

Licèt aliud sit in pœna, & interesse veniente contra naturam obligationis, n. 109. & 110.

In fructus verò, etiam ex mora debites, in pœnale debitum, & quodlibet aliud accessorium, ex natura obligationis resultans, cedit solutio ante sortem, n. 111.

112 *Solutio facta præsumitur pro fructibus, usuris damnis, & interesse ante sortem.*

Et prius in causam lucri, augmenti, & fructuum societatis, quàm capitalis in ea positi, num. 113.

Prius

Prius in causam interesse ex mora debiti, quàm sortis, n. 114.

Et in causam tertiarum, quàm capitalis, n. 115.

116 *Solutio quando prius cedat in causam sortis, quàm usurarum? remissivè, & n. 119.*

117 *Solutio cedit in causam sortis, quæ sub pignore, & hypotheca, aut fideiussore debetur.*

Vel si pro sorte, magis debitor à creditore urgeretur, quàm pro usuris, n. 118.

Aut cum usura sunt naturalitèr tantùm debita, n. 120. usque ad n. 124.

127 *Solutio priùs in sortem, quæ certè debetur, facta præsumitur.*

Et in creditum, quod liquidum est, tempore, quo solvitur. n. 128.

Ac in damna, & interesse iam liquidata tempore solutionis, n. 129. & 130.

131 *Solutio cedit in causam tertiarum, quæ certa sunt.*

132 *Solutio in usurarum causam cedit ante sortem, quando certum est eas debere.*

Neque tunc refert, quod non dum sit facta earum liquidatio, n. 133.

Idem est in interesse tertiarum certè debito, nn. 134. usque ad 137.

136 *Sententia liquidationis, ubi quantitas certa est, potius calculatio dicitur.*

138 *Decisio S. C. refertur.*

139 *Cedens exigere non potest à nomine debitoris cesso, qui capit solvere cessionario.*

140 *Mora non incurritur, ubi creditor, & debitor sunt diversi fori, & solutio fuit in certo loco promissa, nisi probetur creditoris adventus in loco statuta die.*

Nec per interpellationem cum petitione plus debito facta, n. 141.

142 *Mora in illiquidis, & omninò incertis non committitur.*

143 *Interesse non debetur cessante mora.*

145 D. Thomas de Aquino *Regius Consiliarius Regni Neapolis, & Regiam Cancellariam Regens laudatur.*

CAPVT XCIV.

De Solutione à debitore pluribus ex causis obligato facta, quam in causam cedere debeat, *ad text. in l. 1. ff. & C. de solutionibus.*

1 SOlutio à debitore pluribus
ex causis obligato, in causam à solvente expressam
2 fieri censetur: quo nihil
declarante creditoris est
electio; dum tamen utrque statim, atque solutum
3 est, eligat, & creditor id
4 faciat, quod in re sua, si debitor esset, ageret, solutum
5 accepto ferendo, ut debitorem in dubio
fecisse, lex præsumit in causam ipsi debitori
6 duriorem, atque graviorem; unde prius in debitum, quod est sine controversia, quàm non;
7 purum, quàm conditionale; vel in diem, cuius
8 conditio, vel dies adhuc non cessit; & potius in
id, quod proprio nomine debetur, quàm alieno
9 seu fideiussorio; & quod sub pœna, usuris, pignore, hypotheca, vel fideiussore est, quàm non;
& prius in illud, quod pro famosa causa, sive
10 infamiam irrogante, vel pro causa iudicati, ac
ea, quæ per inficiationem crescit; ac pro debito
11 antiquiori, quàm pro alijs debetur causis; quæ
si æquales omninò existant, in omnes pro rata
solutum videtur. Hæc omnia statuta sunt in
l. 1. usque ad 9. *& l. cum ex pluribus 97. ff. de solut.* & latè declarant scribentes ibi, *Petr. Gregor. Tholesan. in Syntagm. Iur. p. 3. lib. 21. cap. 18. num. 33. cum duob. seqq. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu* 493. & in alio *tract. de præsumpt. lib. 3. cap. 236. Mascard. in tract. de probat. conclus. 1325. num. 4. & seqq. Costa in tract. de Ratiocin. q. 124. num. 22. & seq. & in tract. de re integra distinct. 57. Gratian. in lib. 1. discept. forens. cap. 105. num. 6. & seqq.* ac pleniùs *in lib. 2. cap. 224.* ubi *per 35. conclus.* materiam examinat, & in *lib. 5. cap. 962. à num. 40.* usque *ad 50. Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de solutionib.* impresso post *tract. de fideiussorib. cap. 9.* atque ex nostratibus Neapolitanis *Consil. Theodor. in alleg. 5. Regentes Merlin. & Capyc. Latr.* hic in *decis. 21. lib. 1.* ille verò *in lib. 2 controv. forens. cap. 77. Thor. in compend. decis. Regni Neap. p. 3. in verbo Pecunia liberata, Cæsar. in spec. Peregrin. quæst. quæst. 10.*

Est igitur à solvente debitore, vel accipiente creditore, statim atque solutum est, ut diximos, electio facienda, ut in *d. l. 1.* & sic tempore
12 solutionis, ut faocitum quoque fuit in *l. 1. C.*
13 *eod. tit.* sive incontinenti parum ante, vel post,
ex l. si usuras 21. C. de usur. ut post *Bellon. in tractat. de potest. eorum, quæ incontinenti fiunt, lib. 1. cap. 127.* & alios probat *Thor. in supplem. compend. decis. Regni Neap. in verbo Solutio pecuniæ,*
14 cum de propria sui natura dictio, *Incontinenti,*
15 denotet, absque alio actu intermedio, & nullo actu etiam momentaneo interposito, ut ex
text. cum *gloss. in cap. quia propter 42. de elect. & in l. si pater captus 29. ff. de vulg.* declarat post alios *Barbos. in tract. de dictionib. dict. 156. num. 3. & 4.* sed quia in *l. 2. & 3. ff. de solut.* subiungitur electionem esse (in re agenda) faciendam, *gl. in l. 1. in fine ff. eod.* interpretatur, quòd locum habeat electio, cum aliquid solutum est, non
16 totum, unde post quam solutio est in totum perfecta, & absoluta, amplius declarationem non admitti, censuerunt *Bart. & alij in d. l. 1. C. de solut.* quos sequuntur *Rota Rom. in decis. divers. 92. num. 4. in novissimis*, & plures alij, quos adducit *Reg. Merlin. in relato cap. 77. n. 3.* ubi *num. 4.* subdit ex eodem *Bart in d. l. 1. nu. 7. ff. de solut.* creditoris declarationem fieri de-

17 bere nedum incontinenti, sed præsente debi-
tore, ut possit quatenus velit, contradicere:
18 est enim electio cum expressa, vel saltèm præ-
sumpta debitoris voluntate facienda, ut ex *l.* 1.
2. & 3. *ff. de solut.* voluerunt relatis in locis *Theo-
dor. & Capyc. Latr. num.* 2. quamvis teneatur
creditor, ut *Bart.* sit *in loco citato*, aliquantum
19 expectare debitorem eligentem, cui prius com-
20 petit electio, & per instantaneam debitoris
moram in eligendo, ipsi creditori ius eligendi
devolvitur, iuxtà ea, quæ post *Bald. & Salycet.
in d. l.* 1. *C. de solut.* affirmat *Gratian. in praall. cap.*
224 *num.* 10. *& seqq.* ubi *num.* 2. subijcit, debito-
21 ri contradicenti electioni factæ per credito-
22 rem, esse ab eo pecuniam restituendam, aùt
23 saltèm deponi debere, ac spolium, & furtum
commisisse dicatur, si eam contra debitoris vo-
luntatem retineat, & *num.* 21. *&* 63. idem eli-
24 gendi ius debitori tribuit compensare volenti
cum quantitate ab eodem creditore consequē-
da, ex tempore oppositæ compensationis, de
quo *Surd. in decis.* 186. *num.* 7. & 8. & ibi *Consil.
Hodierna in addit. nu.* 2. *Lanar. in cons.* 24. *Fon-
tanell. in tract. de pact. nuptialib. claus.* 14 *gl. uni-
ca, p.* 2. *num.* 74.

25 Cessante verò electione, præsumitur à debi-
tore solutum in causam graviorem, & durio-
26 rem, atque solventi utiliorem, ut post *Menoch.
in cons.* 121. *num.* 45. *& seq. lib.* 2. & alios tradit
Consil. Staiban. in lib. 1. *resol. forens. cap.* 34. *nu.* 30.
ubi *num.* 26. *& seq. & in cap.* 80. *num.* 17. *& lib* 2.
cap. 183. *num.* 285. *& seq. & num.* 289. ex hoc
27 duriorem causam dicit, esse antiquiori præfe-
28 rendam, quia illud est solventi utilius; idque
procedit, quamvis unica sit causa, & unicum
debitum partem habens duriorem, sive gravio-
rem, etenim in eam censetur solutio facta, si-
cut ex *text. in l. in ijs* 5. *ff. de solut.* probat *Consil.
Hodierna in controvers. forens. cap.* 8. *n.* 44. & gra-
29 vior causa dicitur certa, & liquida, quam sub
controversia posita, ut præfati sumus, & habe-
tur in *l. si is cui* 94. *§. Flavius, ff. eod. tit. de solut.*
ubi *Bart.* quem sequitur *Menoch. in d. cons.* 121.
num. 40. *& in tract. de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 136.
num. 12. *Reg. Merlin. in d. cap.* 77. *num.* 7. inter
30 plures autem causas certas, gravior reputatur,
quæ magis certa, & efficax est, ut in eam solu-
tio facta præsumatur, *Decian. cons.* 60. *num.* 25.
lib. 2. *Costa in d. tract. de re integra, distinct.* 57. *a.*
31 3. hinc durior causa nuncupatur paratam ha-
bens exequutionem, ut ex *l. si quid ex famosa* 7.
ff. de solut. ait *Imola in l.* 1. *num.* 5. *vers. quarto
modo, ff. eod.* quem laudat *Rota Rom. in decis.* 123
num. 1. *p.* 2. *in novissimis, Anna in allegat.* 112. *nu.*
3. *Sempron. Ascia in tract. de solut. in duriorem
causam gl.* 6. *& alij* apud *Thor. in supplem. com-
pend. decis. Regni Neap. in verbo Solutio pecunia,*
32 ubi ex hoc infert ad causam instrumenti pa-
ratam habentis exequutionem, atque persona-
33 lem obligationem, cuius causā esse etiam gra-
viorem ratione iuramenti, & hypothecę scribit
Surd. in d. decis. 186. *num.* 6. & post eum *Viscente
in conclusionib. in verbo Solutio facta*; & inter
34 plures causas paratæ exequutionis, eam prefer-
ri, quæ magis paratam habet, & faciliorem
35 exactionem, sive celerius potest exequutio de-
mandari, eadem *Rom. Rota* docuit *in decis.* 695.
num. 1. *& seqq. p.* 2. *in recentioribus Farinacij,*
36 ubi graviorem causam esse dicitur, pro qua
37 fuit relaxatum mandatum exequtivum, &
38 maximè, contra personam, quia tunc nihil re-
manet agendum, nisi tantùm ad exequutionem
39 procedere, quæ promptior, & magis rigida
redditur, confirmat *Cæsar.* post alios in prius
relata *q.* 20. *num.* 13.

40 Insuper, cedit solutio in causam puri debiti,
non in diem, vel conditionalis, cuius dies, vel
conditio non dum advenit, *Rain. in cons.* 106.
num. 7. *vol.* 1. & alij, quos refert *Burgius in tract.
de laudim. p.* 3. *inspect.* 32. *num.* 9. & *in addit. nu.*
41 12. & ibi *num.* 4. *&* 6. graviorem dicit esse
42 causam propriam, quàm alienam; sive fideiusso-
riam, & pœnalem, quàm non pœnalem, atque
43 inter duas pœnales causas potiorem esse illam,
cuius pœna non est commissa, ne committatur,
quàm aliam, cuius pœna est iam commissa, con-
firmat *Fontan. in d. tract. de pact. nuptialib. claus.*
4. *gl.* 18. *p.* 4. *num.* 66. *& seq.* & præferendam el-
44 le causam, quæ corporis pœnam continet illi,
quæ pœnam æris, & bonorum habet, ex *Imola*
firmat *Costa in d. distinct.* 57. *num* 2. & mortis
45 pœnam, quàm membri mutilationis inferen-
tem post *Dec. & Cagnol. in l. si in duabus* 104. *ff.
de reg. iur.* probat *Menoch. in tract. de arbitrar.
Iudic. lib.* 2. *casu* 493. *num.* 5. *& in tract. de præ-
sumpt. lib.* 3. *cap.* 136. *num.* 4. quod dicitur, de
46 causa penali, ad causam usuras producentem
47 extendit: gravius enim debitum est, pro quo
fructus, usuræ, & interesse debentur, ut post
Gabriel. in cons. 151. *num.* 3. *vol.* 1. adnotavit
Maur. in d. tract. de solut. cap. 9. *num.* 14. quini-
48 mò in eam causam præsumi solutum, ob quam
usuræ graviores essent, ex *Imola*, & alijs ani-
madvertit *Cons. Hodierna in d. cap.* 8. *num.* 52. &
49 quia dotis causa graviores producit usuras,
quàm antephati, & aliorum, in dotis causam
potius, quàm antephati, vel aliam, censebitur
facta solutio, *Præs. de Franch. in decis.* 164. *nu.*
15. *Fontan. in loco relato, num.* 7. & refert iudi-
50 catum in S. C. Neap. *Gizz. in add. ad Capyc.
Latr. decis.* 21. *num.* 23. ad relationem *Merlini*
tunc *Regij Consil.* qui contrarium scripserat in
51 *lib.* 1. *controv. forens. cap.* 26. *num.* 19. volens an-
tephatum, tanquàm usuram, & lucrum dotis
censeri prius, quàm dotem solutum.

52 Cedit etiam solutio prius in causam crediti,
pignus, sive hypothecam habentis, ut in *d. l.
cum ex pluribus* 97. *ff. de solut.* & potiùs illius,
53 quod feodalia bona habet obligata, ut gra-
vioris, *Anna in singul.* 229. post *Alex. in cons.* 2.
54 *num.* 21. *vol.* 4. & pro quo datus fuit fideiussor,
l. 1. *&* 4. *ff. eod.* quod etsi *glossa in l. ob triginta*

73.

73.*eod.tit.ff.in verbo putant.* iotelligat procede-
55 re iu pluribus causis, quarum ona habeat
fideiussorem, alia non; secus antem esse, si unû
56 & idem debitom, pro parte baberet, & pro alia
patte non haberet fideiussorem: quia tuoc so-
lutum extiogueret partem sine fideiussore
existentem, & cum *gl.* conveuiant *Viv.in decis.*
379.*num.*9.*Thesaur.in lib.*2.*quest. forens. q.*33.
57 *num.*2. nihilominus *glos.* opinio est commu-
nitèr improbata, cum sit absque ulla distin-
ctione receptum, sive sit unom debitum, sive
plora, pro parte debiti fideiussorem habente,
censeri factam solutiooem, ut post *Gabriel.in
cons.*48.*lib.*2. latè deducit *Gratian. in relato cap.*
224.*à num.*70. sequitur *Cons. Hodierna in d.
controv.forens.*8.*num.*44.*& seqq.*

58 Præterea iutelligitur solutio facta prios in
causam famusam, sive infamiam irrogantem,
quàm uon famosam, *l. si quid ex famosa* 7. *& l.
cum ex pluribus* 97.*ff.de solut.* ac inter famosas
59 causas illam præferri, quæ cum infamia, corpo-
13 *cap. fin. de peculio Clericorum,* mortuo autem
Prælato, ſive Rectore, eius ſucceſſor io ſpecie
non reperitur, ut *Roman.* adnotavit in *conſ.374*
14 *num.5.* ſed oova collatiooe opus eſſe *Rota Ro-
man.* docuit io *deciſ. 13. in fine de procuratorib.*
15 *in noviſſimis,* in quo differt ab hærede ius ha-
benre à defuncto, ſiquidem ſucceſſor io beoefi-
16 cio ius à ſuperiose cooſequitur, ut per *Abba-
tem in d.cap.1. de ſolut. in princ.* & *Ricc. in praxi
rer. Eccleſiaſt. fori, p.3. reſol.433. num.1. & 5.* &
17 proinde tanquàm tertius iudicari debet, à
Papa ius habens de oovo creatum, ex *Rota in d.
deciſ.705. in p.1. recentior. n.1.*
Quibus atteotis pro Reverendo D.Michaele
Angelo Lualdi Canonico S.Marci in Vrbe, &
Cappellaoo Summi Pootificis reſpondimus,
eumdem oon reoeri taoquàm ſucceſſorem in
beoeficio S.M.Gratiarum io Caſali Secundilia-
oi erecto à quoodam Laura Criſpa, ad reſtitu-
18 tiooem fructuum per Beoeficiatos prædeceſſo-
res perceptorum ex medietate bonorum aoti-
qoorum Lauræ conſanguineis proximioribus
ſpectaote, vigore *Neap. Conſuetud.* iocipientis
Etſi teſtator, in tit. de ſucceſſ. morient. ſine filijs, de
qua plenè diximus in *pracedenti cap.88.* oã &
19 io ſpecie quòd ſucceſſor in Beneficio noo te-
neatur ad reſtitutiooem fructuum iodebitè
20 perceptorum à prædeceſſore, cum in Eccleſiæ
utilitatem verſi fuiſſe non probeotur, ſed an-
21 teceſſoris hæres taotùm remanet pro illis obli-
gatus, ex *Alciato in reſponſ.14. num.6.* & alijs
probat *Rota in deciſ.805. num.4. in noviſſimis p.
1. & in deciſ.778. in recentioribus p.2.* quidquid
22 aliud ſit pro decimis, aut penſionibus decur-
23 ſis, pro quibus, taoquàm realibus oneribus, ſuc-
24 ceſſorem in beoeficio teneri, prævijs tamen di-
ligentijs cootra prædeceſſorem, in quem actio
25 pro repetitiooe datur, & dummodo ſucceſſori

commoda portio remaneat;ut per *additionem*
prædictam ad Molin.in loco relato per *Marant.*
*in controv.Iur.respons.*13.*lib.*3. & *Ricc.in relata*
*praxi rer.Ecclesiastici fori,p.*1. *resol.*181. eoque
26 magis, quia fructus bonorum antiquorum ex
prædicta *Consuet. Neap. Etsi testator*, proximio-
ribus debitæ actione personali debentur à de-
functi hæredibus, à quibus percepti fuere, non
27 quidem hæreditario, sed proprio nomine, cum
defunctus minimè sit huius portionis debitor,
28 sed solùm intestabilis, neque super eius bonis
competit hypotheca, super quibus defuncti
29 creditores, aùt etiam legatarij hypothecam
habentes sunt præferendi, ut optimè fundat
*Præs.de Franch.in decis.*374. *à num.* 10. & si-
gnanter *num.* 16. sed lis adhuc pendet indeci-
sa in S.R.C.in processu Vincentiæ Crispæ cum
Reverendo D. Ioanne Riccio. Actuarius Ca-
prilis.

30 Eatenùs verò nulla est Ecclesiasticarum re-
rum alienatio, aùt obligatio absque solemnita-
tibus requisitis, ut neque in Ecclesiæ utilitatem
resultans sustineri possit: duo enim copulativè
requiruntur, ut diximus, ad alienationis validi-
tatem, causa scilicèt, atque solemnitas, nec unú
sine alio sufficit, & hanc esse communem DD.
sententiam probat ex alijs *Rodoanus in pracit.*
*tract.de rebus Ecclesiæ non alienand. q.*51.*cap.*7.
31 *num.*11. secundùm quam fuisse in nostro S. C.
iudicatum refert *de Franch.in decis.*35. *num.*9.
32 eamque in praxi receptam testatur *Ricc.in d.p.*
33 1.*resol.*7.*num.*3. & in hoc differre Ecclesiam à
minore, cuius bonorum alienatio aliàs invali-
34 da absque solemnitatibus ab *Afflicto* enume-
ratis *in decis.*249. & ab alijs per *Reg.Galeotam*
relatis *controv.*33.*num.*13.*lib.*1. sustinetur, si re-
sultat in eius utilitatem, sicuti ex *l.cum ei* 8. §.
eam transactionem, ff.de transact. post alios quá-
plurimos affirmant *Regent.Rovit.* & *Capyc.La-*
*tr.*ille *in comment.ad pragm.*1.*de titulorum abu-*
su, *num.*113. & hic *in decis.*19.*num.*5.& *seqq.*
*lib.*1. ubi *num.*10. & *seqq.* nullitatem contra-
35 ctus, aut alienationis rei minoris esse pro eius
parte allegandam affirmat; intelliguntur enim
esse nulli ipso volenta ex *l. Iulianus* 13. §.*si quis*
à pupillo, ff.de actionib.empti, idemque in Eccle-
36 sia procedere subiungit *num.*13.& *seq. ex Na-*
varro, & *alijs* sequuntur *Consil.Paschal.de pa-*
*tria potest.p.*1.*cap.*6.*num.*22. & *seqq. Consil.He-*
*diorna in addit.ad Surdi decis.*70 *num.*8.& *seqq.*
37 & in Ecclesia pluries decisú a *Rot.Rom.* testan-
tur *Ricc.in d.resol.*7.*num.*5. & *Reg.de Marin.in*
*lib.*1.*resol.cap.*6.*num.*55. dum tamen, aut in to-
38 tum alienationem impugnet, aut in totum ei
consentiat, non autem pro parte, ut ex *Covar.in*
*lib.*2.*variar.resol. cap.*16.*sub n.*5. intelligit *Vr-*
sell.in exam.apum. concl. 85.*n.*16.& 17.& *n.*20.

39 Sed cum agitur de repudiatione rerum, vel
iurium Ecclesiæ delatorum, non tamen adhuc
incorporatorum, sive acquisitorum, quia de-
clarationc, aùt aditione indigent, ut acqui-
40 rantur, & ante agnitionem in bonis Ecclesiæ
non esse dicuntur, ad notata in *l.pretia rerum*
41 63.*ff.ad leg.falcid.* posse Prælatum, tanquàm in
quærendis, & nondum quæsitis Ecclesiæ præ-
42 iudicare hæreditatem delatam, & non aditam,
aùt legatum non dum agnitum repudiando,
communitèr DD. tenere dicunt *Iason*, & *Ripa in*
l.legatum 7. *ff.de leg* 1. ex regula in *ead.l.* de-
43 sumpta, quòd remissio non est alienatio, &
quidem in simplici repudiatione minor inesse
44 videtur controversia, quod Assensu Apostolico,
cœterisque solemnitatibus non indigeat, ut
pluties in *Rota Romana* iudicatum testatur *Ricc.*
*in d.praxi,p.*1. *resol.*92. & voluit *Quaranta in*
*Summa Bullarij in d. verbo Alienatio, num.*43.
45 ubi tamen evitari pœnas extrinsecas Paulinæ
46 Constitutionis affirmat, sed teneri Prælatum,
sive Rectorem damnum Ecclesiæ resarcire, cum
47 utilia, non inutilia agere potuisset, & nihilo-
minus Ecclesiæ viam non præcludi adversus
48 repudiationem, seu remissionem hæreditatis,
aut legati, ac rei non incorporationem factam,
neque sublatum ex hoc censeri in integrum
restitutionis remedium, ex *Reminaldo*, quem al-
legat *in cons.*315. *num.*15. *vol.*2. & confirmat
*Consil.Arias de Mesa in lib.*2.*var.resol. cap.*41.
*num.*25.

49 Maior subesse difficultas inspicitur, cum non
de simplici repudiatione, aùt remissione agi-
50 tur, sed de donatione, & cessione in alterius
beneficium facta, in qua per unicum actum,
51 duo in instanti fiunt, acquisitio scilicèt ex
parte donantis, sive cedentis, & dominij trans-
52 latio in cessionarium, seu donatarium, quia
cum quis vult alteri cedere hęreditatem, ne-
53 cessario dicitur voluisse præambulam aditio-
nem, sine qua cessio non subsisteret, *l.si avia* 6.
*C.de iure delib. Mascard.de probat.conclus.*44.*in*
*princip. Anna in cons.*45.*num* 14.*lib.*1. *de Frã-*
*ch.in decis.*32.*num.*11.& *in decis.*89. *num.*6. &
ex moderniorib. *Episcop. Afflict. in controversi*
*Iuris resol.cap.*16.*num.*3. qui enim vult conse-
54 quens velle censetur antecedens, *l.ad rem* 56.*ff.*
de procuratorib. cum concord. apùd *Barbos.in*
*axiom.Iur.*54. Unde tunc subintrare videntur
regulæ prohibentes alienationem rerum Ec-
clesiæ, quarum est ei quæsitum dominium, abs-
que solemnitatibus à iure requisitis: maximè
55 quia cedens hæreditatem tanquàm principa-
litèr hæres recta etiam via convenitur à credi-
56 toribus, & legatarijs, ex *l.hæreditatẽ* 28.*ff.de do-*
nationib.& *l.*2.*C.de hæred.vel act.vend.* & arguit
*Præs.de Franch.in decis.*14.*n.*21.& *seq.* ubi tamẽ
*num.*25. contrarium iudicatum fuisse testatur,
nempè validam fuisse hæreditatis iam delatæ
cessionem ab Ecclesia factam absque solemni-
58 tatibus, neque obstare hæreditatis acquisitio-
nem ex actu instanti resultantem, qui fit ad re-
59 nunciandum, vel alteri cedendum tanquàm
mo-

momentaneum, & animo cedendi ſtatim, &
alienandi facta, quod ex communi DD. ſenten-
tia confirmat *Reg. Merlin. controv. forenſ. lib. 1.*
cap. 6. num. 12. idemque frequentius fuiſſe in
Rota Romana determinatum affirmant *Vrſell.*
in relata concluſ. 85. num. 23. & ſeqq. Hodierna
in d. deciſ. Surdi 70. num 14. & ſuper rebus Ec-
cleſiæ non incorporatis tranſactionem validè
60 fieri abſque ſolemnitatibus, ex *Rolando in conſ.*
15. vol. 1. & alijs firmat *Ricc.* ubi ſupra *in reſol.*
61 *43. num. 3.* cuius tamen contrarium in tranſa-
ctione inita ſuper hæreditate Eccleſiæ delata,
quòd bona remaneant, pœnes hæredes grava-
62 tos, quam fuiſſe nullam ex defectu ſolemnita-
tum, declaratam in *Rota Romana* teſtatur *Ru-*
beus in practicabil. lib. reſolut. circa teſtam. & alias
diſpoſitiones, cap. 70. num. 188. & ſeqq. tametſi
63 de aditione facta per Eccleſiam aliter non
conſtaret, quàm ex tranſactione ipſa; cum in
64 omni diſtractione bonorum, & iurium Eccle-
ſiæ, ipſius utilitas cum legitimis ſolemnitati-
bus, & Apoſtolico beneplacito, copulativà re-
quirantur, ut ibi, & quia *de Franch.* in relata
deciſ. 14. num. 18. dicit communem opinionem
65 pro validitate ceſſionis hæreditatis maximam
66 habere difficultatem, & *num. 25.* dubiam videri
67 quæſtionem eiuſque difficultatem, pariter
agnoviſſe videtur *Conſil. Hodierna in loco relato,*
68 *num. 16.* propterea ubi caſus evenerit, omnia
ſunt mature cogitanda.

RERVM SVMMA.

1 *Venditio ſubhaſta rei ſtabilis, ad fraudes evi-*
tandas pravio appretio eſt facienda.
Idque nedum in venditione rerum debitoris fiſci,
ut n. 2.
Verùm etiam in debito privati, n. 3.
Sed hoc locum habet, cum nullus reperitur em-
ptor, unde pignus adiudicandum eſt creditori,
num. 5.
Vel cum aliunde conſtat de magno exceſſu, inter
iuſtum pretium, & illud pro quo licitatio facta
fuit, n. 6. 7. & 13.
4 *Subhaſtatio rei valorem non probat.*
Sed præſumptivè iuſtum pretium arguitur per
ſubhaſtationem, num. 11.
Niſi contrarium probetur, ut n. 12.
8 *Adiudicatio rei venalis expoſita creditori fa-*
cienda appretium non requirit.
Sed æſtimatio ſufficit, quæ colligitur ex empto-
rum oblationibus, n. 9.
10 *Res tantum valet, quantum vendi poteſt.*
14 *Æſtimatio rerum immobilium in Regno Neap.*
per Regia Tribunalia committitur uni ex Ta-
bularijs, ſive publicis Æxtimatoribus, per ſortes
eligendo.
Cuius appretij reviſio ſpectat ad Primarium à
Civitate electum, n. 15.
A quo appellatur ad Iudicem ordinarium,
num. 16.
Et hic ab alio Tabulario, quem voluerit appre-
tium Primarij facit, cum eius interventu revi-
deri, n. 17.
18 *Æſtimatores ubi diſcordant in rei valore, quo-*
modo fiat Iudice arbitrante coacervatio ſum-
marum?
Quod etiam in teſtibus in valore diſcordanti-
bus fieri debere ſubijcitur, num. 24.
Non autem in arbitrio litis deciſivo, & ſic in
Arbitris ad condemnandum, vel abſolvendum
electis, n. 19. & 20.
21 *Summa maiori in ſententijs minor ineſt.*
22 *Teſtes in quantitate diſcordantes, probant in*
ſumma minori.
Ampliatur atque declaratur remiſſivè, n. 23.
25 *Arbitratores, vel Arbitri electi pro declaratione*
pretij, ſi diſcordent vitiatur arbitrium.
Nec fit reductio maioris ſummæ ad minorem,
num. 26.
Quando inconveniens ſequeretur inequalitatis,
vel diſproportionis pretij ad rem ipſam, n. 27.
28 *Media via in ambiguis eſt eligenda.*

CAPVT XCVIII.

De Venditione ſubhaſta rei ſtabilis, cum appretio facienda, ad *text. in l. ſi quos 16. C. de reſcindenda venditione.*

1 VEnditionem ſubhaſta rei im-
mobilia ad fraudes evitan-
das eſſe prævia æxtimatio-
ne, ſive appretio faciendā,
Imperatores reſcripſerunt
in *l. ſi quos 16. C. de reſcind.*
vend. cuius diſpoſitio, licèt
2 in venditione rerum debitoris fiſci facta ſit, ha-
3 bet etiam locum in debito privati, ex pluribus
à *Gratiano* relatis in *lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 7.*
num. 20. & ſeq. & in lib. 3. cap. 545. num. 8. ſub-
4 haſtatio enim rei valorem non probat, cum ſo-
leant licitationes eſſe animoſæ, ut probat *Praſ.*
de Franch. in deciſ. 54. num. 10. & ſeqq. quem re-
fert, & ſequitur *Fontan. in tract. de pact. nupt.*
clauſ. 4. gl. 9. n. 86. & ſeqq.
5 Sed hoc intelligendum eſſe, cum nullus re-
peritur emptor, unde eidem creditori pignus
eſt adiudicandum, ſeù in ſolutum dandum, vel
6 cum de magno exceſſu, aliunde conſtat inter
iuſtum pretium, & illud, pro quo licitatio fa-
7 cta fuit; aliter autem validam eſſe abſque ap-
pretio venditionem ſubhaſta factam, declarat
idem *Gratian. in relato cap. 7. num. 12. & ſeqq. &*
in d. cap. 545. nu. 23. & ſeqq. ubi loquitur etiam
8 in adiudicatione creditori facienda, in qua
nec æxtimationem requiri ait, ſed æxſtimatio-
9 nem ſufficere, quæ ex emptorum oblationibus
10 colligitur, cum res tantum valeat, quantum
vendi poteſt, & propterea iuſtum pretium ſal-
tèm

11 tèm præsumptivè per subhastationem arguitur, & hæc omnia confirmat idem *Gratian. in discept.forensi 706.num.5.& seqq.lib.4.* quem in omnibus sectatur *Consil. Hodierna in controv. forensi 40.num.45. cum seqq.* & quòd præsuma-
12 tur iustitia pretij in venditione subhasta facta, etiam absque appretio, nisi contrarium probetur, plenè deducit, alijs relatis, *Post. in tract.de subhastat.tomo 1. inspect.49. num.61. & seqq. Rota Rom.in decis.151.num.2.& seqq.* ex recollectis ab eodem *Postio in d.tract.tomo 2.* sequitur *Gallupp.in Praxi S.C.p.3.cap.2.num.37.* ubi
13 solemnitatem appretij non servari dicit in re exposita venali pro satisfaciendis creditoribus de pretio ex ea redigendo, quod etiam ex *Reg. de Ponte in cons.126.lib.2.* confirmat *Reg.Galeot. in respons.fisc.15.n.21.* quem laudat *Consil.Prat. in addit ad Muscatell. in pract.civili, p.3. in gl. Venduntur, in vers.Nolo tamen.*

14 Cum verò facienda est bonorum immobilium æxtimatio in toto Regno Neapolitano, ordine Regiorum Tribunalium, uni committitur ex Tabularijs Neapolitanis, qui publici sunt Æxtimatores, prævia bussola, sive per sortes
15 eligendo, & appretij huius revisio cum petitur spectat ad Primarium à Fidelissima Civitate
16 Neapolitana electum, à quo ad Iudicem causæ ordinarium appellatur; hic enim electo alio,
17 quem maluerit ex eisdem Tabularijs, cum eius interventu revisionem fieri faciet, ex dispositione *Regia Pragmatica 2.sub tit.de Magistris artium*, cuius novissimè post alios memores sunt *D.Consil.Petra super Ritu M.C.8.num.5.& D. Scoppa in observat. ad decis. Gratian. observ. 32.n.16.*

18 Quod si discordes in rei valore constituendo sint Æxtimatores, ut quia unus appretiat decem, alius viginti; solet quandoque Iudicis arbitrio utraque summa minor, & maior in unum coacervari, & ex ea medietas pro iusta Æxtimatione capi; & ita si tres fuerint Æxtimatores, quorum unus dicat rem valere viginti, alius triginta, & alter vigintiquinque, vel si quatuor, aùt plures fuerint appretiatores, diverso modo rem æxtimantes, potest Iudex omnes æxtimationes coacervatas in tres, vel quatuor, aùt plures æquales partes, iuxtà earum numerum dividere, & unaquæque pars pro iusto habetur pretio, quam praxim ex *text. in l.si fundum 35.cum seq. l.ita ut omnes 36. ff. mand.* desumptam affirmat *Salycet.in d.l.si fundum, & in l.hac edictali, §.his illud, num.10. C. de secund. nupt.* quem sequuntur *Corset. in sing.348. inter singul.divers.in verbo Sententia, Felyn.in cap. cum causam 42.de testib.num.1. vers.Item adde, Escobar.in tract.de ratiocin. tom.2. computat.24. num.4. Gratian.in lib.1.discept. forens. cap.187. num.2.& in lib.2.cap.228.num.28. & in decis. Rota Marchia 32.nu.12 & seqq.Ursill.in exam. apum, conclus.69.in verb.æxtimatio, nu.8.& in conclus.133.in verbo Arbiter, num.129.* & eamdem praxim in S.C.Neap. servari testantur *Curav.in add.ad præd.l.si fundum, Freccia in tract. de subfeud.lib.2.in 3.auth.Baron. nu.31. Giz.z. in addit.ad Regent.Capyc.Latr.in decis.42.num.*
19 *13.* licèt in Arbitrio litis decisivo, & sic in Arbitris ad condemnandum, vel absolvendum electis, aliud esse dicat *Salycet.in d.§. his illud,*
20 *num.10.* nàm si discordent in quantitate, valet sententia de summa minori, per *text.in l.diem proferre 32.§.si plures ff.de arbitris, & in cap.1.de arbitris in 6.& D.Scoppa ad decis. Gratian. cit.*
21 *observat.32. num.7.* cum in sententijs maiori summæ minor inesse dicatur *Alciat. in lib. 9. Parergon.Iur.cap.14.* de quo latè *Covar.in lib.1. var.resol.cap.2.num.6. & iter.in p.3.* eiusdem operis *variar.resol.cap.17. num.319. Thor.in compend.decis.Regni p.1.in verbo Relationes duæ in parte conformes, & in verbo Summa minor,*
22 idemque in testibus procedere, ut si unus de maiori summa, vel quantitate, aùt numero deponat, alter verò de minori, sint regulariter concordandi, & probent in minori, decisum testatur in S.C.Neapolis *Afflict. in decis.240.n. 5.& seq.* quem sequuti fuerunt *Pinell. in repetit. l.2.C.de rescind.vend.p.3.cap.4.num.10. Farinac.in tract.de testib.q.64 num.233.* ubi post *Petram in tract.de fideicomm.q.12.num.787.& seqq.* hanc sententiam magis commùnitèr à
23 DD.receptam esse affirmat; eam tamen pluribus modis amplians, atque declarans, & signatèr *num.245.ex Ursillo in add.ad Afflict.d.decis. 240.num.11.* adducit praxim coacervationis
24 prædictæ in testibus etiam discordantibus fa-
25 ciendæ, sed in arbitratoribus, vel arbitris electis pro declaratione pretij, sive æxtimationis rei, diversitas eorum vitiat in totum, nec fit
26 reductio maioris summæ ad minorem, quando
27 inconveniens sequeretur inæqualitatis, vel disproportionis pretij ad rem venditam, ut ex *text.in l.si decem 55.ff.locati,* ait *Bald. in l.1.nu. 2.C.de sentent.quæ sine certa quantitate*, quem refert, & sequitur *Gratian. in d.decis.32. nu.16.*
28 *& seq.* unde in ambiguis, media tunc via est eligenda, *§.cum ex aliena instit.de rer. divis.* cū concord. apùd *Barbos.in axiom. Iur.145.n.5.*

RERUM SUMMA.

1 *Universitas, sive Civitas, non tenetur pro pecunia mutuo recepta eius nomine, si ad ipsius utilitatem versa non sit.*
Sed illi soli, qui contraxerunt, eo casu tenebuntur, n.2.
Et an in omnibus contractibus, etiam ultra mutuum procedat? n.3.usque ad 8.
6 *Civitas minori comparatur.*
7 *Minor in mutuo non obligatur, nisi pecunia in eius utilitatem versa sit.*
9 *Mutuans debet esse curiosus, atque sollicitus,* quòd

quòd pecunia minori mutuata in causam expressam convertatur.

Non autem alij contrahentes, n. 19.

11 *Civitas sive Populus, non potest annuum redditum constituere super bonis publicis, & publico usui destinatis.*

Quæ in commercio non sunt, nec alienari possunt, n. 12. 13. & 16.

Nisi licentia Regia interveniente, n. 15.

14 *Annuus redditus constitui non potest super bonis, quæ alienari non possunt.*

17 *Annui redditus super bonis Universitatum in Regno Neapolis vendi prohibentur, absque Regio assensu.*

Et particularium Civium obligationes super eis nullæ sunt, n. 18.

19 *Clausula,* & non alitèr, nec alio modo, *venditionem, & formam inducit.*

Qua deficiente perinde est, ac si nihil actum fuisset, n. 20.

21 *Census emptor in bonis Universitatis debet esse sollicitus, ut pecunia in causam expressam erogetur.*

Alioquin census impositio, per in integrum restitutionem rescinditur, n. 22.

23 *Universitati praeiudicari non potest, nisi per plenum Consilium solemnitèr convocatum, & congregatum.*

24 *Conditio non est, sed modus si fieri debet implementum post exequutionem actus.*

Et si dicatur, sub tali pacto, & conditione, *num. 25.*

Cum verbis, & non alitèr, nec alio modo, *num. 26.*

27 *Conditio, quæ tacitè inest à Iure si exprimatur, non facit actum conditionalem.*

28 *Census emptor in bonis Universitatis, in publico parlamento, seu generali Consilio non indiget probatione, quòd pecunia in utilitatem Universitatis versa fuerit, & num. 29.*

Ampliatur primò, etiam si non cum omnibus Civibus, sed cum Consilio omnes Cives repraesentante contraxisset, n. 30.

Secundò ampliatur, si cum Administratoribus speciale mandatum habentibus egisset, nu. 31. 32. 33. & 36.

Tertiò ampliatur, ut in dubio pecunia in causam supplicatam expensa praesumatur, n. 34.

Quartò ampliatur si cum Administratoribus contraxisset, habentibus administrationem cũ libera, n. 35. & 37.

38 *Decisio Sacri Regij Consilij Neapolitani refertur.*

39 D. Erasmus de Ponte *Regij S. C. Neapolitani laudatur.*

40 D. Fælicis Lanzina Ulloa *Praesidis S. C. Neap. laudes.*

CAPUT XCIX.

De Universitatis bonis, non alienandis, aùt obligandis pro pecunia recepta, quæ in eius utilitatem versa non sit, ad *text. in l. Civitas 27. ff. si certum petatur.*

1 VNiversitas, sive Civitas, pro
pecunia eius nomine mutuo recepta, non tenetur,
2 si ad ipsius utilitatem versa non sit, sed illi soli, qui
contraxerunt, eo casu te-
3 nebuntur, per dispositio-
nem *l. Civitas 27. ff. si cert.*
petat. idque in omni etiam contractu, ultra
mutuum, procedere affirmant *Capiblanc. in pragmat. 1. de Baronib. num. 260. & Consil. Staiban.*
in lib. 1. resol. forens. cap. 38. num. 39. sequuti *gl.*
4 sententiam in *l. 1. in fine, & in l. fin. in verbo Stabiles, C. de vendend. reb. Civitat. lib. 11.* quæ ta-
5 men à DD. communitèr improbatur: nàm &
6 minor, cui Civitas comparatur, *l. Respublica 4.*
C. quibus ex causis maiores, non habet, nisi in
7 mutuo hoc privilegium, *l. 1. & 2. C. si adversus*
8 *creditorem*, & proinde *gloss.* in hoc reprobari
tradiderunt *Alban. in lucubrationib. in Bart. super d. l. Civitas, num. 12. & Iason in ead. l. nu. 15.*
9 & in mutuo tantùm speciale esse, quòd mutuans debet esse curiosus, atque sollicitus, ut pecunia minori mutuata in causam expressam
10 convertatur, non in alijs contractibus, ex DD.
à *Manent.* allegatis *in decis. Mant. 31.* firmat
Consil. Hodierna in add. ad Surdi decis. 156. nu. 3. & in controvers. forensi 43. num. 50. in fine & 53.
Cum verò agitur de annuo reddito super
bonis Universitatis constituendo, non potest
11 Civitas, sive Populus redditum constituere
super bonis publicis, & publico usui destinatis;
12 hæc enim bona non sunt in commercio, nec
alienari possunt, tanquàm ad publicum Civium usum deputata, ex *l. sed Celsus 6.* ubi exem-
13 plificatur in Campo Martio, *ff. de contrahen. empt. & l. continuus 137. §. cum quis, ff. de verb.*
14 *oblig.* & proinde nec redditui obligari posse,
per regulam *l. fin. C. de reb. alienis non alienand.*
tradit post alios *Roderic. in tract. de annuis redditib. lib. 1. q. 14. num. 67.* ubi limitat si licentia
15 Regis intervenerit, quã etiam requiri affirmat
16 in alienatione bonorum, quæ non sunt ad
usum publicum, sed ad redditum, & pecuniam
populi destinata.
17 Iure autem huius Regni Neapolis, annuorum introituum, sive redditum venditiones,
sine Regio Assensu ab Administratoribus Universitatum fieri prohibentur, eisque particula-

res

18 ies Cives obligatos nullitèr accedere, statutum
fuit in *Regia Pragm.*11.*in* §.*incip.E perche in-
tendemo, sub tit.de Administratorib.Universit.*in
æditione novissima, cuius *pragm.*meminimus
*in praced.cap.*20.*nu.*11. & de ea luquitur *Episc.
Afflict.in Controvers. Iur.resol.cap.*12.

Quod si fuerit assensus obtentus cum clausu-
la: *dummodo pecunia realitèr, & cum effectu sol-
vatur creditoribus Universitatis pro causa in præ-
cibus expressa, & non alitèr, nec alio modo,* ita
creditor pecuniam solvens curare teneatur,
quòd in eam causam pecunia implicetur, vel
sufficiat solvere Administratoribus, sive Depu-
tatis, ut in causam concessam convertant pecu-
niam ipsam? novissime hæsitari contingit in
Sacro Consilio Neapolitano in causa Univer-
sitatis Terræ Asserici Provinciæ Aprutij Ulte-
rioris, cum hæredibus quond. Io:Baptistæ, &
Octavij de Angelinis, in qua pro parte Universi-
tatis dicebatur, assensum fuisse conditionalem,
19 stante præsertim clausula, *& non aliter, nec alio*
20 *modo*, quæ conditionem, & formam inducit; ea-
que deficiente perinde est, ac si nihil actum
fuisset, ut pleuè per *Barbos.in tract. clausular.
claus.*81.*num.*8.*& seqq.*& alios refert novissima
additio ad *Reg.Rovit.in cons.*64.*num.*34.*lib.*1.
idenque stante licentia à Principe impetrata
21 erogandi pecuniam in certam, & expressam
causam, si non in eam, sed in aliam causam pe-
cunia convertatur, emptor cẽsus nõ est securus,
22 quin talis impositio possit ope in integrum
restitutionis rescindi, ut post *Felician.in tract.
de censib.tomo* 2.*lib.*2.*cap.*3.*num.*2.*& seqq.* pro-
bat *Cenc.in eod.tract.qu* 23.*num.*17. nec obsta-
re, quòd Universitatis prædictæ administra-
tores litis super hoc motæ, postea renunciavis-
23 sent, quòd agere non potuerunt, nec præiudi-
cium aliquod afferre Universitati, nisi per ple-
num Consilium solemnitèr convocatum, &
& congregatum, ut ex *l.semper* 15. §.2.*ff.quod
vi, aùt clam, Bart.*communitèr approbatum te-
nuisse in *l.aut facta* §.*fin.num.*9.*ff.de pœnis*, &
alios plures refert *Postius in resol.*20.*n.*22.

Ex adverso pro parte ipsorum de Angelinis
ponderabatur, quòd ex quo pecunia prius erat
Universitati solvenda, ut ab ea creditoribus
24 traderetur; & sic adimplementum fieri debebat
post exequutionem actus, non erat verè con-
ditio, sed modus, ut per *Gratian.in lib.*1. *discept.
forens.cap.*45.*num.*19.*& seqq. Consil.de Georg.in*
25 *alleg.*31.*à num.*12. ubi ampliat etiamsi dictum
fuerit, *sub tali pacto, & conditione*, & *nu.*17. ex-
26 tendit, quamvis adsint verba, *& non alitèr, nec*
27 *alio modo*, & maximè non induci ex verbis præ-
dictis conditionem, neque actum fieri condi-
tionalem dicebatur ex conditione ab homine
expressa, quæ tacitè inerat à lege implicandi
pecuniam in beneficium Universitatis, per *d.l.
Civitas*, iuxta tradita per *Molin.in tract. de Hi-
span.primogen.lib.*2.*cap.*15.*num.*31. quibus ac-
28 cedebat contractum in publico Parlamento, &
sic in generali Consilio gestum fuisse, quo casu
emptor census probare non tenetur, pecuniam
in Universitatis utilitatem versam fuisse, quia
29 censetur creditor potius toti Consilio, quàm
Administratoribus pecuniam mutuo dedisse,
ut ex doctrina *Bartoli in relata l. Civitas*, alijs-
que pluribus declarat *Griz.in addit.ad Regent.
Capyc.Latr.in decis.*116.*num.*16.*& seq.lib.*1.ubi
num 18.*&* 20.idem esse probat, quando con-
30 tractus est, non cum omnibus Civibus cele-
bratus, sed cum Consilio, omnes Cives repræ-
31 sentante, vel cum Administratoribus Univer-
sitatum speciale mandatum habentibus, & ita
32 iudicatum refert in Sacro, & in Collaterali
33 Consilio; quia dum honoratiores populi Ci-
ves ita contraxerunt, præsumitur in beneficium
Universitatis versa pecunia, ex relatis à *D.
Capiblanco in d.pragm.*1. *de Baronib. num.*261.
ubi *num.*297. quòd in dubio pecunia in cau-
34 sam supplicatam expensa præsumitur, & *num.*
299.*in fine*, præcipuè nullam requiri ait proba-
tionem, fuisse versam pecuniam in utilitatem
35 Universitatis, quando contrahitur cum Ad-
ministratoribus, non simplicem tantùm admi-
nistrationem habentibus, sed cum libera, ci-
tans *Montan. super pragm.*2. *de Administrat.
Univers.num.*104.*& seq.*qui idem esse affirmat,
36 in administratoribus habentibus speciale
mandatum, quamvis *Bartoli* doctrinam in *d.l.*
37 *Civitas* pluribus modis declaret, atque restrin-
gat *Francisc.de Petris in cons.*52.*n* 8.*& seqq.*

38 Fuit itaque pronunciatum mediante diffi-
nitiva sententia Sacri Consilij Neapolitani,
sub die 4.Iulij 1669. prævia maxima discussio-
ne, quòd absolvantur conventi ab impetitis per
39 Universitatem, referente *D.Erasmo de Ponte*
Regio Consiliario summæ quidem bonitatis,
atque doctrinæ, cum interventu Spectabilis
40 Regiam Cancellariam Regentis, & Præsidia
Sacri Consilij *D. Felicis Lanzina Ulloa* omni
virtutum genere ornatissimi. Acta sunt penes
Actuarium Caprilem.

RERUM SUMMA.

1 *Sigilli nomen à sigillaribus festis derivatum.*

2 *Sigillaria dies festi fuerunt Saturnalibus die-
bus additi.*

*In quibus sigilla, sive parva signa amicis mitte-
bantur, n.*3.

4 *Sigillum continet impressionem cum Principis,
sive Regis imagine, aùt armis.*

*Sive Rectoris, vel alterius sigillantis, n.*5.

*Ut est in moneta, n.*6.

*Cum characteribus etiam sive litteris circumcir-
ca aptis, & convenientibus sigillo, n.*7.

8 *Sigilli materia remissivè, & n.*40.

9 *Sigillum est, vel publicum, & authenticum; vel
privatum.*

*Publicum, & authenticum dicitur, unius Tri-
bunalis, vel Magistratus, Capituli, Collegij,
Uni-*

Universitatis, num. 10.
Baronis, Comitis, Marchionis, Ducis, Episcopi, num. 11.
Regis, Imperatoris, Summi Pontificis, & aliorum Iurisdictionem habentium, n. 12.
Dicitur autem publicum, & authenticum, quod autheritatem certam habet, n. 13.

14 *Sigillum Episcopi, etiam alieni, publicum, & authenticum dicitur, quia certam autheritatem habet.*

15 *Sigillum, ut certam habeat authoritatem, qua requirat, & n. 16.*
Et quando probet, num. 17. usque ad n. 21.

19 *Sigillum non probat, si sit destructum.*
Nisi scriptura Notarij manu confecta fuerit, num. 20. & 21.

22 *Sigillum Potentissimi Regis Hyspaniarum, quod tenet in Regno Neap. dividitur in magnum, & parvum.*
Magnum quodnam sit, n. 23. usque ad 25.

28 *Regia littera ubi sunt, earum robur in sigillo consistit.*

29 *Sigillum privatum quale sit, & n. 30.*
Quod an probet, & quid operetur, num. 31. 32. & 33.

34 *Sigilli privati recognitio fit per Notarium, vel testes attestantes illud esse sigillantis.*

35 *Epistola, seu littera missiva, plene probatur contra scribentem, ex eius privato, & solito sigillo.*
Accedente tamen sigilli comprobatione à Notario facta, n. 36.
Et verificatione, quod fuerit de voluntate sigillum tenentis appositum, n. 37.
Nec requiritur, quod suum esse probetur, n. 38.

39 *Sigillum in dubio de voluntate Domini appositum fuisse præsumitur.*

41 *Sigillum idem, quod subscriptio operatur, & robur addit, plenam fidem faciendo contra sigillantem.*

42 *Sigillum est imago substantia hominis, & habetur pro personali præsentia vim habens subscriptionis.*
Et ex eius appositione consensus arguitur, num 43.
Nisi actus de forma requirat subscriptionem, n. 44. & 45.

46 *Sigillum absque alia subscriptione sufficit pro confectione testamenti inter liberos, vel ad pias causas.*

47 *Sigillum solùm absque subscriptione non sufficit, cum quis ultra sigillum, solitus est apponere subscriptionem.*

48 *Sigillum in charta vacua appositum non probat, & num. 49.*

50 *Subscriptio in charta vacua non operatur.*

CAPUT C.

De Sigillo publico, sive authentico, & privato, ad *text. in cap. 2. de fide Instrumentorum.*

1 Sigilli nomen à sigillatibus festis derivatum fuisse, ait post alios *Thesaur. in lib. 2. quæst. forens. q. ult. num. 6.* quem citat *Danza in tract. de Pugna Doct. tomo 1. in tit. de Sigillo, & Sigillatoris Officio, cap. 1. num. 24.* quæ
2 sigillaria dies festos fuisse Saturnalibus diebus additos, in quibus sigilla scilicèt parva signa
3 amicis mittebantur, ex *Macrobio in lib. 1. Saturnalium, cap. 10.* declarat *Frater Ambrosius Calepin. in suo Dictionario in verbo Sigillaria*:
4 continet enim sigillum impressionem quandam, ut in *l. 1. §. etsi plures, vers. sin autem fatius,*
5 *C. de communi servo manumisso*, & impressio continet imaginem, aut arma Principis, sive
6 Regis, Rectoris, vel alterius sigillantis, ut est in monetis, *l. fin. C. de veteris numismatis potestate, lib. 11.* iuncta *glos.* ibi in verbo *Eternales*, cum
7 characteribus etiam sive litteris circumcirca, aptis, & convenientibus sigillo, *cap. significavit 48. ubi D.D. ff. de appellat.* quæ omnia docet *Rebuff. in tract. nominationum, q. 10. num. 41.* & post eum *Feller. in Const. Regni Neap.* quæ incipit *literas, sub tit. de Magistro Iustitiario, num. 12. ubi*
8 *num. 13. & seqq.* alia de sigillo congerit post *Rebuff. in relata q. 10. & in Comment. ad Constit. Gallia, in tit. de litteris obligator. sigillo Regio, vel alio authentico signatis, artic. 1. glos. 6. & seqq.* alia etiam à *Danza* colliguntur *in d. cap. 1.* post *Menoch. in tract. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. casu 113. & in tract. de præsumpt. lib. 2. cap. 57. & seq. Mascard. in tract. de probat. conclus. 1308.* ac alios, quos congerit *D. Stoppa ad decis. Gratian. observat. 143.* & plenissimè post alios *Hæpingius in absoluto tractatu de iure sigillorum.*
9 Est autem sigillum, aut publicum, & authenticum, aut verò privatum, ut in *cap. 2. de*
10 *fide instrumentorum*: dicitur enim publicum, & authenticum sigillum unius Tribunalis, vel
11 Magistratus Capituli, Collegij, Universitatis,
12 Baronis, Comitis, Marchionis, Ducis, Episcopi, Regis, Imperatoris, Summi Pontificis, & aliorum Iurisdictionem habentium, de quo latè per *Speculat. in tit. de probat. §. videndum, nu. 13. & seqq. tomo 2. Felyn.* & alios in *cap. post cessionem, de probat. Carav. in Ritu M.C.V. Neap. 277. num. 7. & seqq.* ubi sigillum publicum, &
13 authenticum appellari dicit, quod authoritatem
14 tem certam habet, ut illud Episcopi, etiam
15 alieni esse dicit; quod tamen esse debet notum illis, quibus præsentatur, ut in *cap. quod super 7.*

de fide instrument. & limitat in specie *Felyn.in*
d.cap.post cessionem,num.17. vers.quartò requi-
ritur; præsertim ubi agitur de alterius præiudi-
16 cio, in quo nō probant, nec mille sigilla ignota,
ut ex *gl.in d.cap.1.distinct.98.* probat *Abb.Panor-*
mitan.in eod.cap.quod super,num.4.vers.aut tra-
ctatur, convenit *Speculat. in loco relato vers.se-*
17 *cus si ignotum*, unde tunc probare sigillum,
quando vel Notarius testatur, illud fuisse ob
18 roboris firmitatem positum; vel testes dicunt,
vidisse in specie sigillare, scribit *Aufrerius in*
add.ad decis.Cappella Tholos.24. quem sequitur
Reg.Galeota in controvers.29.num.15.lib.2. ubi
19 *num.16.* nec probare dicit sigillum si sit destru-
ctum ex *Maynardo in decis.22.lib.3.* quod limi-
20 tatur, si scriptura Notarij manu confecta sit,
21 cuius fidem, & authoritatem, etiam destructo
sigillo remanere, post *Abb. Panormitan.in cap.*
innotuit,num.15.in fine,de electionib. firmat *Fel-*
ler.in d.Constit.num.15. & ibi *in præcedenti nu.*
14. agit de Sigillo Potentissimi nostri Regis,
22 huius Regni Neapolis, quod in magnum, &
parvum distinguit, & in magno, quod in Re-
23 gia Cancellaria conservatur pro sigillandis lit-
teris gratiæ, privilegiorum, Assensuum, investi-
24 tutarum, & aliorum Regis imaginem, dicit es-
25 se positam in æquo sedentis, cum Corona, &
Sceptro; sed alitèr eius impressionem describit
Reg. de Tappia in lib.3. Iuris Regni in tit. de si-
gillis super cap. Incipiente *in forma sigilli*, verùm
26 quòd absque testibus sigillo fides adhibeatur,
si sit Principis superiorem non recognoscentis,
& inter personas eius iurisdictioni subiectas,
27 aut si ita se habeat Consuetudo, voluit *Alciat.*
in responso 97.num.13.& seq. cui adhæret *Mu-*
strill. in tractat. de Magistratibus lib.3. cap.
4. num.166. relatus à *Gaito in tractat. de cre-*
dito, cap.2.tit.6. num.1159. & quod si litteræ
28 sunt Regiæ, earum robur in sigillo consistat, ex
Andrea in cap.1. in additionibus de prohibita
feudi alienatione per Lotharium, scribit *Afflict.*
in decis.21.n.9.& in decis.253.n.2. & post eum
Reg.Sanfelic.in sua Praxi iudic.sect.53.n.3.

29 Privatum verò sigillum illud esse dicitur,
quod non est Principis, seù Magistratus, nec
30 publica authoritate, sùt sub fida custodia con-
servatur, ut est illud quod ratione publici offi-
cij tenetur, ex *Covarr.in lib.pract.quest.cap.22.n.*
31 9. & hoc nihil omninò probare, cum de facili
soleat per diversas manus ambulare, ex commu-
32 ni DD. sententia, post *Bart. Mascard. & alios*,
fatetur *Reg.Galeota in relata controvers.29.nu.*
33 14. idem enim operatur, quod privata scriptu-
ra recognitionem requirens, *l.si procuratorem*
65.ff.de procuratoribus, cum alijs per nos addu-
ctis *in præcedenti cap.26.num.107.& seq.* & re-
34 cognitio sigilli fit per Notarium, vel testes at-
testantes, idem sigillum esse sigillantis, iuxtà
tradita per *Menoch. in d.tract.præsumpt.lib.2.*
cap.57.num.15. & alios à *Consil.Rocco* relatos in
responso 29.num.4.lib.1. ubi loquitur de littera
35 missivs sigillata privato sigillo, & solito scri-
36 bentis, quod plenè probat contra scribentem
ipsum, accedente sigilli comprobatione à No-
37 tario facta, & quòd verificari debeat, fuisse de
voluntate, sigillum tenentis appositum, affir-
mat post *Alberic.in d.l.si procuratorem, Anna*
38 *in alleg 125.n.4.p.2.* nec requiritur, quòd suum
esse probetur, ut ex *Covarr. in loco relato* dedu-
cit *Reg.Sanfelic.in d.sect.53.n.10.* sed quòd in
39 dubio sigillum de voluntate Domini apposi-
tum fuisse præsumatur, pluribus relatis affirmat
Rubens in practicabilib.resol.circa testam.cap.27
40 *n.340.& 348.* & ibi de sigillo plura *nu.324.&*
seqq. scilicet, quòd sigillum idem operatur,
41 quòd subscriptio, & robur addit scripturæ,
plenam fidem faciendo contra sigillantem: est
42 enim imago substantiæ hominis; & sic habetur
pro personali præsentia, subscriptionis vim ha-
43 bens, cum ex eius appositione consensus ar-
guatur, si constet illius esse, cuius nomine ap-
44 positum esse dicitur; nisi actus de forma requi-
rat subscriptionem, quia tunc sigillum non suf-
ficere, ex *Fabro in definit.20.sub tit.C.de probat.*
tradit *Reg.Galeota in d.contro.29.n.16.* & exem-
45 plificat *Rubens,num.342.& seqq.* In testamento
Inscriptis, nisi esset inter liberos, vel ad pias
46 causas, quod solo sigillo absque alia subscrip-
47 tione confirmatur; limitans *num.344.* ut cum
quis ultra sigillum, solitus est apponere sub-
48 scriptionem, solum sigillum non sufficiat: nec
49 sufficere sigillum, si fuerit in charta vacua ap-
positum, in qua sigillum, vel subscriptionem
apponenti consensisse non videtur, probatur
Gratian.in lib.1.discept.forens.cap.102. Gaitus
50 *in d.tit.6. num.1156.* quod in subscriptione
confirmant *Anna in d.alleg.125.nu.8.& in sin-*
gul.27. & idem *Rubens in præced.cap.26.n.227.*
& seqq.

Et cum hæc sigilli materia, sigillum, sive fi-
nem imponimus huic *SELECTARUM IU-*
RIS OBSERVATIONUM Centuriæ, Deo
gratias agentes, Deiparæque Virgini, Sanctis-
que nostris Tutelaribus, quòd nos adiuverint,
ut post laborum ærumnas, ad metam operis
perveniremus, in quo si aliquid bonis moribus,
sùt Sanctæ Matris Ecclesiæ præceptis incon-
gruum reperiri contingat, spongiam damus,
atque deletum esse volumus.

FINIS.

IN-

INDEX
LOCVPLETISSIMVS

Tàm Rerum, quàm Verborum, quæ in hac Selectarum Iuris Obseruationum Centuria continentur,

Opera, & Studio

DOM. PETRI DE ROSIS

Auctoris Filij.

Alphabetico Ordine dispositus, cuius prior numerus Capitulum, alter verò marginem significat.

Al-

Au-

fe-

Con-

Con-

Creditum.

Crimen, & Criminalis actio.

Cri-

Di-

De-

E.

Ecclesia, Ecclesiasticæ personæ, Ecclesiastici Iudices, Ecclesiasticom forum, Ecclesiasticus Miles.

Et

Epi-

Fem-

Filiatio.

Filiæ.

Filij.

Fi-

Hæ-

Ha-

In-

Intellectus.

Interdictio bonorum.

Interdictum.

Interesse.

per

Dom.

Laudi reductio, Laudi validitas, Laudum.

Legata.

Le-

Mi-

Na.

 Pa.

Pe-

 Pos-

Re-

Re-

Resoluto Iure.

Restitutio in integrum.

Retentio.

Retentionis exceptio.

Revocatio alienationis feudi.

Revocatoria actio.

Reus.

Rex.

Romani Cives.

Romanorum leges.

Rusticus.

S.

Sacerdotum Oblationes.

Sacrum Regium Consilium.

Sa-

Sen-

Si-

Te-

Tex-

Tu-

V.

Vacantia bona.

Variare.

Variatio.

Vassalli.

Vendere.

Vendita res.

Venditio Venditor.

Ven-

F I N I S.

Errata	Corrige.
dicti fol. 5 col. 1. versic. 44.	ducati
traslatom fol. 15. col. 1. vers. 24.	translatum
iuatus fol. 16 col. 1. vers. 17.	iuratus
usufruarij fol. 26. col. 1. vers. 46.	usufructuarij
dictionem fol. 27. col. 1. vers. 1.	distinctionem
3. fol. 40. col. 2. vers. 13.	n 1.
viger fol. 45. col. 1. vers. 1.	viget.
Inter, & uxorem fol. 51. col. 1. vers. 50.	Inter virum, & uxorem
Tanqam fol. 53. col. 1. vers. 30.	Tanquàm
etate fol. 54. col. 1. vers. 24.	authoritate
quæ vis fol. 56. col. 2. vers. 34.	quæ vi
strictivis fol. 64. col. 2. vers. 45.	strictiùs
extra de Sijmonia fol. 68. col. 2. vers. 10.	*extra de symonia*
quo vulgò fol. 78. col. 2. vers. 9.	qui vulgò.
legima fol. 80. col. 1. vers. 31.	legitima.
bona subtraxisse fol. 8. col. 1. vers. 9.	bona non subtraxisse
cogitione fol. 101. col. 1. vers. 48.	cognitione
illegitimum fol. 82. col. 2. vers. 5.	legitimum.
formæ fol. 86. col. 2. vers. 42.	forma
cit. 2. fol. 91. col. 2. vers. 25.	*cap.* 2.
Reipublicæ fol. 103. col. 1. vers. 12.	Republica
presentiam fol. 109. col. 2. vers. 55.	presentium
fuisset fol. 117. col. 2. vers. 11.	fecisset
dilectione fol. 122. col. 1. vers. 54.	dilectiore
atque coactio fol. 128. col. 2. vers. 19.	neque coactio
Gratian. fol. 160. col. 2. vers. 35.	*Gratus*
extet fol. 179. col. 2. vers. 20.	extat
D. Consiliarie fol. 186. col. 1. vers. 40.	*dicte Consiliarie*
illorum fol. 189. col. 2. vers. 51.	illum
mandatis fol. 189. col. 2. vers. 20.	mandatis
causam fol. 213. col. 1. vers. 41.	causa
si dilatio fol. 230. col. 1. vers. 11.	sit dilatio
& postea fol. 238. col. 2. vers. 32.	& posse
iudicatum fol. 238. col. 2. vers. 48.	iudicium
utraque fol. 241. col. 2. vers. 46.	utraque pars
n. 55. fol. 241. col. 2. vers. 54.	n. 550.
n. 128. fol. 241. col. 2. vers. 58.	n. 28.
Capanus fol. 250. col. 1. vers. 36.	*Capen.*
incubant fol. 255. col. 1. vers. ult.	incumbant
Franciscus de Petris fol. 256. col. 1. vers. 40.	*Incertus Author*
æquis fol. 257. col. 1. vers. 0.	équis
probetur fol. 265. col. 2. vers. 36. & 37.	probatur
de anno 1744. fol. 271. col. 2. vers. 3.	de anno 1644.
quàm fol. 273. col. 2. vers. 29.	quem
cap. 78. fol. 277. col. 1. vers. 7.	*cap.* 68.
habeat fol. 283. col. 2. vers. 28.	habet
teoctur fol. 287. col. 1. vers. 15.	tenentur
nam habeot fol. 302. col. 1. vers. 47.	& non habent
remedio fol. 316. col. 2. vers. 44.	remedium.
agimos fol. 325. col. 2. vers. 20.	egimus